



n
p
c
m
Giannalisa Feltrinelli



Cres. c. Pxx
Rarissimo

Cortese Paolo
1510

ex lib. D. Vinc. Gasptali Arch. Laodicenorum
c. l. 1639

AD EPISCOPVM VRBIS ROMAE SANCTISS.

Summumq; Pont. Leonem .X. Raphael Volaterranus in Libros Pauli Cortesii Protonotarii Apostolici.



ACTANTIVS CORTESIVS EQVES Geminianeñ. uir optimus/ac fęlicissimę tuę domus Pr Beatiss. iam inde a maioribus suis obseruantissimus/ quin per Pauli fratris intempestiuum nuper interitum extremam huic operi manũ ereptam animaduerteret: Mihi quem amicissimum ei cognouerat hanccuram de legauit/ut idem quod ille sanctę memorię Iulio dicare cogitauerat/neq; p eius obiter mortẽ licuerit: tui nũc sacri nominis auspiciis cui cedunt omnia fęliciter ede/ retur: Diuinitus admodũ ac quadam euenisse proui/ dentia putans ut te tantũ successorem/qui eius decori atq; famę magnũ pondus accederes expectaret: quiq; ob summi loci auctoritatem non solum munus illustrare/sed etiam ob litteraturam atq; ingenium quibus magnopere prestas expendere ualeres. Ego uero quem pio de/ esse offitio fas non erat: quin de tuis egregiis uirtutibus pręiudicatę iam omniũ opi nioni nihil breui oratione me addere posse conspiciam: illarumq; celebritas otiosius a me tempus exquirat: satius nunc duxi ad auctoris epicedium me conuertere/eiusq; defuncti qum tibi tuiq; posteritati memoriam cõmendare: qui in opibus rerumq; li/ centia constitutus omnem uitam non ui desidia aut uoluptate/neq; rursus in augen/ dis fortunis/sed in litteris ac studiis consumpsit. Vnus omnino/ qui doctrinis ac re rum cognitioni auctoratus Museo quondam Aegytio dignus erat ascribi: Nam siue in Vrbe Roma: ubi pater Antonius .xii. uir compendiarius: & Alexander frater stu diis eloquentię florens summa cum laude uixerunt & extincti sunt: siue in patria: quo quandoq; secedebat: seu ruri agitaret: eius fores ueluti ditis ut aiunt ianua uiris do ctis: diebus ac noctibus patebant. Pertesus tandem res urbanas ac nequaq̃ bono lo/ cum otio quod exoptabat fore putans abdicato uniuerso curiali officio in Cortesianũ suum: uillam patrię proximam se recepit: quam ille quin omni cultu ac pro condi/ tione honesti: liberiq; hominis magnificentia construxit: tum dulce musarum diuer sorium instituit: quo se fama ipsius uiri permoti nobiles multi: & ex patribus non/ nulli uisendi studio conferebant. Hic/ quos optabat quisq; Libros euoluebat/ aut cum eo aliqua proposita questione disserebat. Epistolas a uiris magnis de rebus item magnis undecunq; accipiebat: si quid noui per orbem ipse tribulibus: amicisq; primus omnium cõmunicabat a dolo atq; mendatio procul. Animi candore cunctos antecessit: quodq; mirum quin laudem ipse atq; gloriam ut est humanum non omni no refugeret: nullius tamen glorię seu laudibus unq̃ obtrectauit. Aliena uti sua quae probasset extolli celebrariq; lętabatur: Cura q̃ ingenio potior. Res multa cogitatio/ ne accersitas/sepeq; duras cultu orationis ac latinitate molliebat: cuius ei tanta relli/ gio fuerat ut sententias: inuentaq; perire mallet/q̃ non apteornateq; exiissent. In hac igitur uilla constitutus qum alia tum hęc cudit: quę de Cardinalatu inscripsit ubi sa cri illius ordinis institutiones continerentur: non docendi/ sed partim exercitationis partim in Patres obseruantię gratia: moleste ferens siqui forsan proprie deesserit di gnitati/& a mortalibus non ea quo fas est reuerentia colerentur: unde si quales esse deceat eos appareret maior apud uulgus Christianum gratia/relligioq; illorum exci tari posset Rem totam uti plane uidemus tribus complexus est libris quorum duo ad familiarem senatus uitam pertinent/tertius externę rerum dicatur administrationi:

quin sit ęquum sibi primum proprięq; domui: deinde cęteris uitę rationem accōmodare: unde pari exemplo reliquorum etiam principum pedia promi facile poterit: Materiæ campos egredi uagariq; interdum oportuna digressione ut lectorem fastidio leuet: uerba insuper Apuleiana expilcari curiosius uidetur: non tam ambitioni q̄ necessitati seruiens in his quæ lepide aut uenuste dici non aliter poterant: Quando semel ut narraui ad ornatum omnia reuocabat. Hæc itaq; qualiacunq; tuum in primis pręsidium postulabant: ut qui non solum illi ordini sed uniuerso pręsides orbi: omnium uirtus & renormata institutio: tibi iure referatur accepta: Qunq; nonnulli terra mariq; humanis armis sacrosanctę ecclesię iura quandoq; desitura tanto studio sępe frustra prorogare contenderint Tu longe prestantius eius etiam perpetuum celestemq; thesaurum qui moribus & recta uitę disciplina maxime comparatur: in hominum pectoribus augendi gloriam referre ualeas.

TABVLA SVPER LIBROS TRES DE CARDINALATV PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI AD IVLIVM SECVNDVM PONT: MAX. IN LIBRO PRIMO CAPITVLVM PRIMVM.

DE VIRTVTIBVS MORALIBVS IN LIBRO PRIMO ETHICO ET CONTEMPLATIVO.

CAPITVLVM .II. DE SCIENTIA CAD.

CAPITVLVM.III.DE FAMILIA CADINALIS.

CAPITVLVM.IIII.DE AMICITIA.

CAPITVLVM.V.DE VICTV QVOTIVIANO

CAPITVLVM .VI DE REGIMINE SANITATIS

CAPITVLVM. VII. DE VITANDIS PASSIONIBVS

CAPITVLVM. VIII. DE AVDIENTIA

CAPITVLVM .IX. DE SERMONE

CAPITVLVM .X. DE METAPHORIS IN SERMONE VTENDIS

CAPITVLVM . XI . DE EROGATIONE PECVNIARV3 QVæ SVPERSVNT.

TABVLA SVPER LIBRVM TERTIVM DE CARDINALATV PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI.

CAPITVLVM .I. IN LIBRO TERTIO POLITICO

Qꝺ PAPA CVM COLLEGIO EST PERFECTIOR ET DVRABILIOR RES PV. OMNIBVS RE PV. HVMANITVS INVENTIS

CAPITVLVM .II. DE POTESTATE CARDINALIVM.

CAPITVLVM.III. DE CERIMONIIS.

Caput đ Cerimoniis cū decreuisset Paulus reliq̃s inserer̄ Ideo supsedit qđ nunq̄ nā/ cisci potuerit decreta. Pontificia / quę ad eiusmodi Cerimonias faciūt / cū tñ sępe numero /ut Roma ad se se perferentur curauisset.

CAPITVLVM .IIII DE ELECTIONE PAPAE

CAPITVLVM .V. DE CONSISTORIO.

CAPITVLVM .VI. DE REBVS VRBANIS CONSISTORIALIBVS

CAPITVLVM.VII.DE PRAELATIS MAIO RIBVS ET REBVS ECCLESIASTICIS AD CONSISTORIIS PERTINENTIBVS

CAPITVLVM.VIII.DE SIMONIA

CAPITVLVM .IX. DE CREATIONE CARDINALIVM.

CAPITVLVM: X. DE PROTECTIONE RELIGIONVM.

CAPITVLVM. XI. DE ADMONITIONE PAPAE.

CAP. XII. DE CōCILIIS

CA. XIII. DE SCISMATE

CAP. XIIII. DE HERESI

CAP. XV. ET VLTIMũ
DE BEATITVDINE.

FINIS.

REGISTRVM HV-
IVS OPERIS.

.a.

Prima uacat
TABVLA SVPER
CAPITVLVM. VII.
Qđ epulatio.
De differentias

.A.

PALI CORTESII
uenire posse
lior, q̃ recordari
in qua homines

.B.

sit gentilicia
tendo fatentur
minari potest
ut nocitura

.C.

est maxime
Alexandro Cortesio
ratio uersari
dio longe

.D.

satis notum
uenturi fati
do possit
QVARE iure

.E.

gandi sumat, proptereaq;
Sigismundi Cæsaris
do testatior, nomina
quibus hodie ea gens

.FF.

DE MISSA
spe beatæ
At cum pro

REGISTRVM HVIVS OPERIS

.F.
PAVLI CORTE
gnitudine recentiū q;
PAVLI CORTE
ſenatu æqua
.G.
QVALIS ESSE
probari ſeligendo
ſtituta , nulla
tem cenationem
:H
numerum conſcribi
ceſſura cura : Nec
Rei pu. fauere
naſci : Quidam
.I.
DE VICTV
depaſci auiditate
pater meus duode
ptum iri poteſt ,
cōmentarii legendi
DE SANITATE
coſueſſe dicunt ,
culario morbo
quō ſit aut futura
humida calidaq;
Eodemq; modo
tate melior : Ob
mus : quod quidem
.K.
unum quod manu
titítia uideri poſſūt ,
DE AVDIENTIa
re , ſic animo
.L.
genus , a , quibus
pueris alia cauſa

tempori & uarietate
SED ne quod
.M.
imponendoꝝ ratio
ut nec ſingularum
cto cogi , ſatis
:N.
aliquod uerbum
ſenatorem uidemus
tur his , quid
DE METAPHO
na reſponſio uideri
militudo , qua
tiri uulnus , cum
.NN.
aut medendi ordine
gioſiſſime uirtutis
nis per curſione
ultionem remittere ,
.O. iii.
PAVLI CORTE
inter ſe ſolere
.p.
norum ignotorumq;
.P.
ſi patrum memoria
DE POTESTA
ei permitti Pontifice
Bonifatio octauo
.Q.
cauſa diceretur ,
DE CONSISTO
ſuaſor urbis deſeren
gando ferat , qui
ſultorum animi
patritia caliditate
ximus , quod ſit

ria offina decernatur
ceri poſſit , quale
ſione procepturus
.q.
carum Rege oppu
catum gerendum
fiat , uicatimq;
.r.
quorum ſcelerum
cum ipſe egere
nitima iudicari
:R.
excludi ſenatus
floreat , maximeq;
rerum comparatur
DE PROTECTI
Sed in .D. Frácíſci
eo contineri iuſſu
uehementerq; coꝝ
uſus : Quare ſciri
:S:
teat : Quare iure
neceſſarium eſſe
& Pannoniorum
DE SCISMATE
.T:
ſub tactum
poſſint eiuſmodi
rias , quæ ſint
quod ab arte
.V.
cari , qua animi
facultas detur
cantur quæ
mus in animi

τέλος.

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI IN LIBROS DE CARDINALATV AD IVLIVM SECVNDVM PONT. MAX.

PROOEMIVM.

C VM MVLTA Pont. Max. in Re pu. Chri. sint seditiosorum hominum improbata cõsensu, tum maxime, a, nõnullis susceptus est Senatorii ordinis obtrectandi locus. Siquidem multi cum Senatum adiutorem Sacerdotii maximi gerẽdi, auctoremq; esse consilii ineundi negent, facile affirmare audent, ei tantum fuisse lustrandorũ hominum curam, ac fidentium excruciatorum compitalitiam libitinam datam: Quo facilior sit eis, & Senatus dirimendi, & Rei pu. labefactandæ causa. In quo quidem cum uiderem quantum horum malitia insidiosa esset, uel hominum generi erroris allatura, uel Rei pu. importatura mali, causam mihi putaui eorũ improbitati obsistẽdi dari nequa aspergeretur Senatorio candori labes, neue tam affinis suspitio posset cum mendacii coniectura iungi: Idq; eo feci libentius, quo minus, a, multis uidebam obuiam fuisse, eorũ dolosę calliditati itum: Nam uel minus uerum, a, falso secernere, uel non obsistere errori cum possis, hominis tam indocti uideri potest, q̃ reticendi ratione abutentis, in quo tamen diuersa est iudicanda ratio, propterea; minus est in animi optione mali, præterire quod nescias, q̃ reticere quod damnes, tũ etiam nec ad famam tam graue est, rudem putari, q̃ dolum dissimulando pati: Siquidẽ inscitia, uel Rei difficultate, uel aliqua occupatione uitę, uel naturæ sensu excusari potest: Periculosi autem mendacii reticentia, nulla debet ratione defendi: Quare non sine causa Pont. Max. cum uiderem Senatũ eiusmodi seditiosa obtrectatione lædi, nullaq; separatim relicta Senatoria pręcepta cernerem, quibus constitueretur uitæ degendæ ra-

tio, permagni æstimaui, non modo suscipiendũ esse debere Senatus tuendi, sed etiam cohortandi & ornandi locũ. Quod quidem maxime mihi faciendũ puto: Nam cũ octogesimũ iã prope ãnũ Familia Cortesia Vrbem magna nominis celebritate colat, cũq; in ea diu Antonius Cortesius pater meus Duodecimuiꝝ Cõpendiarieꝝ princeps, & tum Fratres a Diplomatibus Centumuiri, ac Libellionũ Triũuiri sũma opum ingeniiq; laude præstiterint. Ipseq; a Senatu, eo sim habitus pretio semper, ut non modo in Vrbe, sed ruri quoq; tot sponte delitentem ãnos, crebro cõuenerint, nuperq; his proximis sementinis feriis, in Oppido Cortesio menstruo temporis spatio Senatores uenerint salutatũ duo, facile existimaui abesse non posse, quin esset necesse cõfiteri nobis, iure hoc a me Senatui deberi munus: Quid.n.esse potest aut studioꝝ meoꝝ rationi aptius, aut ad gratiam referendã maius, q̃ eas tradere differẽdo uias, in quaꝝ altera ratio publici mali conuellendi det, in altera certa sit laus Senatorię cõstituta uitæ: Itaq; hoc totũ Senatus ornãdi & excolendi genus tribus cõplexus sum libris, quoꝝ duo ad interiorẽ Senatus uitã pertinẽt, tertius in uniuersa Re pu. administrãda uersat. Idq; est a nobis certa ordinis ratione factũ: Cũ natura rectũ sit, ut homines prius sibi ac familiæ q̃ cęteris genus uitę degendę constituãt: Ex quo facile itelligi poterit hos libros nõ modo Senatui sed etiã utiles cęteroꝝ dignitati fore: cũ maxime ĩ colẽdę uirtutis ratiõe cõsistãt, ĩ qua sit appetẽdoꝝ extimũ & uita beata sita: Quos quidẽ libros Pont. Max. iure tibi deberi censeo, cum Senatus tanti sit semper, a te in honore impertiendo factus, quanti fieri, a Pontificis considerata benignitate potest: Cũq; tibi sit orbis terraꝝ & Rei pu. administrandæ mãdata procuratio, dubitari nullo modo potest quin fatendũ sit, perinde a te oriri debere Senatus dirigẽdi modũ ut a capite membroꝝ regendoꝝ cura dimanat: Quo causa uirtutis utẽdę det, quę sit ad cęteroꝝ uitã instituendã lumen, ad Rem pu. sempiternam mansuram ara salutis.

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI DE CARDINALATV LIBER PRIMVS ETHICVS ET CONTEMPLATIVVS AD IVLIVM SECVNDVM PONT. MAXIMVM DE VIRTVTIBVS MORALIBVS.

Q VOD Cum ita sit, intelligendum est, id senatorię uitę genus quod interius domestica ratione continetur, in rerum actionem & doctrinę studia discerpi, quatenus scilicet actio ęgras animi pertubationes sedat, quarũ turbido & inflãmato motu contemplatio mentis elidi tur: Itaq; sciri debet, permagni interesse senatoris prudentię magnitudine excellere: Nam cum prudentia sit morum rationis dirigendę princeps, facile existimari potest, ea pręstare debere senatores, cum pręclare notum sit prudentię esse proprium uirtutes metiendo tueri, in quibus sit absolutio constituta uitę: Atq; etiam perspicuũ esse potest, senatores sine prudentię ratione, prepostere principes solere naturaq; repugnante dici: Etenim is princeps natura putatur, qui cęteros prudentię studio antecedit, cum natura constitutum sit, praestantiae naturalem dominatum dari, ut praeclare in principatu naturę cernere licet, quod mulieres uirorum, Pueri senum, pecudes hominum imperio parere coguntur idq; maxime cerni in cęterarum belluarum uarietate potest, quę sensu tantũ & appetitione mouentur, quibus praestantiores dantur in nando, uolando & eundo duces: Nam cum homines corpore animoq; constare uideamus, satis apertum esse debet, animum statui in imperando ducem, cui sit a tota hominis natura parendum: Nec .n. corpus sine animi nutu dirigi ad munia uitae suapte natura potest, At cum plęriq; ex hominum genere perinde prudentibus ut corpora animis conferantur, perfacile iudicium est, illis esse pręscriptum famulandi & parendi modum, ac quemadmodum Boum, Canum, Equorumq; genus sit hominum imperio natura subiectum, ita ex hominum genere, pręstantiori natura parere

Quid sit prudẽtia.

Ad Cardinales pertinet prudẽtia.

debere rudiorem: ob eamq; causam initio sunt prudentioribus imperia delata, iusq; est regum decernendorum natũ, cum indocta multitudo consilii inopia se in iure ęquabili continere nequiret, nec dum esset artem uitę degendę, aut animoꝝ tractandoꝝ nacta: Atq; hoc quidem in his facultas experiundi datur, qui aut reperiantur corporis distortione & claudicatione deformes, aut qui sunt in ignobili cõtemptaq; fortuna nati: qui si prudentię ratione excellant, cęteros antecedere natura putantur: Nam Nicolaus quidem Picininus, quem claudum ac trium pedum & dodrãtis fuisse ferunt, ex macellaria taberna ad imperatoriam dignitatem obrepsit, Idẽq; prope de Cisca Boemo perduellione dicitur: Ex eodemq; studio Matthęus Germanus & Franciscus Carmignola sũmi Imperatores nominari possunt Quoꝝ alterum Mulionem, alterum etiam Caprariũ fuisse legimus Sed quoniam prudentia in uaria membroꝝ genera discerpi distinguendo solet, intelligi debet, memoriam esse primam prudentię cõsideratę partem: Nam cum in earum singularum rerum cognitione uersetur: quæ fere semper eodem modo euenire solent, satis in prõptu esse potest, minus in his hominum generi causam ueri noscendi dari, nisi sit earum rerum ratio experiundo nota, At qui cũ experiundi facultas ex multarum rerum memoria nascatur, dubitationem non habet, quin sit affirmare necesse, multaꝝ reꝝ memoriam prudentię necti debere primã, quo homines ex pręteritaꝝ reꝝ collatiõe iudicare possint, quid consequẽtium euentuꝝ sit: quandoquidem ut pręclare ait Aristoteles in incidentiũ negocioꝝ tractatione, sępe res futurę pręteritoꝝ simulachra uideri euentuum similium reuersione possint: Quare si in hoc genere memoria euocanda sit, corporeaꝝ est reꝝ similitudine utendum, quo sit signataꝝ reꝝ imago notatior: In quo eo acrior solet memorię excitari uis, quo res inusitatior uideri potest: Vt siquis modo doctissimi hominis Bessarionis Niceni senatoris meminisse uelit, nihil absit, quin cõmodius uti ea imaginis similitudine insignita possit, qua horridius hominũ effigies reprępsentari græca pingẽdi ratione solent: Eodemq; modo ex uno ad aliud perueniri imagine docente potest, ut si Mediolani ab aliquo dicatur eius cretacei equi spectari typus, qui sit a Leonardo Vincio thusca nica ratione factus, facile affirmetur ei, Francisci Sfotiæ in mentem

Nicolaus Picininus
Cisca hereticus:
Mattheus Germanus:
F. Carmignola
Partes prudẽtiæ
MEMORIA
De modo excitandæ memoriæ
Ex re in usitata:
Bessarion Nicenus Car.
Ex uno ad aliud
F. Sfortia

uenire posse,cui erat eiusmodi equestris statuę decretus honos,quæ esset ad famã uirtutis sempiternę testis,ad posteriorũ hominũ imitationẽ,uita memorię: Nec item minus ex similitudinis admonitu memoria excitari solet, ut siquispiam sit sente aculeata punctus, facile possit eius capitolini recordari signi,quod sibi spinam pede sublato uellat: At ex contrario quoq; genere memoria elicitur:ut siquem dicamus Marulli Bizantii poetę meminisse uelle,nihil causę esse affirmetur,quin ei in memoriam Angelus Politianus obrepere recordãdo possit,q cum Marullo diu litterata cõtentione decertauit. Quod idem est de recordatione dicendum,quę est aut memorię deletę restitutrix, aut quędam ingenii inquisitio,qua ea eruuntur, quæ mens oblita peruagando uideatur: Ex quo intelligi potest,homines interdũ ea solere initia recordando meminisse,in quibus sint pręterita rogata sita,cum ex alio ad aliud patet recordandi uia, ut ex lacte in album fit natnra cognata gradus: Quo posito sciri tamen debet, recordationem haud quaq̃ ex iisdem initiis naturæ necessitate progredi,sed ex alio ad aliud propinquum peruenire solere magis: Vt si modo Maximilianus Cęsar anulũ bigemmeũ anaglyptũ a Bernardino Caruagiallo senatore sumat, dubitari nullo modo possit, quin ei causa Benardini reminiscendi sit,& quin ex munere amicitiã, ex amicitia fidam animi constantiam recordetur: Aut si modo locus quęrendi detur,utrum Plato & Aristoteles in gratiam reduci discordia dissimulata possint, dubitationem quoq; non habeat,quin homo doctissimus Franciscus Iacesius Florentinus nobis in mentẽ uenire debeat,a quo sit suscepta eos inter se reconciliandi cura,& quin,a nobis ex proposito acumen,ex acumine utilitas possit reminiscendo nosci,quę sit aut seditioso litteratorũ hominũ generi pacem paritura,aut rebus inuolutis allatura lucẽ: Atuero ex his rebus,quę memoria tenere debemus,id genus inprimis numerari solet,quod maxime beneficiorũ ratione constat. Quorũ quidem unum priuatum,alterũ publicum nominatur: Priuatum est enim id, in quo cupiam priuatim beneficia mansura dantur,quæ sunt debentium recordatione recolenda: ut si dicamus Accium sincerum poetam elegantem & suauem maxime Ioannis Pontani debere reminisci,propterea q ab eo sit uersuũ numerorumq; faciendorum recondita subtilitate doctus

Ex similitudine: Ex contrarlis Marullus Bizãtius Angelus Politianus: De reminiscẽtia Maximilianus Cęsar: Benardinus Caruagiallus Car. Plato Aristoteles Franciscus Iacesius Florẽtius: Quę debẽt Cardinales tenere memoria: Ex beneficiorũ datione: Iacobns sanazarus poeta: Põtanus poeta:

At publicæ memoriæ debitio ea nominatur, qua hi sæpe in mētē ue nire debent, aut a quibus malo insidenti repugnando obsistitur, aut a quibus maxime Rem pu. auctum & dilatatum iri solet: Quale id beneficii genus uideri in malo auertendo potest, quo Rhodii Equites pro hominum incolumitate contra Turcarum regem limi taneo bello pugnant: aut quale id iudicari debet: in quo Emanuel Lusitanorum Rex ita quotidie Reipu. Chri. fines propagando auget, ut iure ei uideatur esse desponsa mundi recuperandi laus: Quin etiam senatores eorum hominum debent recordando remi nisci, quos aut animi uirtute, aut doctrinæ magnitudine præstitisse constat. Quo magis in hoc genere erat Ascanius Sfortia laudan dus, qui summarium enchiridion eius generis uirorum recordandi fecit, qui principes essent hominum æstimatione iudicati. At con tra multo magis debent eorum meminisse casus, qui sint animi ui tio uitaq; contempta noti. Qualis auorum memoria Venceslaus Cæsar fuisse ferebatur, qui propter popinationem & desidiam ex Imperio est abrogatoria lege pulsus. Sed quid utilius esse potest q̄ eorum hominum acta recordari, qui præstanti animi uirtute flo ruerunt: ut si Federicum Vrbinatem cautissimum Imperatorem in castris & exercitu recordemur Anagnosten coenando adhibere solitum, cum nusq̄ sit loci auditioni litteratæ minus: aut quid item contra uideri debet ad exemplum sordidæ uitæ fugiendæ maius, q̄ aut Francisci Guidonis Dynastę Arretini, aut Iacobi Cyprii Re gis illiberalis artificii recordari genus: Quorum alter toreutes esse di cebatur, alter quotidie ferebatur, aut loricas uinario çado interpol lare, aut lanea glomerare fila. Atq; etiā nihil utilius uideri in recor dando debet, q̄ quotidie erroris reminisci sui. Quid enim utilius Francisco Condelmerio senatori ad continendam linguam esse po terat, q̄ meminisse se Nicolao Campano Senatori coctilitiam ta bernam obiecisse: cum facile intelligere posset, omnem malorum suorum causam ex ea fuisse exprobratione natam. At quæ medi cina salubrior Ioanni Tarquiniensi Senatori ad uitandum pereundi casum adhiberi poterat, q̄ multo se appositiorem esse ad bellum q̄ ad patritiatum gerendum recordando iudicare: siue quæ causa Lodouico Patauino uideri poterat ab ignauo negocio fugiendi me

Equites Rhodii

Emanuel Rex Portugallēsiū

Ex uirtute & doctrina

Ascanius Sfortia Car.

Ex ignominia

Vinceslaus imperator

Federicus dux Vrbini

Frācisco Guido

Iacobus rex Cyprius

Ex errore commisso

F. Cōdelmerius Car.

Nicolaus Capuanus Car.

Ioannes patriarcha Car.

Lodouicus Patriarcha Car.

lior,q̃ recordari se quinquies mille Alphonseum uno lusisse die? cum simul tanta esset ab eo iactura pecuniæ & famæ in amittendo facta: quod idem prope potest de prouidentiæ ratione dici. Nam cum est aliquid aut referendnm de Re pu. aut de priuatorum rerum tractatione statuendum, quo id dissimilius fieri uaria ratione potest, aut quominus est id certa terminatione circumscriptum, eo plura homines itinera meditari decernendo debent, quibus facile id consequi, aut uitare possint, quo res certius præmeditata cadat. Ex quo intelligi potest, prouidentiam futurarum præsagationem esse rerum, eamq; maxime præteritarum obseruatione iuuari, quibus notetur, qui aduentantium rerum euentus futuri sint. Vt si olim significandum esse diceretur, quales nam exitus Ferrariensis belli ratio habitura esset, nihil abesse deberet, quin prædici posset, fore, ut nunq̃ Ferraria Veneto bello caperetur, cum ad id bellum tanq̃ ad cõmune incendium restinguendum, Italia cuncta concursura uideretur, nequa pars uincendo fieret in partita potentiæ æqualitate maior. Eiusdemq; generis est illud, quo rerum futurarum exitus aliqua significatione iudicantur, ut si modo uideamus arida cęli siccitate minus terram madefactum iri posse, facile nobis causa ęstimandi detur, abesse non debere, quin summa sit annonæ futura caritas, & quin prouideri notando possit, tantum frumenti importari debere, quantum sit publicę mendicitati satis. Idemq; elici ex contrariorum collatione potest, ut si dicamus ab Innocentio octauo propter tenuitatem ærarii, turpem esse factam cum maiore Ferdinando pacem, modo Iulii secundi interesse affirmetur, pecuniam prouidendo quærere, quo iusta bella ali pecuniarum suppeditatione possint. Ac ex naturæ quoq; habitu fieri coniectura solet, ut siquis Carolum Celtam natura bellorum gerendorum cupiditate flagrare dicat, causa quoq; illi affirmandi sit, nunq̃ eum gerere bella desiturum. Quod eodem modo prædici de iudicii ratione potest, ut si modo concedatur, prudentissimam Florentinorum urbem tardius inire solere bella, id pręsentiri debeat ex iudicii absolutione nasci, qua rectius impendentia pericula secernat, considerataq; cunctatione existat ad bella su-

PROVIDENTIA .2.

Quid ꝓuidẽtia

De modo prouidendi

Bllũ Ferrariẽsis

Ex signis.

Ex cõparatione cotrariorum

Innocẽtius. viii.

Iulius .ii.

Ex habitu uitæ

Carolus dux Burgundiæ

Ex iudicio

Florentini

ſcipienda tardior. Ex quo ſciri poteſt, homines ex eo rerum or/dine, quas ſit effectura cauſa, id præſentire poſſe, quod futu/rum ſit. ut enim medicos uidemus quædam præſentire ſigna, ex quibus prænoſcant, qualis ſit morbi exitus futurus, ſic ab homi/nibus dicimus in rerum humanarum genere multa notari præme/ditando poſſe, ex quibus fiat uenturi coniectura finis. Quo in genere magnę laudi eſt Coſmo Medici homini prudentia præ/ſtanti datum, ꝙ ita futura diceretur mentis agitatione metiri, per/ſpicuosq; rerum exitus ſignificare ſolere prouidendo, ut nihil flo/rentiſſimæ Rei pu. euenire uideretur, quod non multo ante eſ/ſet, uel ab eo præſenſum, uel conſiderata ratione prouiſum, quor/ſum caſurum, aut erupturum eſſet. Multumq; etiã recentiori ętate Hercules Aeſtenſis in hoc genere laudari ſolet, qui cum eſſet uſu & ſenectute prudens, ſic ferebatur euentus præſentire rerum, ut nihil prope sit hoc Gallico bello in tanta rerum uarietate na/tum, quod non perinde eueniſſe diceretur, ut ab eo erat notando prædictum. Quod idem modo affirmare de multorum prouiſio/ne meditata licet, qua nihil unq̃ eſt ueracius in rerum tractatione uiſum. Itaq; iure prouidentiæ finitima adiungi ſolet intelligen/di uirtus, quæ quædam intelligentiæ menſio dicatur, quæ ſit rei præſentis certum ęſtimatura finem: ut ſi modo affirmetur Lodo/uici Gallorum Regis intelligentiæ eſſe terminatione definitum, qui ſit futurus belli tranſpadani limes. Nec multo quidem ſecus eſt de rationis percurſione dicendum: cum ex aſſumptis concluſio/num genera promuntur: ut enim in ſcientiarum genere quidam exquiritur concludendi modus, quo ueri iudicium ſecernitur, ſic in ſenatoria ratione ſunt quædam antegredientia ad concludendi modum ſtatuenda, quibus probetur, quid ſit in rerum tractatione ſeligendum magis. At cum in negociorum gerendorum rationem diuerſa rerum genera cadant, quæ minus ab uno conſiderari ſuap/te ingenii ſedulitate poſſint, neceſſeq; ſit unum ob intelligendi ege/ſtatem, alterius inſtitutione erudiri, ſatis perſuaſum eſſe debet, prudentiam docili quadam aptitudine egere mentis, quæ maxime ſit doctrinæ inſerendæ rapax. Similiq; in genere inuentio uerſatur

Coſmus Medi/ces

Hrcules Aeſtẽ/ſis.

INTELLIGENTIA .3.

LodouicusGal/lorum Rex.

RATIOCI/NATIO .4.

DOCILITAS .5.

in qua homines exquirere ingenii celeritate solent, quid maxime sibi Reiq; pu. profuturum sit: in quo ratio eo putatur excogitata solertius, quo certius ostenditur, quantum sit Rei pu. uel detractura damni, uel importatura boni. Quale illud uideri potest, quod nuper Petrum Soderinum Florentinorum Dictatorem hominem doctrina modestiaq; fęlicitate sapientem fecisse uidimus, qui cum Rem pu. cerneret stipendiariorum militum ex hauriri sumptu, primus est ex uectigalibus oppidis Legionariorũ peditum genera commentus, quo causa utilior hostium arcendorum, libertatisq; retinendæ detur. Quo cognito sciri potest, maxime etiam rerum usum ad hanc prudentiæ pertinere partem. Nam cum experiundi facultas in rerum gerendarum actione uersetur, cumq; uaria hominum genera cernantur, quorum incolumitati est experiundi facultate consulendum, dubitari nullo modo potest, quin fatendum sit, senatores nauiter esse debere rerum periclitatione doctos, quo ratio sit in rerum administrandarum ratione certior. Nec item minus ea est adhibenda in uita degenda uirtus, quæ rerum genera, cum his, quæ circunstant, analogica ratione confert. Nam cum facile euenire possit, ut quippiam per se in bonorum genere uersetur, quod fiat rerum aduentantium comitatu malum, satis existimari potest, eam adiungi prudentiæ debere partem, quæ sit aduenientium decempeda futura rerum: ut si quispiam blandius cum altero colloqui uideatur, inquirendum comparando sit, utrum id, quod per se sit animi diligentis signum, ea animi prouisione fiat, quo alteri, uel insidiosa uoluptate obsit, uel uitia hortando foueat: ob eaq; m causam iure quoq; est adiungenda in uiuendo cautio. Nam cum in Re pu. cernamus, sæpe bonis miscere solere mala, quæ spectatu bona uideátur, constare inter omnes debet, eam prudentiæ cautionem esse adhibendam, qua ea pellantur, quæ appareant ad boni speciem uaferrima calliditate tegi. Eademq; ratione sciri debet, prudentiæ consilium adiunctum iri posse, quod in earum tractandarum rerum quæstione uersetur, quæ a, munerum nostrorum perfunctione dimanant: ut siquis dicat Franciscum Gonzagam fortem imprimis Impera,

INVENTIO. .6.

Petrus Soderinus Dictator Florerentinorum

EXPERIENTIA .7.

CIRCVMSPECTIO .8.

CAVTIO .9.

CONSILIVm .10.

Frãciscus Gõzaga Marchio Mantuanus

torem, gentiliciaq; liberalitate mangum, temporis causa se ad Gallorum amicitiam contulisse, uerentem ne diu sine eorum ope posset Venetorum auidum & uicinum dominatũ pati. In quo quidem multa eius generis numerari possunt, quæ in consulendi ratione uersantur, de quo genere infra commodior erit differendi locus. Nihiloq; longius iudicium, a, prudentiæ descriptione abest, quod quidem solet ex recta percipiendi ratione nasci, idq; tum maxime expendi oportere dicimus, cum duo rerum genera, ita æque parcita difficultate pendent, ut minus intelligi possit, utra sit sententia iudicanda tutior, ut siquis modo in Venetorum senatu, cum intelligat inter potentissimos Germanorum Gallorumq; Reges, Veneti imperii partitionem esse factam, Remq; pu. uideat periculorum magnitudine cingi, affirmare audeat, salubrius uideri, concedere imperii postulati partem, q̃ in perspicua pernicie expectare Rei pu. beatę funus, & contra ab alio honoris causa iudicando confirmetur, satius esse amisso imperio cum dignitate mori, q̃ in integra causa aduersario parere postulanti. Quare iure ob id imprudentia a, prudentię ratione est auersa constituta, propterea q; ex dirigentis rationis terminatione deducatur, ex quo hominum actio interuersa, prudentia repugnante fiat, ut si dicamus Ioannem Cossam tum maxime a, prudentiæ descriptione abfuisse, cum se Constantiam ad concionem curiatam contulisset, cum maxime imprudentis iudicari possit, in eum uenire locum, ubi sis libertatis dignitatisq; discrimen aditurus, nec enim conuenire putari debet, eum, qui perduellionatus postuletur reus, illi se committere concioni uelle, quæ omnino de eius pernitie legem latura uideatur. Quocirca sub imprudentia id mali genus subiectum esse dicimus, quod præceps inconsulta ratione ruat, nec consilii gradatione in negocio gerendo utatur, quo in genere maxime Iacobus Aquitanus damnari solet, eiq; dari cõmuni uituperatione probro, q; cum esset dux ad insubricum conficiendum bellum delectus, inconsulte cum Galeatio Mediolanense conflixisset, q;q; in ea præcipiti dimicatione aduersario dedisset, & sui necandi, & Italiæ occupandæ modum; ideoq; ex hoc inconsulto

Veneti

IVDICIVM .II.

Veneti
Maximilianus Cæsar
Lodonicus Gallorum Rex.

Vitia opposita prudentiæ
IMPRVDENTIA. .I.
Ioãnes Pa. xxiii.
Concilium Constantiense:

PRAECIPITATIO: .2.
Iacobus Comes Armeniacus:
Io. Galeatius dux Mediolani:
TEMERITas .3.

animi impetu eam dementiam nasci solere scimus, quæ minus eorum imperio parere uelit, qui sunt constituti dirigendi duces: ut Carolo secundo Neapolitanorum Regi euenisse dicunt, qui cum bello nauali monitus esset a patre, ut maxime prouidendo caueret, ne cum hoste aduentante dimicaret, temere cum Rugerio Doria conflixisse dicitur, ab hosteq; fuisse ea dementi pugnandi cupiditate captus. Itaq; nō sine causa actionis incōsideratę leuitas maxime iudicio aduersari solet, ppterea ꝙ earꝝ reꝝ curę aspnatrix sit, de qbus sit ab hominū genere iudicandum recte: ut si modo temporibus ita postulantibus bellū punicum suscipiendum sit, dubitari nullo modo debeat, quin res inconsiderata ratione fiat si minus Gundisaluus Ferdinandus Cordubensis in iudicium adhiberi uideatur, qui Betico graui & diuturno bello sępe cum Afrorum genere conflixit, maximeq; sit is unus e multis ad bella conficienda natus. Eodemq; modo Inconstantia expers prudentiæ uideri debet, quæ ob id a recta propositi ratione recedit, quod sit extraordinaria appetitione concupitum: quale illud Iacobi Picinini fortis in primis ducis uideri potuit, qui cū diu in clarissimi Imperatoris Frācisci Sfortię exercitu militasset, tantūq; esset ab illo pręmii merēdo adeptus, quātū posset duci ab imperatoris considerata liberalitate dari, iāq; esset minoꝝ honoꝝ assiduitate fać, sic īmoderata appetendi imperii ambitiōe exarsit, ut nō modo iudicii incōstātia de sentētię sanitate decesserit, sed etiā ab eo sint cōtra illius inuidiosas opes arma exitiosa lata, ex quo facile ortus sit & principatus amittendi, & fortunę suę euertēdę casus: Quod idem est de negligētię tarditate dicēdū, qua solet reꝝ gerēdaꝝ tēpestiuitas aut ꝑcrastināndo omitti, aut desidia blādiente teri, in quo eo pernitiosior omittendi ratio uideri potest, quo res est administranda maior: At uero prudentiæ ea uitiorum genera contraria putantur, quę uirtutem uidentur assequi imitando uelle. Ex quo genere calliditas maliciosa numerari potest, quæ in ultimo adipiscendo ea itineꝝ genera perquirere excogitando solet, quæ spectatu sint speciem habitura ueri. Ideoq; ea maxime peruersa prudentiæ imitatrix uideri debet, quę alteri detrahendo nocet quale illud Federici .ii. fuisse dicūt, q cū criminaretur a multis, ꝙ Capuę ex uestalium sacrario argentea uasa substulisset: respōdere solere ferebatur: alterā demere se uelle causam

Carolus .ii.

Rogerius doria

INCONSIDERANTIA .4.

Gūdisaluus Ferdinandus Cordubensis.

INCONSTANTIA. .5.

Iacobus Picininus:

NEGLIGENTIA .6.

Vitia quæ imitātur prudētiam:

MALITIA: .1.

CALLIDITas AVARA: .2.

Federicus .ii.

Bernabos uicecomes

Petrus Rex Hispaniæ

ad id ſacrarium adeundi uiris. Similecꝫ illud uideri poteſt / quod Bernabouem uicecomitem feciſſe dicunt / qui cum magnam pecuniam eorum hominum penulis qui precarium quæſtum facerent / conſutam eſſe percepiſſet / uotiuæ donationis ſpecie omni egenorum multitudini obſoletas penulas detraxiſſe / nouasqꝫ in ieciſſe fertur / quo donatio eſſet ſordida calliditate quæſtuoſior. At multo peruerſius illud iudicari poteſt / quod eſt a / Petro Hiſpano tyranno factum / qui cum bona / quæ eſſent a / prædonibus capta / auctionando uendidiſſet / cumqꝫ ad eum poſtea ueniſſent hi / ex quibus bona detracta eſſe dicerentur / uehementercꝫ eum precando rogaſſent / ſi ſibi uideretur / ut bona detracta redderet / per præconem edixiſſe fertur / ut quod quiſqꝫ expoliatorum proxima auctione licitando emiſſet / ad eos ſine procraſtinatione referret / affirmans nihil hominum generi conuenire minus / q̃ cuiqꝫ non reddere uelle ſuum.

IVSTITIA .2.

Iuſtitia diſtributiua & commutatiua

At uero Iuſtitiæ duplex genus numerari poteſt / unum quod lege / alterum quod æqualitate cotinetur. Id enim quod eſt legis promulgatione deſcriptum / bipartito diſcerpi ratione ſolet / ex qua una diſtributrix / altera commutatrix numeratur. Diſtributrix enim eſt menſio certa conſtituta / qua perinde alicui quippiam diſpertiendo datur / ut uirtutis ratione præſtat. Commutatrix autem ea nominatur / qua alicui quippiam redditur / quod ante acceptum eſſe dicatur: quod quidem maxime in emendo aut in uendendo uerſatur / in quo rerum commutandarum ratio æquando ponderatur. ut ſi modo fundus ab aliquo emi dicatur / dubitari nullo modo poſſit / quin conmutatio pecuniaꝫ exequanda ſit.

Varium genus cõmutationum

Rapina

Offenſio corporis

Ex dolo

Venceſlaus Imperator.

Itaqꝫ commutationum uaria genera nominari poſſunt / Nam quædam occulta fraudatione fiunt / ut ſi quempiam affirmemus furari ſolere noctu / qui reticentia diuturna lateat: quædam ui palam illata conſtant / quo in genere maxime rapina numerari poteſt. At uero perſonam tum dicimus offendi ſolere ualde / cum aut corpus aut dignitas malo iniuſto læditur / corpus autem offendi aut dolo / aut carceris oppreſſione / ſiue membrorum diminutione poteſt / dolo enim ut ſi Venceſlao Cæſari homini edaci dicatur uenenũ i ſaccarea placẽta dari / quo repentina ſpiritus obſtructiõe pereat.

Carceris uero oppressione, ut si Laurentium Sardiniæ Regem ob id Bononiæ ferrea cauea occlusum fuisse affirmetur, quo palam oppressio esset domitæ superbiæ exemplum, & multæ irrogatæ signum. Membrorum autem diminutione, ut si Ecelinus Foroiulianus dicatur homo cruentus & callida immanitate teter ob eam causam cunctæ Carrariensium familiæ præcidisse testes testes, quo propagatio esset in posterum desitura gentis. Dignitas autem lædi, aut testimonii dictione falsi, aut maledici conuitiatoris obtrectatione potest: At uero uoluntaria commutatio ea nominari solet, qua aliquis quippiam alteri suapte animi uoluntate tribuit: Cuius quidem rei triplex potest numerari genus, cuius unũ in æquandi, alterum in recuperandi, tertium in conseruandi ratione uersetur. Aequandi enim ratio expendi rata mensione solet, ut si quispiam dicatur alteri fundum concedere uelle suum, quo ab eo pecuniam permutatoria æqualitate sumat: Recuperandi autem modus debitionis nexu definitur, ut si causa affirmandi sit, Lodouicum Gallorum Regem, ob id cuipiam trãspadanum oppidũ, definita largitione concessisse, quo ei ius in tẽpus oppidi recuperãdi sit. At uero conseruandi ratio opignoris aut depositi redditione continetur: in qua maxime probatur fidei conseruatæ laus Eademq; est fortitudinis describendæ ratio, quæ in subeundis repellendisq; formidolosis rebus animi firmitas nominari potest, quæ p ea aduentitia mala auertendo pellit, quibus uoluntas maxime solet impeditum iri, quominus certæ consignatæq; rationi pareat. Quocirca iure eam dicimus illi arduarum rerum formidini obsistere solere magis, quibus uoluntas ab integra certaq; ratione deducatur. Ex quo intelligi potest, fortitudini contrarium statui oportere metum, qui cum a rationis præscriptione decedat, maxime ex impendentium periculorum magnitudine oriri solet, cum autem discriminum imminentium magnitudo ex bellorum ratione nascatur, sciri debet, animi interesse fortis, non modo fidenter bellorum impetus formidine depulsa pati, sed etiã grauissima bella inire cõstanter. Itaq; cũ perspicuũ sit, natura oẽs cupiditate flagrare pacis, satis imprõptu esse potest, sẽatui cũ his iur causã bl

Ex Carcere.

Laurentius Rex Sardiniæ

Fedetici secundi filius.

Ex membrorum mutilatione.

Ecelinus tyrrãnus forouiliãus

Ex commutatione uoluntaria.

Ex Aequatione.

Ex recuperatiõe

Lodouicus Gallorũ Rex.

Ex cõseruatione

FORTITVDO. .3.

Quid fortitudo

Metus.

BELLVM

Quomodo & aduersus quos suscipi debeat bellũ ab eccl'ia

Bellũ cõtra sciſmaticos .i.
Bellũ contra hereticos: .2.
Fraticelli
Clemens quĩtus
Bellũ cõtra ĩfidẽles .3.
Tucrarũ natio
Iulius.ii.
Cruciata
Bellũ cõtra sacrilegos .4.
Vrbano .iiii.
Mãfredus Neapolitanorũ rex:

li gerendi dari: qui maxime pacem impedituri ſint. Quorum cum ſit duplex peccati genus, unum, quo a membrorum ſocietate ſecedunt, alterum quo ſenatui parere imperanti nolunt, intelligendum eſt, eorum alterum pontificia ſica debere uulnerari, alterum multari oportere bello, quo membrorum aliquid potius eliſum iri uideatur, q̃ Rei pu. integritas peritura ſit. Nihiloq; iniuſtior eſt cauſa contra eos arma capiendi, qui perduellionatus poſtulari poſſunt, quiq; cum ita longe a rata fidei menſione abſint, ut nihil iam ſit eorum pertinaciſſime improbati loci, cauſa tamen belli ineundi quærunt, quo perduellionatum tueri dimicando poſſint. Quo in genere eſt id legaticium bellum numerandum, quod contra eos occultos ſacrificulos eſt Clemente Quinto referente geſtum, qui eſſent uiuere Ariſtyppea libidinum præſcriptione ſoliti. At uero multo id debet iuſtius uideri bellum, quod contra eam gentem ſuſcipi decernendo ſolet, quæ maxime ſit fidei extinctura lumen: quid enim iuſtius eſſe poteſt q̃ cum eo Turcarum genere inire bellum, qui perpetui ſint hoſtes a ſenatu iudicati, & cum quibus non tam de Imperio, q̃ de animorum incolumitate decertatur? Quo magis modo eſt Iulius ſecundus in hoc genere laudandus, a quo non modo eſt. S. C. de bello Aſiatico ineundo factum, ſed etiam de militantium multa remittenda latum, quo a militum genere minus poenarum in erebo expiatore detur, expeditiorq; pluribus pateat in coelum aſcendendi uia. Eademq; fere eſt ſacrilegorum plectendorum ratio. Nam cum iure poſſint ſacrilegi nominari ii, qui religioſa fanorum ornamenta tollunt, facile intelligendum eſt, eos, cum minus terreri execraria ſauciatione ſolent, pecuniariæ debere multæ irrogatione plecti, quo ab impudenti furti cupiditate auocentur: Atqui ſi minus perſoluere inficiando uelint, dubitari nullo modo poteſt, quin ſenatui cauſa contra eos belli gerendi ſit: ut ſi dicamus ab Vrbano Quarto contra Manfredum Neapolitanorum Regem Gallica arma lata, proptereaq; penetralia fanorum argentea uaſa iuſſiſſet, aut iri auctionando uenum, aut monetariis ſignanda dari, quæ eſſent ex Afrorum manubiis bello Parthenopeo facta.

Atq; etiam idem est de eorum hominnm genere dicendum, qui minus . P . M . S . Q . iubenti superbia importuna parent. Vt si affirmetur Ladislaum Neapolitanorum Regem minus Gregorii duodecimi Interregis iussu ab urbe oppugnanda auocari, nihil causæ esse dicatur, quin primo quoq; tempore contra eum ex .S . C . bellum decernendum sit, quo impudens eius audacia bello frangi & domari possit. Quin etiam cum his quoq; bellandum esse dicimus, qui insidiosa calliditate ob id bella intestina serunt, quo eis aditus ad urbis dominatum obrependi pateat, quale est illud seditiosorum hominum genus iudicandum, quod est in uectigalibus oppidis hoc Gallico bello natum. Sed tum etiam sunt his bella indicenda magis, qui cum uectigalium mancipes in annos fiant, minus uectigal dissoluere negando uolunt, ut si diceretur, Vrbano sexto causam contra Carolum tertium Neapolitanorum Regem belli ineundi dari, propterea q; is diu fuisset de annuis uectigaliis repetundis reus, nulloq; execrationum genere terreretur, quominus abesse, a persoluendi tenacitate uellet. eodemq; modo de rei restituendæ ratione dicitur: in quo quidem cum minus quandoq; possint ad ęquilibrium damni, bona sublata reddi, intelligi potest, ab homine reddi debere tantum, quantum temporis causa sit ad iacturam ęquandam satis. Vt si Federicus Aenobarbus ab Alexandro tertio, Italico bello cogeretur, ut quingenties mille Populo Mediolanensi solueret, propterea q; eius fundatissimam urbem inuida immanitate substulisset, q;q; ab eo esset arando sal in urbe com planata satum, quod esset ad publici sensus dolorem, urbis nunq̄ renasciturae signum, ad memoriam omnium gentium sempiternam, nota sęuitiæ. Idq; eo tum iustius fieri solere dicimus, quo callidius res sublata retinetur: ut si modo Iulius secundus affirmet, iure contra Venetos bellum decerni Iulia lege posse, propterea q; nulla ratione adduci uelint quo flaminica oppida senatui largitoriæ legis specie sublata reddant. Quod cum apertum sit, facile sequitur, Pont. Maxi. permissu senatores legaticio Imperio uti in bello gerendo posse, quo militum generi pugnanti hortando faueant, sintq; expiando, & damni auertendi duces, & militum gloriæ futuræ uades: ut modo est a, Francisco Alidosio Ticinensi

Bellū cōtra oppugnantes urbem .5.
Gregorius Interrex.
Ladislaus Neapolitanorum rex:
Bellū cōtra seditiosos i oppidis eccl'iæ: .6.
Bellū cōtra uicarios eccl'ię non soluentes .7.
Bellū cōtra nō restituentes .8.
Quando homines possūt cogi ad restituendū per bellum .9.
Federicus Barbarussa Mediolanum:
Inst.de pu.iu.§. item lex Iulia.
Bal.in.l.u.c.de lib.ba causa
Iulius Secundus Veneti
Quādo Cardinales legati possunt inire bella.

senatore in flāminia recuperanda factnm: Ex quo intelligi debet, ea maxime esse ineunda bella, quæ sint bonum habitura pacis, quę eo iucundior esse solet, quo belli suscepti causa iustior uideri potest. At uero temperantia ex integra ratione est, bonorū priuatorum moderatrix: Nam cum ex his uoluptatum generibus, quæ sensibus percipiuntur, quędam languidiora, quædam uehementiora uideri possint, facile existimandum est, in his, quæ percipi gustatu aut tactione solent, uehementiorem insitum esse sensum, cum perspicuum sit, homines ad ea perfruenda auidius cupiditate inflammata rapi: quandoquidem hæc sensuum genera præter cætera sint ad hominum naturam conseruandam constituta, ob eamq; causam iure est temperantia ad hec genera tanquam ad uehementiora moderanda data: de qua quidem commodius & uerecūdius alias differendum erit. Quare non sine causa intelligendum est, liberalitatem in bonorum utilium genere uersari, quæ in pecuniæ utendæ ratione turbidas perturbationes instruat scientia dandi, quęq; eo debeat latior fons esse largiendi, quo maior est ex eo hominum haustura multitudo. Itaq; in promerendi pecuniæq; dispertiendæ modo, permagni interest senatoris scire, ne quid minus plusue suffragando largiatur, q̄ necesse uideatur esse: Nam patrum quidem memoria Paulus secundus, haud quanq̄ restrictioris naturæ suspitione caruit, propterea q̄ Theologo probato Francisco Saonensi, qui ad eum de Dei potentia deq; Christi cruore perscripsisset, ducenties tantum centum dari iussisse duceretur, cum nihilo prope minus librarium emblema argenteæq; fibulę ęstimari possent. At ne Alphonso quidem maiori debet laus largitionis moderatæ dari, quē Petro Candido, q̄ eius rogatu decem. T. Liuii libros plebeio sermone explicasset, tricies mille tribuisse ferant. In quo quidem promerendi genere neutrius est putanda mediocritate temperata liberalitas, cum ab altero parcius, ab altero largius datum esse iudicari possit, q̄ dispar ingeniorum sedulitas flagitare uideretur: Quod si contentio quædam comparando fiat, uter discesserit a temperata largiendi ratione longius, dubitari nullo modo debet, quin fatendum sit, eo propius Alphonsum a gratificandi mediocritate abfuisse, quo liberalitas prodigalitati q̄ auaritia coniunctior uideri potest

Quæ sit causa belli iusti

TEMPERANTIA .4.

Tactus

Gustus

LIBERALITAS .5.

Quid libralitas

Quomodo dandum:

Paulus secūdus

F. Saonensis Sixtus .iiii.

Alphonsus maior

Petrus cādidus:

Eademq; ratione cauendum est, ne a liberalitate discedatur iniuste promerendo, idq; tum facile animaduerti potest, cum histrionum, Lenonum, Collusorum aut blando assentatorum generi datur, quando, quidẽ natura rectũ sit, hos magis egentes esse debere q̃ dites: Quę quidem uitii labes eo magis est a senatore fugienda, quo latius est ad popularem exitura famam, cũ perspicuum sit, homines his libentius suffragari solere largiendo, qui coniunctiores uideri studiorum naturęq; cognatione possint: Dantes quidem poeta, homo ut carmine, sic morum libertate rigide & seuere dicax, cũ domo pulsus apud Veronensiũ principem uiueret exul, ac diu nullũ nactus esset in prępostera uiuendi ratione locũ, ob eamq; causam obiecisset ei sericatus parasitus quidam, quod ditior esset ioco, q̃ ipse doctrina, quid mirum inquit, cum princeps sit tui q̃ mei similior: Quin etiam illa peruersa crudelisq; liberalitas uideri debet, qua optamus aliquid alteri euenire mali, quo causa fauendi & suffragandi sit, ut qui amici domũ cupiũt euersum & deflagratum iri, ut occasio pecuniæ suppeditandę detur, quo iacturæ causa fiant beneficia tempestiua gratiora: Nihiloq; benignior est iudicanda ea ociosa in fauendo uoluntas, qua aut persoluuntur benefitia expectata tardius, aut homines torqueri procrastinando solent: Nec item minus cõmemoratio ingratitudinis aut officii exprobratio odiosa esse potest, cũ perspicuum sit, hãc inter dantem & debentem sanciendam esse legem, ut alter repente beneficii obliuiscatur dati, alter semper accepti meminisse uideatur: Memoria teneo Federicũ Sanctoseuerinatem senatorem, cũ cuidam affectatori suo, paulominus quingenties ex flamminali censu concessisset, Cumq; is statim beneficii memoriam definiens, se ab eius amicitia remouisset, uelletq; postea in gratiam redire, atq; ingrati animi naturam excusare diluendo, conscientia lętũ respondisse, nunq̃ se in eum beneficium contulisse recordari, ita homo animi munificentia magnus, & in liberalitate constans, maluit reticere, quod dedit, q̃ incurrere in ingratitudinis detegendę, & beneficii exprobrandi casum: Ac ne illa quidem liberalitas probari debet, quę, & ei, in quem confertur, & ei, qui largitur obfutura uideatur: Nec est enim illi pecunia ullo modo danda, qui eam trinoctio natalitio sit in aleatorium ludum profusurus, cum malum fiat delicti societate maius:

Ex iustitia dãdi:

Dantes Florentinus poeta

Ex desiderio mali alieni: .2.

Ex tarditate dandi .3.

Ex cõmemoratiõe ingratitudinis .4.

Ex exprobatiõe offitii .5.

Federicus Sanctoseuerĩas Car.

Ex datione nociua .6.

Ex exprobatiõe uitiorum .7.

Ex quo nihil est etia mcur ea donatio laudari possit, quę criminose sit animi exprobratura malũ: Nam Alphonsum quidẽ minorem bello hydruntino ferunt, nescio cui ex decurionum numero, colum argenteã dedisse, quę esset exprobratrix formidinis, & naturę effoeminatę testis: Quare liberalitati auaritia contraria opponitur, quę eius boni libido nominatur, quod sit intemperanti auiditate concupitum Itaq; cum duplex sit auatitię malum, unum quod in retinendi, alterũ quod in detrahendi ratione uersatur, intelligendum est ex eo genere, quod sit improba natura tenax, ea animi uitia solere nasci, quę nec sint opem alteri latura, nec eius quidem mendicitati occursura uitę, cui fame pereundum sit: At uero id auaritię genus, quod detrahendi ratione ponderatur, bipertito secerni potest, unum quod ad anxiã animi curam pertinet, alterũ quod ui contineri solet: Anxietas.n.est uehemens quędam eius adipiscendi cura, quod utile uideatur, eaq; tripertito distribuitur: una, qua pecunia, ut finis ambiendo quæritur, altera, qua, homines discedere a re expetenda solẽt, quo eis causa pecunię parandę sit: ut si quempiam dicamus se iccirco a philosophię studio remouisse quo ei causa negociandi esset: tertia qua opinando timetur, nequid uitę tuendę desit: Vis autem est ea, quæ sui cõmodi causa alteri palam detrahendo nocet: Quale illud genus uideri potest, qnod est aperta latrocinãdi cupiditate rapax. Nec multo secus auaritia in uendendo aut in emendo fraudandi ratione utitur quę maxime in celandi dolo uersatur: ut siquis adulterinos nũmos obsignare affirmetur, quo uenditorem celando fallat: quod quidem maxime dissimilitudine fraudandi constat: Ideo q; in eo genere mẽsio, conditio, ambitus, furtum, & occisio numeratur: Ex mensione.n. fraudatio duci potest, cum ęquandi ratio fit in uendendo minor: ut is, qui Florentię auara audacia ex sextario tabellam fraudando dempsit: Ex conditionis uero ratione, ut siquis domum auctionando uẽdat, quam breui ruituram sciat, siue sit quid pluris fraudando uenditurus, q̃ ęstimari ęquata ratione possit: At ex munerali ambitu triplex fraudãdi dissimilitudo eruitur, una qua homines ea solẽt nũdinari fana, quę gratuita dei liberalitate cõstant: Altera quę fit permutandi ęqualitate nequior: ut siquis modo transtiberini portorii pararius prefecturã cũ eo sacello permutare nundinando uelit, quod

Alphonsus minor.

AVARITIA.

Quid auaritia.

Ex retentione. .1.

Ex detratione. .2.

Ex anxietate habendi. .3.

Ex metu d̃ficiẽdi .4.

Ex uiolentia. .5.

Ex fraudatiõe uẽditionis & emptionis. .6.

Ex mensura .7.

Ex conditione .8.

Ex simonia .9.

Triplex simõia.

ſit gentilicia dedicatione conſtitutũ/tertia/qua ea uenire ſolent/quæ ſunt ſacroꝝ religioni nexa:ut ſi in fanis pręfecti penetrālii ea aurea uaſa uenire interuerſa ratione iubeant/quæ maximæ ſint ad orna/tum ad uſumq; litandi facta. Nihiloq; eſt affirmandũ de ea furti ra/tione ſecius/quæ clam alteri detrahendo obeſt: Similiq; prope mo/do eſt de necandi ratione dicendum/cũ ab aliquo cauſa hominis oc/cidendi queritur/quo ei hereditas obuentura ſit. Quin etiam uaria interdum auaritiæ genera numerari poſſunt/quæ in largiendo defu/tura uideantur/ut ſi Robertum Neapolitanoꝝ Regem reſtrictioris naturæ eſſe diceremus/proptereaq; fuiſſet in litteratorum hominum genere promerendo parcior: aut ſi cauſa confirmandi eſſet/ Vrba/num ſextum auariori tenacitate rapi/proptereaq; nulli ſuffragari lar/giendo uellet. Atq; etiam id genus hominum auarum uideri poteſt/quod extra modum detrahendo prodit: cuius quidem generis ratio duplex eſſe ſolet/una/quæ in ſordido/altera quæ in iniuſto lucrandi genere conſiſtit/ſordidum.n.genus eſt/quo pecuniæ aut ex foenere/aut ex meretricio quæſtu detrahuntur: Oliuerius quidem Carrapha prudens & uerecundus ſenator/cum in ſenatu quidam Paulo ſecun do ſuadere uelle conarentur/ut de meretricio uectigali legem extra ordinaria ſeueritate ferret/quo cauſa eſſet meretricii minuendi ſum/ptus/uehementer contradicendo reſtitiſſe dicitur/affirmans minus a/ſenatu eam legem debere ferri/quę ſordido eſſet olitura quæſtu. At illiberalis quęſtus ratio ea uideri debet/quę in ęgrotantium aut in amicorũ ſpoliatione uerſatur: ut ſi cuipiam dari probro poſſit/ꝙ al teri in aleatorio ludo ſit pecuniam detrahere doloſe ſolitus: Q uocir/ca quemadmodum auaritia extra modum fines retinendo & detra/hendo prodit/ſic prodigalitas fines largiendo tranſit: quę eo eſt mi/nor animi iudicanda labes/quo eſt aut propinquius liberalitati hęſu/ra/aut pluribus opitulatura dando/ſiue quo celerius ei fieri melius cõualeſcendo poteſt/cum ſatis perſpicuum ſit/homines aut minus largiri ſolere ſeneſcendo/aut minus fieri fortuna aduerſante prodi/gos: Similiſq; eſt magnificentię deſcriptio/de qua mox erit maxime proprius diſputandi locus: At uero animi magnitudo/q̄q̄ in honoꝝ genere uerſetur/nunq̄ ita tamen honoris adeptione letatur/ut de grauitatis gradu deturbata cadat. Itaq; quemadmodum minus ho/

Ex furto: .io.
Ex homicidio: .ii.
Robertus Rex Neapolitanus:
Vrbanus .vi.
Ex ſordido lucro .i2.
Oliuerius Carrapha Car.
Paulus ſecũdus
Ex illibrali lucro .i3.
PRODIGALITAS
MAGNIFICENTIA
MAGNANIMITAS.

Magnãimus est iustus
Quæ pericula ĩ eunda putet
Magnanimus uult magis dař q̃ accipere
Philippus uicecomes
Arogonnm Reges
Magnãimus nõ occupatur multi negociis
Mngnãimus est ueridicus
Magnãimus nõ est laudator neq; obtrectator.
Magnãimus nõ est admirator

PVSILLANIMITAS. .17.
PRAESVMPTIO. .18.
MANSVETuDO .19.

Homines sunt mãsueti cũ im

noris dignitate gestit, ita etiam minus solet contumeliæ inflictiõe angi, cum satis sit ei ab omni ratione persuasum, nihil sibi iniurię fieri debere arbitrari, quod iustitia repugnante fiat. Atq; etiam intelligẽdũ est magnanimum dici debere eum, qui ea sibi pericula adeunda putet, quæ sint aut Rei pu. salutem, aut eam uitę utilitatem allatura, pro qua prȩclarꝝ sit cum dignitate mori. Rursusq; scire licet, eũ bene de multis promereri q̃ beneficio accepto obligari malle: eãq; quęrere ꝓmerẽdi uiã, ex qua nunq̃ sit facultas gratię referẽdę par. Quale illud potuit beneficii genus iudicari, quo Philippus uicecomes, duos Aragonum Reges bello nauali captos regnare inusitata liberalitate iussit. Ideoq; nihil est causę, cur is qui magni excelsiq; animi firmitate prȩstat, multorum negociorum gestione occupetur, sed ea potius rerum gerendaꝝ genera persequatur, quę sint aut iustum honorem paritura, aut nominis testimonium habitura sempiternum. Ex quo satis potest esse signi eum magis ueri iudicio q̃ spectatu aut obstructa opinatione niti, cum satis apertum sit, eum minus ab illo rerum genere deduci hominum opinione posse, quod sit uirtutis terminatione definitum. Ideoq; iure dicimus, ei non minus esse solere curę, ut tam sit a laude q̃ ab obtrectatione aliena absfuturus, nequid de iudicii ueritate deperdat: eodemq; modo affirmatur, eum nec qcq̃ admirari solere ualde, nec iniusti recordari mali, cum in altero nihil magnum esse opinetur, quod soleat ex externarum rerum admiratione nasci, in altero nihil damni uideat esse factum, in quo sit aliquid de uirtutis integritate diminutum. quare intelligendum est ab ea animi tenuitatem abesse solere longe, proptereaq; maxime suę dignitatati desit, eaq; repellendo refugiat, quorum sit suapte naturę proclinitate capax: eiq; maxime solet impudentia repugnare auersando, quę cum minus sit conditionis naturęq; suę gnara, ea sibi arrogãdo sumit, quæ minus naturę suę interesse possunt. Sed cum de ea uirtutum ratione disceptatur, quę in malorum genere uersatur, perspicuũ esse debet, mansuetudinem primam in harum uirtutum genere dispertiendo statui, quo sit iracundię inflammãtę mitigatrix. Itaq; non sine causa probatur, homines cum his esse solere leniores, qui imprudentes iniuria lęsisse uideãtur. Quin etiam homines tum maxime ab iniurię acerbitate absunt, cum hi qui lęserunt, aut errorem pęni

tendo fatentur, aut diluunt excusando culpam. Idem Lodouicus Gallorum Rex, a, quo modo est ad Adduam Venetorum potentia dimicando fracta, cum adolescens esset a Gregario Tyrone lesus, atque illius puniendi causa Gallicum flagrum distrinxisset, quo cæteris exemplum esset in audacia mulctanda notius, cumque is supplex ad pedes iacuisset culpamque diluere excusando conaretur, in medio iracundiæ ardore flagrum abiecisse dicitur, affirmans, malle se ueniam demisse mentienti dare quam mulctando causam quærere detegendi ueri. Recteque etiam sciri potest tum homines irasci solere minus, cum maxime timida natura constant, proptereaque dum locus metuendi datur, dubitari non potest, quin causa iræ desinendæ sit, cum fieri nullo modo possit, ut eodem tempore idem sit timendi & irascendi sensus. Quin etiam cum his ira languidior esse solet, qui aut diu sunt in afflicta erumnarum calamitate uersati, aut recenti sunt fortunę tempestate fracti. Sed tum quoque cum quibusdam est hominum natura sedatior, cum causa contigit irascendi maior. Nam. T. quidem Phedrus Volaterranus locuplex & Canorus orator, cum Alexandrum sextum sibi succensere solere resciuisset, ex eo, quod Ascanii Sfortiæ nomine se ab eius laude celebranda remouisset, cumque gratiæ reconciliandæ causa, eo, potissimum tempore dixisset se eum adire uelle, quo ab eo Vrsini Vitelliana secessione desciuissent, dissuadereturque a multis ne tam alieno tempore occasionem eius placandi & mitigandi quæreret, respondisse dicitur, id tum maxime sibi idoneum uideri adeundi tempus, cum plane bene sciret, maioris iræ interuentu, minoris iracundiæ sedari solere malum. Atque etiam ratio esse solet in eo hominum genere plectendo tardior, qui aut cæca casus uolubilitate peccant, aut qui ita animi uirtute præstant, ut iure eorum splendor incolumis sit ab infamiæ suspitione retinendus. Quocirca intelligendum est, iram esse cum angore libidinem aperte puniendi eius, qui princeps fuisse iniuriæ faciendę uideatur. Quę quidem ex uario causarum genere oriri solet: siquidem ex conditione fit causa irascendi maior, cum id artificiorum genus exprobratur quod sit sordida tractatione turpe, ut si cui palam exprobretur, quod sit in salsamentaria aut alutaria tractatione educatus. Ex similitudine autem eo causa maioris iræ excitandę datur, quo ima

Hi sunt mansueti qui sunt intimore:
Homines sunt mansueti cum miserrimis
Homines sunt mansueti cum nouiter afflictis
Homines sunt mansuetis quando maior ira superat:
Tho. Phedrus Volaterranus
Alexander. vi.
Vrsini
Vitellenses
Homines sunt mansueti cum casualiter errantibus
Homines sunt mansueti cum excellentibus:
IRA
Quid sit ira
Ex exprobratione artificii .i.
Ex similitudine ridicula .2.

Angelottus Romanus Car.
Ioannes Rutenus Car.
Ex persona .3.
Iacobus Carrariensis
Ex minima offēsione .4.
Ex uitiis & morbis corporis .5.
Lodouicus patriarcha Car.
.L.Oliua saxoferatēn Car.
Io. Spoletinus Car.
Ex saltuatione ī officiosa .6.
Ex assurrectiōe in officiosa .7.
Vitia iræ
Indignatio.
Pādulphus Malatesta
Matthęus Germanus
Mentis tumultus
Iurgium

ginis collatione similior uideri potest: ut si Angelottus Romanus ob id Isidorum Rutenum senatorem hircum togatum nominare diceretur, proptereaq; solus in senatu uti græca barbæ ostētatione uellet. Ex persona uero tum fit mens irascendo commotior, cum id exprobrari obtrectando solet, quod minus culpa contractum esse uideatur ut si a Iacobo Carrariensi patrem necatum esse fateamur, proptereaq; ei in iurgio exprobrasse refricando diceretur, q; esset ex pellice tridentina natus. Par atq; una est rerū minutarum ratio, cum intelligitur ex minimarū etiam rerū offensione iracundiæ solere excitari bilem, quæ sit uel hominū īdicatura mores, uel alteri nocitura grauius. Nam Bucicalum quidem celtam liguriæ prætorem, qui esset unus inter multos magnitudine inusitata gigas, sutori nesciocui pollices præcidisse ferunt, proptereaq; ab eo soleę angustius uiderentur sutę, q̄ essent ad eius insolentē pedum deformitatem aptę. Nihiloq; lenius superbæ aures eo corporis uitio offendi irascendo solēt: quod sit hominum generi uel naturæ ortu insigni notatione satum uel ex fortuita aduentitiaq; inustione natum dicatur, ut si patrum memoria affirmaretur Lodouicum Patauinum senatorem, qui propter opum affluentiam & luxum Luçullus senatorum diceretur, uehementer. L. Oliuæ & Ioanni Spoletino in senatu irasci consuesse sępe q; alterius tussis, alterius sternutamenti insolenti assiduitate offendi uideretur. Idemq; est earum opinatarum offensionum genus, quod fit iniurię specie irascendo maius: ut siquis ob id alteri irascendum putet, proptereaq; aut minus sit grato oculorum coniectu salutare uisus, aut minus officiose sit ab eo de uia decessum, in quo eo esse potest coiectura opinata fallacior, quo peruersius homines plus ab altero officii ambiundo repetunt, q sit eorū definitę dignitati satis. Quamobrem iure ex eiusmodi iracundię malo stomachationem, mentis tumultum, iurgium, & dimicationem nasci solere dicimus. stomachatio.n. est iniurię ab eo inustæ angor, qui sit sordida artificii tractatione notus: ut si auorū memoria dicamus Pandulphū Malatestam hominē familiæ splendore & bellica uirtute pręstantem, iracundo solere dolore angi, proptereaq; a Mattheo Germano multum sibi iniurię factum esse obtrectando cerneret, qui diu fuisset mulionica uectura cognitus. At mentis tumultus is tū ne

minari poteſt, cum homines turbido angore iniurię ulciſcendę uiam excogitando quærunt: Iurgium autem eſt impudens & perturbata locutio, quæ ira exclamãdo patet. Dimicatio uero ea audax uocat͂ de turbando uis, quę alteri pugnãdo nocet: In quo quidem cuncta iniurię inurendæ genera uerſantur, quæ fieri ui premente & urgente ſolent. Idemq; fere eſt comitatis deſcribendę modus, quæ cum ſit conciliandorum pertractandorumq; hominum ſcientia, inter nimium & parum conſtituitur. Nam multi ita placida natura redundant, ut facile ad cuiuſuis hominis nutum conuerti naturæ facilitate ſoleant: quo in genere Paulum Secundum & Innocentium Octauum in Patritiatu fuiſſe ferunt, qui cuiuis ſe iucundos oſtendere eſſent blanda comitate ſoliti. Contra autem alii ita a cõmodiore naturę lenitate abſunt, ut cum omni genere hominum agreſti acerbitate uiuant. Ex quo perfacile iudicium ſit cũ eorũ utrũq; genus a rata rationis menſione deſciſcat, uirtutem inter utroſq; interiectam collocari ſolere mediam, quæ cum utrorũq; moderatrix ſit, rite comitas nominari poteſt: cum autem ſit omnibus natura pręſcriptum, ut aliter ſibi cum minorũ, aliter cum maiorũ gentium genere uiuendum putent, intelligendum eſt, ꝙ q̃q̃ nullum ſit genus hominum, quod non a principe, naturæ facilitatem tanq̃ fati omen repoſcat non tamen ſemper eodem modo, nec eodem tempore, nec cum omnibus ſenatores eſſe debere blandos. Nam cum dignitas nimia naturæ facilitate obſoleſcat, ſatis eſt argumenti, ſenatores in hoc promerendi genere uideri debere grauiores, ut enim in epularũ genere hominum diſſimilitudo ponderatur, cum idem obſonii genus uni putatur in ægrotatione ſatis, quod alteri ſit in ſanitate parum, ſic eſt in hominum colluuione iudicandum, ut ratione certa expendatur, quatenus cuiq; ſuauitatis impertiendum ſit. Quo in genere magnæ laudi Georgio Rothomagenſi prudentium ęſtimatione datur, ꝙ cum magis ſit natura benignus q̃ ſimulationis obſtructione blãdus, omne genus hominũ ad beniuolentiam officioſa benignitate perlectet, & nihil de dignitatis auctoritate deq; naturæ grauitate remittat, quæ eſt maxime conſentanea Senatorię dignitati uirtus. Atq; in hoc genere ueritas quoq; poteſt ęqualitate definiri, cui nimium & parum opponatur. Quorum alterum ad oſtentationem

Rixa.

AHABILITAS

Paulus .ii. Innocentius .viii

Quomodo Cardinales debent eſſe affabiles.

Georgius Rothomagenſis Car.

IACTANVIa
Quod sint iactatores
Iactatores honoris causa
.i.

alterum ad ironiam pertinet. Ostentatio enim est gloriosa prædicatio, qua aliquid fit commemorando maius, q̃ ueritas pati iudicando possit. Itaq; cum aliquis plus sibi gloriando ascisicit, q̃ sit laudis suæ priuatæ proprium, apertum esse potest eum impudentis mendacii uanitate pasci. At si quispiam honoris auiditate dicatur de se prædicare solere gloriosius, nihil abesse debet, quin fatendum sit, eum multo esse in hoc genere uituperandum minus, quatenus scilicet honos cum honestate potest similitudinis propinquitate iungi. Quod si rursus quempiam in iactando dicamus, nullius laudis q̃ eius uti commemoratione malle, qua opum affluentia ostentari solet perfacile iudicium est, eum perspicuo mendacio lætari solere turpius cum multo sit opum q̃ gloriæ ostentatio in iactando leuior. Quo circa existimandum est eos, qui se gloriæ causa ostentando iactant, ea exquirere solere mentiendo, quę uideri probabiliori mendacio laudanda possunt: ut si Chrysolora peripatheticus Bizantius se ab eo Iustiniano esse diceret, qui auctor legum in commentarios referendarum fuit, quo sit ueritati mendacium similitudine cognata propius. At uero hi qui quæstus causa gloriari uolunt, ea ostentando fingunt, quę uel aliquid sint hominum generi allatura commodi, uel mendacii malum obscuratura uideantur. Nam Lampridius quidem Cremonensis Grammaticus, qui cum Alexandro Cortesio fratre uixit, sępe dicere solebat, se iccirco medicinæ aut diuinationis ostentatione in iactando uti, proptereaq; ex altera omnes sanitatem optarent, nec facile intelligerent utrum esset medicinæ obeundę expers in altera rerum futurarum cupiditate tenerentur, nec facile mendacium agnoscere secernendo possent. Contra Ironia eo longius a ueritate abest, quo plus sibi mentiendo demit, q̃ sit priuatæ notæq; uirtuti satis. Ideoq; multi sæpe ea sibi mendaci simulatione detrahunt, quæ sunt laudem habitura mentis. Vt si Theodorus Gaza cęlando esset negare solitus se Philosophiæ præstare laude, qui esset Philosophorum princeps omnium gentium fama iudicatus. Ex quo intelligi debet a ueritate mendacii diffidere malum, idq; eo fieri dissimulando maius, quo alteri grauius mentiendo nocet, ut si alteri quispiam uxoris attrectationē exprobrare audeat, quo ei causa uxoris necandæ sit: At uero mendacium quo homines iuuantur

Iactatores ī ostētando diuitia
.2.
Iactatoresglorię causa
.3.
Chryselora Philosophus Cōstātinopolitanus
Iactatores lucri causa .4.
LampridiusCremonensis Grāmaticus:
IRONIA:
Detrahentes si uirtus
Theodorus Gaza Philosophus:
MENDACIū.
Ex exprobratiōe adulterii
Mendacium officiosum

ut nocitura tollitur, ex officii ratione ducitur, ut siquis alterius crumenam auro refertam ei se reperisse neget, quem eam furaturum sciat. Quod idem est de ea mendacii ratione dicendum, quę hominum mentes facetius delectatura sit. Itaq; satis existimari potest, senatores, nec ita de se prædicare debere leuiter, nec ita parce comme merare mentiendo, ut iure sit illis ab ea mediocritate discedendū, in qua sit ueritas æquata sita: sed cū de ceterarū uirtutū genere disputatur, sciri debet, in uita quoddam esse iocandi adhibendū genus, quo possit aliquid aut de corporei muneris tedio, aut de mentis agitatione remitti: quod quidem genus diuisione secernitur. Nam cum in iocando unum genus sit eorum, quibus maiori curæ est, quē admodum possint mouere risum, quā quemadmodū modestiam in iocando adhibeāt, alterū eorū sit, qui agresti horridoq; naturæ habitu, nulla sermonis hilaritate lætantur, satis in prōptu esse potest, eorum genus statui debere medium, a quibus utrorūq; absit in uitæ comitate malum. Quod quidem mediocritatis genus nostri iucunditatis descriptione definiunt: quā retineri soleat moderatus iocandi modus. Ex quo perfacile iudicium est, omnia uirtutum genera esse debere nexa, nequā earū deductio in uiuendo fiat, ex qua intelligi detur, hominum beatam claudicare uitam.

Mendaciū iocosum

DE IOCO ET LVDO

De moderato iocandi modo:

Virtutes debent esse conexe

DE SCIENTIA CARDI NALIVM:

Quod sciētia ptinet ad Cardinales atiōe principatus

Nicolaus qntus

Pius secundus

Sixto quarto

L. Oliua Saxoferratū Car.

Io. Turrecremata Car.

Quod dignitas Car. nō cōsistit in potentia:

Quod Car. non possunt conseq gloriā sine sciētia

I Taq; tanq̄ in ortus uia iure post actionem erit de Senatoria contēplatione differendum. Nam cū maxime Senatorum intersit generis humani cura satis ītelligi dat eos qui doctrinę altitudine scientięq; dignitate florent facile posse de inferiorꝝ generꝝ natura iudicare, ac imperandi prohibēdiq; sapientia hominū scire continere genus: quæ est maxime propria senatoris uirtus. Quare non sine causa scientia semper quędam fuit in senatū obrependi uia: siquidem patrū memoria Nicolaus quintus obscuro loco natus ob multarꝝ rerꝝ scientiam, senator est sine aduersantiū obuaricatione dictus. Nihiloq; angustius homini doctissimo Pio secundo aditus in senatum patuit. Nec item alia causa Sixto quarto q̄ de Christi cruore disputatio patritiatus adipiscendi fuit. L. quidem Oliua gloriari solebat se imprudentem senatorem esse factū. Quid de Nicolao Cusensi, aut de Ioāne Turrecremata dicā? Quorꝝ alter affirmare solere dicebatur, nunq̄ se senatoriæ dignitatis fuisse candidatū, alter quoq; non legitimo comitiorꝝ die sit in senatū sine comperendinatione lectus? Quod idē non nullis hac etiā ętate cōtigit, qui excepti ex doctorꝝ hominū explosione sunt. Qđ si senatoriam dignitatē in potentię quodā splendore uersari dicamus erit etiā cōfiteri necesse, eam ui, non suapte natura niti: & quod sit ui a natura detortum, id nec diuturnum quidem esse posse. Nec.n. hoc loco refert, exemplis recentibus uti, cum satis intelligi hoc gallico bello possit, q̄ multorꝝ potentia sit eadem fati tempestate fracta: Exilis est.n. cupiditas magnitudinis speciem, potentiæ splendore uenantis, cum hi quoq; potentiam adipisci uideantur posse qui pecuniæ student, aut uersari in feneraticia ratione solent. Atq; etiam perspicuum est senatores sine studio doctrinæ, gloriā cōsequi nullo modo posse. Nec.n. Gloria in fortunæ aut in opum affluentia consistit. Cui.n. modo sunt Parthorꝝ, Scytharꝝ, aut Indorꝝ regum audita nomina? qui q̄q̄ in summa esse fortunæ potestate ferantur, sciri tamen debet, eorꝝ famā ī Asia tāq̄ in mūdi uersari pūcto. Ac si uerꝝ quærimus q̄ paucos reperiemus ex tāto Impatorꝝ numero extitisse, q̄ i sūma no

minis celebritate sint? Quis.n. Leonem, Anastasium, Rodulphum, Beregarium, Hericum, aut Octonem nouit? Atq; etiam in tanto senatorum numero, quot celebrari nominando solent? A comitiis Pauli secūdi Pon.Max. Quadragesimus ppe quartus numeratur annus, īter quod tēporis spatiū, cum centum fere senatorum sit interiecta multitudo, uix tamen ex omni copia decem honorari nominis commemoratione possunt. Lodouicus Patauinus Patriarcha, quo nemo affluentior in senatoria dignitate fuit, sexennio ante me natum est mortuus, quis tamen magis est ex hominum memoria reuulsus aut posteriorum reticentia obscurior? Quid item hodie minus q̄ Gulielmi celtę senatoris nomen celebrari commemorādo solet? qui nobis pueris ditissimus senatorum est hominum ęstimatione iudicatus. Etenim potentia solet exigui temporis prędicatione niti, disciplinarum autem studium nunq̄ iustæ gloriæ mercede caret, sed gratorum hominū sermone crescit, ad īgeniorumq; ē effigiē statua memoriæ. Quis.n.non uidet longe clarius Tacitum Historicum q̄ Tacitū Cæsarem fama celebrari, aut non intelligit illustrius Galeni Medici q̄ Galeni Cæsaris uagari nomen? Siquidem gloria eo latius ad omnem memoriam propagari peruagando potest, quo ucrioribus radicibus nixa continetur: quæ ex nostri, non ex aduentitii boni ratiōe nascitur. Ex quo iure Laurentius Medices, qui est totius Italiæ cōsensu iudicatus mentis habitu, litterataq; expolitione sapiens, sæpe dicere ferebatur, homines quacunq; fortuna prestantes, sine studio doctrinę ambigua solere glorię expectat ōe mori, atq; ego haud satis ītelligo an senatorio ordini aptius qui cq̄ putem ad disciplinarum gloriā cōparandam dari, cū sępe fere senatores possint ocio tuto uitęq; tranquilitate frui, domi.q; sit his, tanq̄ Sabęorum regibus quidam prope uiuendi circumscriptus locus, quibus maxime rebus quæri gloria doctrinarum domestica uacatione solet: Ioannes Antonius quidem Alexandrinus senator, qui nuper est mortuus, huius memoriæ iurisconsultorum princeps, cum ex eo quidam iam adepto patritiatu quęreret, cur tam matura gloria nihil ex flagranti studio quotidianaq; cōmētatiōe remitteret nec idonei tēporis oportūitatē fruēdę uoluptati daret, respōdisse dicit homo grauis & cōstās, domiciliū glię qđ priuatus inchoatum reliquisset in senatoria dignitate absoluere se uel-

Leo. Anastasius: Rodulphus Berengarius: Herricus: Octo Lodo. Patauinus Patriarcha: Gullermus Estouteuilla Car.

Tacitus Historicus Tacitus Cæsar Galēus Medicus Galenus Cæsar: Laurentius Medices:

Io.An.Alexandrinus Car.

le locupletius: Ex quo satis est argumenti patritiatum occasionem esse amplificandæ gloriæ, locumq; ingenii percipiendarum frugũ, nõ autem, saginariũ & somnum uideri debere fortunæ. Atq; illud quo q; intelligendum est, contemplationem rerũ suapte esse natura iucundam, cum id quenq; delectet, quod cuiq; natura congruit. At contemplatio ueri proprie homini natura congruit. Cum sit unus inter cætera animantia maxime rationis consignatæ compos: ob eamq; causam ei est uni cupiditas ueri indagandi sata: Q d si collatio quædam disceptatioq; fiat, maiores ne sensuum sint, an animi uoluptates dicendæ, apertum esse debet, neminem ex hominum genere reperiri posse, qui mentis q̃ oculi obtutu carere malit quemadmodum insani desipiendo carent, longeq; omnino maiorem in animo, q̃ in sensũ habitare uoluptatem: siquidem sensuum uoluptati uicina est & cognata sacietas: & quo plus ab animi cognitione abest, eo minus delectare solet: idq; facile in omni sensuũ usu perspici potest. Nam & cernendi sensus qui propius ad spiritus naturam accedit, celerrime colorũ aspectu saciatur. Idq; sępe usu uenire intelligimus, cum picturarum, signorum, aut statuarum genera cernuntur, q; celeriter oculi etiam eruditi spectandi quodam tedio abalienari solent. Neq; diutius auditus, quo nullus est fastidiosior sensus in nobis, in cantuũ & sermonũ uoluptate delectatur: nisi quatenus illa uoluptas ad animi iudiciũ traduci cõtẽplãdo potest. Itaq; cũ primo sensus cãtuum suauitate moueantur: mox sensim euanescente uoluptate languent, lẽtaq; & ignaua delectatiõe satiantur. Q uis. n. sesquihora uel Hispaniæ lyræ æqualitatem, uel lembi interpunctam suauitatem sine aurium satietate ferat? Ac æque diu ieiunii sermonis siccitate lętamur. Ex quo pręclare Franciscus Soderinus senator homo rerum usu limatus, & magnarum artium scientia dissimulanter doctus, sæpe dicit, celerrime hominũ quotidiana colloquia solere sine disciplinarũ cognitione consumi. Eodemq; modo non licet diu odorum desidiosa uoluptate uti. Siquidem homines inter omnia animantia languidius odorari solent: propterea q; odorum species in imaginationis sensũ imbecilla uoluptate ĩfluãt Idq; ex eo sciri potest, q; nunq̃ fere odorum sõnia obiici dormiẽdo soleant. Nec semper eorum iucunditas æqua,

Q uod scientia naturaliter est Iucunda

Q uod maior sit delectatio ĩ animo q̃ in sensu:

VISVS .1.

AVDITVS: .2.

Franciscus Soderinus Car.

ODORATVS .3.

li suauitate oleat:cum tenuius flaccidiusq; hyeme illabatur in sensu: ob eam q; causam sępe uidemus a quibusdam odorum unguentorumq; genera respui: Oliuerius quidem Carrapha homo omni uitæ expolitione nitens & qui semper in principibus senatorum fuit a rosæ odore tanq̃ a tabifico nocenteq; quodam morbo refugit. Nam Lampridius Cremonensis grammaticus quem super nominaui mus ita omne odorum respuebat genus ut Romę ne florida qui dem uia iter facere soleret qꝫ unguentis olere uideretur. Quin etiam Gustatus quo nihil est in hominum natura appetentius usq; eo delectat quo ad expleantur desideria ad naturæ necessitatem data. Itaq; non minus diu popinationum aut potationum uoluptate tenemur: cum ea sit alui circunscripta natura metienda. Sed nec blanda quoq; ueneris uoluptas diuturnior esse potest cum grauis auctor Aristoteles affirmet salaciores homines minus uenere solere delectari quasi frequentibus libidinibus languefactus uolupta tis ardor deferuescat sit q; uoluptas continuata minor. Quo circa existimandum est omnium uoluptatum generibus quæ in sen sum influere dicuntur celerrima inesse solere fastidia sensuumq; naturam nihil simplici in genere diu posse sine uicissitudine & rerum uarietate pati. At homines diutius in contemplãdo q̃ in cæterorũ munerum genere uersari possunt. Nam in his rebus maiores lassitudinis & defatigationis afferuntur causę in quibus magis membrorũ usu egemus quæ quo plus materiæ nanciscũtur eo grauiores esse solent: ut præclare in tundendi metendi fodiendi aut secandi lassitudine apparet. At uero contemplãdi ratio quæ mẽ tis munere conficitur diuturnior esse solet propterea qꝫ multum a membrorũ societate seuocetur. Ideoq; ob id uidimus homines doctrinæ deditos diutius studiorũ assiduitate teneri Quam enim studiorũ continuationem in Democrito Platone Xenocrate Aristotele Theophrasto aut Chrysippo fuisse censemus: a quibus est contrita in scribendo ętas: Quãtũ studii putamus a Pico Mirandula in philosophia consumptum: quem quotidie solitum cõ terere duodecim horarum curricula in rerum cognitione ferunt: idq; eo admirabilius contigit qꝫ adolescens esset & formosus & diues quibus rebus maxime solent homines a studiorũ assiduitatę auocari

Oliuerius Carrapha Car.

GVSTATVs .4.

TACTVS: .5.

Quod homĩes possũt diutius contemplari

Democritus: Plato Xenocrates Aristoteles Theophrastus: Chrysippus. Io.Picus Mirãdula Dominicus Grimanus Car

Raphael Vola- terranus

Alexander Macedo.

Aristoteles:

Cui non est hodie nota Dominici Grimanni senatoris quotidiana cõmentatio:' qui ita temporis auaritia flagrat, ut nihil prope relinquat naturæ necessitati loci. Iam uero Raphael Volaterranus a Diplomatibus Centumuir, quantũ temporis discendo & commentando consumit:' siquidem homo mentis ęstu ad exquirendum natus, cum tenui cultu, & parsimonia uti permagni interesse ad ingenii aciem acuendam putet lectudo centone strato sine Toraliũ suauitate pernoctat, nec ad cibum, uinũ, aut pulpamentum adhibet, sed ita se quotidie in lucubratoriũ abstrudit, ut nullas censeat naturę inducias in contemplando dari. Ex quo satis sciri potest, in his rebus, quæ in mentis lucem irrepunt, naturale quoddam inesse delectationis genus, quo homines diutius teneri uideantur: Quis.n.est ita a communi naturæ ratione auersus, qui audeat humanarũ mentiũ caliginẽ aut ignorationis noctem cũ lucis uoluptate conferre:' An censemus plus suauitatis Alexandrũ, q̃ Aristotelem in uita consecutum:' Qua enim poterat uesanus adoloscens uitæ iucundtate perfundi:' Qui cum propter progressus rerũ fælicissimarũ aliquid se supra mortalitatem adeptũ putaret, opinionis errore non modo censebat sibi cũ fortuna & casibus, sed etiam cum rerum natura confligendũ. Itaq; exhaustis & afflictis Asię nationibus, regibusq; ex florentissima mundi parte depulsis: non formidolosissimarũ rerũ aspectu, non criminosissimis exercitus querelis, non cæde suorũ, non deniq; humanarum cladiũ aut uictoriæ facietate poterat ab illa insana inchoatæ gloriæ cupiditate reuocari, sed quasi angusti animi uideretur mundi contẽtũ esse terminis, tantum erroris ambiendo hauserat, ut non modo nullum statueret crescendi finem, sed ne matris quidem litteris adduci potuerit, quin uellet diuini nominis usurpatione coli:' An ego queq̃ in tanta animi uastitate uitę iucunditatem cõsequi potuisse putem:' aut credã foelicem dici debere eum, qui uel conscientia facinorum, uel metu insidiarũ a suis, quotidie fulmen fati formidarit:' quiq; sit tot annos in tanta dimicationum rapina rum, cędiumq; asperitate uersatus:' At uero contra quid Aristotelis uitę suauitate hilarius:' Nam cum animum, a turbidarũ pertubationum commotione seuocasset, totũq; se i placido doctrinarũ studio cõtineret, ac animo sobolem hominum nascituram cerneret, pręclare spe explorata intel

ligebat/plus adepturum glorię/qui ingenii/&doctrinę terminos/q̃ qui imperii fines dilataret. Quid Cn. Pompeium qua animi lętitia/in il la tantalea siti/in tam inuidiosa potentia uixisse arbitramur? An cen semus eius q̃. M. Varronis beatiorem fuisse uitam? qui etiam nonul lis dimidio fortunatior uideatur/quoniam non omne tempus ętatis ab eo sit in rerum cognitione consumptum. Nam quo purior est tra ductio uitę: eo diuturnior/sincerior ꝗ uoluptas esse solet. Itaqꝫ oble ctatio/quę est in cognitione posita rerum/interius naturę humanæ ĩ herescit/proptereaqꝫ intelligentia in rerum medullas & in uiscera in fluit/liquidamqꝫ animi uoluptatem ex ueri notione elicit/At uero il la genera uoluptatum/quę imperitę multitudini iucunda uidentur/in ter se maxime diffidere solent/cum interdum delectent/interdum causam mærendi & angendi afferant/idqꝫ ex eo contigit/ꝙ haud quaq̃ sunt suapte natura iucunda/nã si p se natura iocũda dicerẽt/ nec amitterẽt unq̃/nec eaꝝ unq̃ desineret iucũda motio. Atqꝫ hoc quidem in principum genere cernere licet/quos sępe fere uidemus in magna fortunę foelicitate angi/in affluentiaqꝫ uoluptatum/langui dius liquescere eorum beatam uitam/uel ademptione concupiti bo ni/uel metu opinati mali. Paulus quidem secundus/cum ex eo/a quo dam senatore quęreretur/cur minus esset in tanta regaliũ opum for tunęqꝫ abundantia contentus/respondisse dicitur/exiguo Absinthii latice multum inquinari solere Mellis. Ex quo satis declarauit/prin cipũ foelicitatem conscientię exedi solere teredine/sineqꝫ sapientię studio eoꝝ beatam uitam minima animi contractiuncula aut opina tione lædi: cum in ea tanq̃ in odorifera Arabiæ silua serpẽtum mul titudo occuletur. Nec sane esse potest animus in perturbationũ sedi tione lętus/nec eorum non impediri iucunditas/quorum uita incu piditatũ freto tanq̃ in Atlantico iactata salo circumflatur: At uero mentis seuera contemplatio suapte est natura iucunda/nec extrinse cus aduentitia uoluptate fruitur. Et cæterarum quidem reꝝ munia magno comitatu egent: Mentis autem agitationi nihil est solitudine amicius: Nam quo magis soli sumus/eo lucidius possumus mentis agitatione frui: Idqꝫ tum maxime apparet/cum siue quid sit nobiscum cogitatum/siue quid comẽtandum acrius/ꝙ liberum tempus a negociorum interuẽtorũqꝫ interpellatione seponimus.

Cn. Pompeius. M. Varro:

Quod intellectus penetrat usqꝫ ad essentiã rei

Quod uoluptas principum non est naturaliter Iucunda

Paulus secũdus:

Cōtemplatio nō indiget multitudine externorum

Io. Picus Mirandula

Quare perſpicuum eſſe poteſt, id, cui minus opis alienæ deſit, id abſolutius debere putari. Et quamquam neceſſe ſit ſuppeditari multa ſapienti (Nec.n. homines ut coelites ſine uictu aut cultu poſſunt ſolum intelligendi contineri cibo) haud tamen multitudine, aut magnitudine cōmodorum eget, quin eorum potius affluentia impediri, quam elidi uacuitate ſolet. Idem Picus Mirandula, homo Ariſtotelea foelicitate cumulatus, & cuius ingenii ſplendore eſt Italica exhilarata uirtus, cum ei uitio daretur, quod minoris hęreditaria bona fratri conceſſiſſet, quodque expers negociorum tractandorum negligensque in re familiari uideretur, reſpondere ſolebat, abiiciendas eſſe ſibi rerum humanarum merces, ne turbida tempeſtate quateretur nauis, minimeque ſibi uideri mirum homines rudes ita ſolere iudicare, qui corpore tēus res humanas metirentur, cum intelligeret Aſinos etiam foenum magis appetere ſolere quam aurum. Sed nemo melius ex omni Philoſophorum numero quam Thebanus Crates oſtendit nullis externarum rerum commodis egere ſapientem: Nam cum homo eſſet fortunatus, & locuplex, grandemque pecuniam apud trapezitas collocaſſet, cauiſſe teſtamento dicitur, ut liberis, qui diſciplinarum expertes uiderentur, pecunia illa legaretur, illis autem qui eſſent futuri philoſophi, nec nummus quidem obueniret. Quare erit confiteri neceſſe diuitiarum immenſarū molem, ſcopulū uideri debere ſapientiæ, ac ſenatorū genus, niſi ſe in ſcientia maximarūque rerū cognitione collocarit, procliuius auaritia, & uoluptate labi, maiorique illi eſſe curæ quemadmodum potentia, & opibus quam quemadmodum diſciplinarū dignitate pręſtet. Ex quo minime mirari licet, tot annos uelut ſeneſcente mundo ingeniorū exaruiſſe florem, tantamque principum excellentiū paucitatem extitiſſe, cum ſatis notū ſit, diu in principibus ſtudia obſoleuiſſe diſciplinæ, nihilque diu fuiſſe litteratæ ſedulitati loci. At uero principatus congruere cum altitudinis menſione debet. Vt quo quis eſt fortūę poteſtate maior eo cumulatius ſcientiarum dignitate præſtet. Nec enim inſcitia defendi poteſtatis excuſatione poteſt, quandoquidem magnitudo nō in loco, ſed in expletiōis abſolutione cōſiſtat, quo ſit uirtus pręſtātię cōmēdatiōe prior: ut ī picturis pluris ęſtimari debet Leōardi Vincii, aut Philippi Florētini tabulę, quam Reāti regis, qui pigēdi ſtudio tenebat, cū ab illis tanto interuallo ſuperetur.

Crates Thebanus:

L. Vincius

Renatus Rex: Maſſilienſium

Nec.n.consentaneum est, eum, qui cęteris dignitate pręstet, minorē, & rudem reperiri. Quod quidem quanti, a senatorum genere faciē dum sit, pręclare ex eodem ordine ostendit Ascanius. Nā cū homo esset habitu naturę excellens, & qui ad summam sapientiam perueni re potuisset, nisi fuisset in nimio fortunæ splendore natus, sępe di cere solebat, se cuicumqȝ pręterq̄ doctorum hominum generi su periorem, aut parem arbitrari: id ꝑ ingenii conscientia mensus aie bat, nec ullum esse ei genus odiosum magis, nec ullius generis homi num cupidius sermone frui, ita se & inscitiam exprobrantium con suetudine offendi, & ita disciplinarum luce teneri. Malebat.n.homo ingeniosissimus fateri, doctis, cum posset frui noluisse, q̄ uideri sibi nescire quid deesset. Itaqȝ non modo propter ignorationis contem ptum, sed etiam propter scientiaꝝ dignitatem senatori est capessen da cōtemplatio: quæ natura tanq̄ cumulata quędam nostri absolutio requiri expetendo solet: ut natura mancos integritatis, & deformes pulchritudinis cupiditate flagrare cernimus. Nā quæmadmodū qua liscunqȝ res ad naturalem operam propendet, ut ignis ad exardescē dum, Terra ad deorsum suopte pondere labendum, ita propriū mu nus est hominis intelligendi uirtus: quę maxime distat a, natura fera rum. siquidem belluę q̄q̄ aliquid uirtutum simile nanciscantur, ut in Leone fortitudinis, in Ape, & Formica prouidentiæ simulachra uide mus, longissime tamen a, mentis natura absunt: cum ad illa munia habitu naturę ferantur, nec uniuersarum rerum notionem conse qui ullo modo possint: Quare non sine causa dicimus auctorē reꝝ Deum nulla alia q̄ intelligendi uoluptate perfrui, nec sua uirtutum ge nera referre, quatenus scilicet pathetica esse dicantur, ut satis est a, nobis in Theologia disputatum. Quibus ex rebus existimandum est, ex omnibus reꝝ humanaꝝ muneribus, illud foelicius debere credi, quod propius ad diuini muneris similitudinem accedat, quodqȝ di rectū sit ad ęternitatem iter. Itaqȝ omissis hoc loco Dialecticoꝝ lem matibus, primum erit de Rhetorica ratione dicendum, quo senato rius ordo sit in morum genere ponderando cautior

Ascanius Sfortia Car.

Quod propriū est hominis intelligere:

Quod Dei delectatio est intelligere

DE RHETHORICA

Inter Rhetoricen dialecticamque discrimen

QVARE Non ſine cauſa Dialecticen Rhetorices germanã eſſe affirmamus/quæ inter ſe tanquam tibicines e/regione reſpondeant/ſed hoc inter eas maxime intereſſe dicimus/ꝙ Rhetorice in morum iudicio/Dialectice in rationis contemplatione uerſatur. Itaq; cum Rhetorice in tria ſit genera diſtributa. Quorum unum in deliberandi/alterum in demonſtrãdi/tertium: in iudicandi ratione conſiſtat/Primũ erit de deliberãdi genere dicendum. Eaꝝ igitur reꝝ/quę in deliberandi rationem cadunt/uectigalia/pax/bellũ/urbis cuſtodia/legumq; genera numerant. Ex quo intelligi datur/deliberãdi rationẽ bonoꝝ diſtinctione ſeiũgi. Bonoꝝ aũt genera quedã externa/quędã interiora dicũtur. Eoꝝ .n. quę externa putantur/partim ĩ quadã uniuerſitate cõſiſtũt/ut uectigalia & quę eius generis ſunt/partim in quodam pręſtantiori genere uerſãtur/ut honos libertas/& quę ſũt ĩ eiuſmodi genere ſita. Quare iure primum erit de uectigaliis/tum de honore & libertate/mox de urbis cuſtodia deliberandum. Ideoq; ſciri debet/ex interiorum bonoꝝ ratione duplex deliberandi oriri genus/proptereaꝙ ex his quædam ad corporis/quędã ad animi naturam pertinent. Ex his .n. quæ a/corporis ratione ducuntur/uectigaliũ deliberatio numeratur/quæ maxime ad corpora alenda decernuntur. Ex animi uero bonis deliberatio in ſtatuendaꝝ legum ratione uerſatur. Itaq; iure dicimus uectigalia augeri aut acceſſione fructuũ/aut ſumptus diminutione poſſe: Vt ſi modo Iulius ſecundus Hetruſcos colonos in agrũ Romanũ deduci lege pagana iubeat/quo in colendis agris fructuoſior ratio iniri poſſit/quandoquidem Hętruſci cęteros agri colendi ratiõe pręſtent. Aut ſi Petrus Soderinus Florentinus Dictator ex .S. C. legem ſumptuaria præſcriptione ferat/qua caueatur/ne cui plus quinquagies in nuptiarum ſumptus profũdere ſuperba ambitione liceat. Eodemq; modo eſt de pacis belliq; ratione dicendum. In quo quidẽ intelligendum eſt/triplex eſſe cuiuſpiam rei cognoſcendę genus/unũ quod cauſa/alterum quod uſu/tertium quod exemploꝝ genere/aut ſimilitudine continetur. Ex cauſa .n. elicitur hoc modo: ut ſi bellum ſuſcipiendum dicatur/urbis primum concordia cognoſcenda ſit/quę

Marginalia: Genus deliberatiuum — Conoꝝ genera. — Bona interiora — Quomodo augẽtur uectigalia — Iulius ſecundus Pont. Max. — P. Soderinus dictator — Pax & bellum

est maximę uictoriæ pariendæ radix:ut si modo Venetorum Rei pu. tempus cōtra Maximilianū Cęsarem belli capiendi sit,quęrendū primū uideatur,utrum sit domi cōstituta pax:usu aūt nō modo bella ab urbe cōfecta,sed etiam genus militū considerari debet,quo ratio certior belli ineundi sit: At uero ex similitudinū copia,exemplorum genera sumuntur, quibus ad usum nostrū possumus aliena bella ęstimare comparando:idē q; fere est de muniendarum urbiū ratione putandū cum deliberandū est quo genere militum urbs custodiri & defendi debeat,aut quibus ingressibus,qua adiri possit,pręsidia collocāda sint Quod quidē minus fieri sine militaris usus disciplina potest. Nihilo q; secius dici de uictus deliberatione solet,cū consulendo exquiritur quantum frumenti ciuitas flagitare uideatur:mensioneq; certa ęstimatur,quantum frumenti percipi uel ex agrorum urbanorum magnitudine uel ex maritima importatione possit. Vt si modo dicamns Ligurum agros nō plus suapte natura solere frumenti ferre q̄ sit bimestri frumentariæ rationi satis,uidendū sit, quantū ad reliquam āni partem frumenti emi & comportari debeat. Ex quo intelligi deliberando potest pacem esse cum populo potenti & uicino faciendam,quo frumentū urbi suppeditari possit. Vt si Lucensiū Rei pu. propter agrorum angustias suadeatur ineundum esse cum populo Florentiro foedus,quo ei in urbem sit frumētum ex Florentinorum agris comportare licitum: At in legum ferendarum deliberatione duplex ratio esse solet, una qua propria,altera qua aliena ciuitatum instituta expendūtur. Cum aūt uaria sint rerū pu. genera,ut infra erit,in politica ratione dicendum,quibus multiplex constituitur ciuitatum regendarū status,satis in promptu esse debet,nullo modo decerni de legum latione posse,nisi prius intelligatur qualis sit Rei pu. status in ciuitate constitutus: Sed cum omnis deliberadi limes, in urbis foelicitate consistat,sciri debet,finis causa oportere suadendi, aut dissuadendi ratione uti,itaq; cum minus omnes foelicitatem in eodem bonorum genere sitam esse arbitrentur intelligendum est quadruplex esse bonorum humanorum genus,in quo sit foelicitas humana constituta. Nam cum homines animo & corpore constare uideamus,animumq; cernamus maxime a, corporis distare natura,satis intelligere possumus bonorum humanorum genera in animi & corporis bona secerni: Quo,

Venetorum. Maximilianus Cæsar

De munitione urbium:

De uictu:

Ligures

Lucenses

De Sanctione legum:

De suasione & dissuasione

Quadupplex bonorum genus

Corporis bona quędā sunt intrinseca quędā extrinseca

Animi bōa quę dam sunt intri seca, quędā ex trinseca:

De nobilitate

Diuisio nobilitatis

Veneti

Familia Fliscorū

De gloria

De honore

Difinitio gloriæ

Picus mirādula

Quibus habet honos

circa hęc humanorum commodorum genera discerpi bipertito solent, quorum alia interiora, alia externa nominantur, ex quo nasci potest, ut perinde animi ac corporis bona distinguantur, fiatq; quadruplex humanorum commodorum genus. Itaq; ex commodis corporis externis nobilitas, opes & affinitas ducuntur, ex intimo autem genere pulchritudo, robur, uelocitas, ualitudinisq; integritas nominari possunt. At in externo animi bonorum genere maxime solet numerari honos. Intima uero dicuntur ea, quæ in colendo uirtutis genere uersantur, quare cum de corporis externorum bonorum genere quæritur, primum erit de nobilitate dicendum: cuius ratio duplex esse solet, una quæ ad alicuius gentis cōmunitatem pertinet, altera quæ singulorum pręstantiæ priuata ratione datur. Gentis enim nobilitas bipartito describitur: una quæ in conditorum libertate constituitur, ut de Venetorum auctorum libertate legitur, altera quæ in præstantium multitudine uersatur. Singulorum autē nobilitas est, quæ nō modo a familię splēdore & uetustate, sed etiam ab excellentium agnatorum multitudine dimanat, ut Fliscorum familiæ contigisse scimus: ex qua Binos Pon. Max. esse factos, septuagintaq; in senatum cooptatos fuisse legimus, Eodemq; modo de liberorum præstantia deq; opum magnitudine disputatur. At uero in externis animi bonis, intelligendum est, quibusdam gloriam, quibusdam honorem iure debere decerni. Nec enim dubium esse potest, quin his gloria debeatur, qui per se probitate præstant, & quin his maxime sit habendus honos, qui cæteris profuturi uideantur. Siquidem gloria quædam est nominis frequens & peruagata fama, qua homines uirtute præstare putantur, siue constans explorataq; opinio, qua id cuipiam inesse creditur, quod ab omnibus natura expectatur: quemadmodū si dicamus omnes ea sibi cupere euenire bona, quæ doctissimo Italorum Pico contigisse putabantur. At uero honos maxime est gratificandi & benignæ uoluntatis index, propteraq; his maxime soleat haberi honos, qui aut beneficia gratuita contulerunt, aut sunt ad bene de multis promerendum apti: ideoq; iure dicimus honorem in uario quodam partium genere uersari distinguendo posse. Nam & quidam poetarum uoce laudari solent, ut est ab

Alexandro Cortesio fratre Mathiæ Coruini / uersibus mandata laus : quibusdam etiam statuæ ex . S . C . decernuntur / qualis est a / Venetorum Re pu. Bartholomeo Bergomati ęquestris statuæ decretus honos : nonnulli quoq; pictura honorantur / quod genus honoris est Nicolai Picinini uirtuti a / Lucensium senatu datum / proptereaq; difficillimo Rei pu. tempore urbem seruitute liberasset. Quod idem fere potest de obuiam itione / de consurrectione / deq; premio℞ magnitudine disputari. Vt modo Bartholomeo Liuiano euenisse dicunt / cui propter Germanicam uictoriam non modo est a / Veneto℞ senatu obuiam aduentanti itum / sed etiam plus prope Gazę est / considerata liberalitate tributum / q̄ homini posset in hac temporum ratione dari : Commodorum autem corporis intimorum duplex genus esse solet / quorum unum simplex / alterum coagmentatum nominatur. Simplicis enim generis ratio in analogica ęqualitate consistit / quæ in apta congruentiq; quadam membrorum compositione uersatur / ex qua sanitas / robur & pulchritudo nascatur. Sanitas enim est quædam corporis humani uirtus / qua homines corpore possunt sine ægrotatione uti : Robur est quædam corpori insita alterius mouendi uis / quæ in deducendi / impellendi / & premendi quodam genere consistit. At pulchritudo ætatis ratione secernitur : Cuius generis una ī accretione / altera est in intermedia ætatis tempestiuitate sita. Eius enim ætatis / quæ certo naturæ termino augescit / illa est nominanda pulchritudo / quę non modo ad cursum & luctandum ualeat / sed etiam quæ specie & uenustate oculos delectatura sit. Eorum autem / qui in ætatis robore consistūt / maxime solet ea laudari forma / quæ sit ad omnia militaria munia obeunda ad bellumq; gerendum apta. Vt modo M. Antonium Columnam uidemus illustri gratia iuuenem lícteratq; prouisione ducem membrorum confirmatione aptaq; corporis præstare forma. At uero coagmentata bonorum genera nominē tur ea / quæ in bellicæ rationis senectutisq; probitate uersātur / quorum altera robore & agilitate constant / Nec. G. Fracassius Sāctoseuerinas homo scientissimus rerum bellicarum & equestri gloria excellens / hastis septuaginta pondo concurrere diceretur / nisi causa affirmandi esset / in eo robur cum agilitate iungi Altera est ratio sene /

Alexander Cortesius

Mathias uāiuoda Rex Hungariæ

Bartholomeus Bergomates

Nicolaus Picininus

Bartholomeus Aluianus

Diuisio Bono℞ Corporis interio℞

Quid sanitas

Quid robur

Quid pulchritudo

Aetas adolescē tis:

Aetas media

M. Antōius Colunna

G. Fracassius Sāctoseuerinas.

Guillermus Pactius Florentinus

ſcendi tardior, in qua quidem maxime hodie Guillermum Paccium præſtare cernimus. Nam cum iam annos ſit prope ſeptuaginta natus, ita aduentanti ſenectuti habitu naturæ repugnat, ut nihilo unq̃ fieri uideatur annorum progreſſione aut ætate aduerſante ſenior: eademq; ratione intelligendum eſt ſenectutis bona debere

Bona ſenectutis coniuncta.

coagmentata dici, propterea ꝙ in ea robur & fortuna requiratur. Nec enim fieri poteſt, ut qui tenui aut imbecilla natura conſtant, ſine inſidenti ægrotatione uiuant, Nec rurſus qui aduerſanter fortuna prematur ab erũnaꝝ angoꝝq; calamitate abſint: ex quo præclare Georgius Vliſypponenſis Senator homo faceta ſenectute grauis, qui cum iam prope cẽteſimum ageret annum, ſummaq; ſenſuum integritate præſtaret quæreretur q; ex eo, quo nam medicamenti genere ætati exactæ, ac prope decurſæ repugnaret, reſpondere ſolere ferebatur, ſe roboris foelicitatisq; cognatione in ſenectute retardanda uti: Itaq; cum hæc genera ſuaſione, & diſſuaſione conſtent, ſatis notum eſſe poteſt, ea, a, ſuaſore debere probari quæ aut modo maxime fiant, aut omnino futura uideantur, contraq; eadem eſſe a, diſſuaſore improbanda.

Georgius Cardinalis Portugallenſis.

DE GENERE DEMONSTRATIVO.

At in demõſtrandi quidem genere intelligi debet de honeſto & turpi, deq; uirtute & calliditate ſolere diſputari, quæ quidem genera maxime ſint laudandi, & uituperandi fines ſiquidem honeſtum eſt, quodcunq; per ſe expetendum uideatur, quod iure laudari poſſit. Virtus autem maxime eſt in partes diſtributa, quarum aliæ, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia, aliæ Magnanimitas, Magnificentia, Liberalitas, & Manſuetudo nominantur: Itaq; Iuſtitia eſt uirtus, qua cuiq; frui ſuarum rerum facultate licet: ut maxime eſt legum præſcriptione latum. Fortitudo aũt eſt diſcriminũ cũ laborum perpeſſione ſuſceptio. At Temperantia eſt uirtus turbidarum perturbationum ægritudinumq; inſidentium ſanatrix: quæ ex uoluptatum uacuitate oriantur: eodemq; modo de cæterarum uirtutum genere diſputatur, facileq; ſciri poteſt totidem his uitiorum paria opponi: exquo quidem cauſa intelligendi datur, cum uirtus, cum honeſtate & laude coniungatur, quodcunq; ad uirtutem ſtatuatur, id honeſtum & laudandum uideri. Quocirca affirmandum eſt, iure eſſe ea in hoc genere laudanda, in quibus maxime præmiorum honorumq;

Quid honeſtũ

Quid uirtus

Quid iuſtitia

Quid fortitudo

Quid temperãtia

De laudabilibus

Ea laudantur q̃bus datur honos & premiũ

ratio uersari dicatur / quo in genere demonstrandum est / id iure laudari debere magis / in quo ratio honoris adipiscendi sit / q̃ id / in quo ostendatur pecuniæ quærendæ modus. Vt si ex collatione dicamus multo esse Robertum Malatestam honestandum & laudandum magis / qui formidolosissimo Rei pu. tempore urbẽ obsidione liberarit / q̃ . F . Copulam Neapolitanum / a quo sit quinquagies mille traiectitia permutatione quæsitum: in quo quidem intelligendum est / non ea esse argumentandi genera adhibenda / quæ in necessaria concludendi ratione uersentur / sed his esse utendum potius / quæ uideantur / aut spectatu / aut similitudine necessarie concludendi uera. Vt si Cæsari Borgiæ munifico imperatori suaderetur / plus laudis ei debere dari / ꝙ eius domus externorum magis q̃ propinquorum necessitati pateat / quandoquidem id liberalius iudicandum sit / quod iure debeat laudari magis: at qui cum magis sit externorum q̃ cognatorum generi suffragari liberale / dubitari nullo modo debeat / quin hoc liberalitatis genus magis laudandum esse uideatur. Quin etiam ea maxime laudari possunt / pro quibus homines sine periculi terrore sineq; formidine insidente pugnant / quandoquidem homines pro his maxime certare constantia meditata soleant / in quibus constituta sit honoris adipiscendi laus / non autem pro his sibi putant locum contendendi dari / ex quibus causa pudendi sit. Vt memoriæ est de Alphonso Maiore Rege modesto & uerecũdo proditum / qui cum puellam / quam amaret / ab adoloscente nobili & lauto nocturna seruorum deductione attrectatam audisset / admoneretur q; a multis / ut palam importunam illam arrogantemq; libidinem puniret notando uellet / quo cæteris exemplum esset palam ad refrenandam audacem cupiditatem constitutum / respondisse dicitur homo maxime famæ suæ retinens / & adolescentium improuidæ ætatis gnarus / neminem se ob eam culpam puniturum / ex qua maxime sibi aut hesura turpitudo / aut causa pudendi esset. Atq; etiam laudandi facultas ex earum rerum genere sumi potest / quæ maxime laudi finitima uideantur / ut si dicamus eum / qui languida natura liquescat / haud facile turbida intemperantiq; commotione quati / q̃q̃ a / uoluptatum genere corporis potius habitu / q̃ animi optio /

Robertus Malatesta

F. Copula Neapolitanus.

Rhetoricus non debet uti argumentis demonstratiuis sed apparentibus

Cæsar Borgia Valentinus

Alphonsus Maior

Laudabilia sumuntur ex uicinis laudabiliũ

Homines insensibiles mansueti uider posũt.

ne absit. Nec item multo secus erit in hoc genere dicendum, si affirmetur eum, qui hebescere insidenti naturæ torpore soleat, hominem mansuetum & placidum debere dici, aut eum, qui quadam animi fuga timidaq; natura frangatur, quiq; minus sit ad iniuriam inferendam aptus, nominari debere mitem. Ac rursus omnes qui longe a uirtutis natura absint, perinde debere laudari, ac si sint expletam uirtutis absolutionem nacti, ut Cosmum Medicem hominem prudentia præstantem fecisse dicunt, qui Eugenii Quarti mentis tarditatem sit animi prouidentiam nominare solitus. Eademq; ratione dici de cæterorum uitiorum ratione potest, quæ uirtutes imitari uideantur, ut si de homine audaci in fortitudinis imitatione dicatur, abesse non posse, ut qui sine causa discrimina sibi adeunda putet, quin cum tempus necessitasq; postulet, audacius sint periculorum genera aditurus. At cum de prodigorum hominū genere in liberalitatis similitudine affirmetur, dubitari non posse, ut qui sint cum omnibus in largiendo effusi, quin multo plura sint amicorum generi largituri liberalius. Atq; etiam ea, quæ sunt extra congruentem rei naturam constituta, ad honesti rationem referri possunt, ut si laudi Ladislao Neapolitanorum regi adolescenti potenti & formoso detur, ꝙ ratione temperata abstinendo uiuat, quod sit extra consentaneam rei naturam constitutum. Quandoquidem raro modestia soleat cum adolescentia aut cū opū potestate iungi: Nec item minus ex hominum actione est petenda laus, quæ a certa animi selectione dimanat: ut si quippiam sit in aliquo ex certa animi optione laudandum, quod sit casu aut fortunę uolubilitate natum, necesse ostendere sit, id ab eo esse prouisa meditaq; ratione factum: idq; eo certius affirmari potest, quo sæpius idem eodem euentu similiq; fortuna cadit: Quod idem existimari de laudum amplificatione potest: cum secernendo ostenditur, utrū quis primus, aut cum paucis sit aliquam excogitandi laudem consecutus, ut si laudi Iouiano Pontano poetæ eleganti detur, ꝙ primus sit fescenina carmina excogitando commentus: quin etiam laus ex dissimilium collatione ducitur: quemadmodum si modo Perusini bellicosissimi homines sint ex militari disciplina laudandi causa eos cum Venetis conferendi sit, qui rerum urbanorum stu-

Timidi mites.
Lẽti prouidẽtes
Cosmus Medices
Eugenius quartus
Audaces fortes
Prodigi librales
Ladislaus Neapolitanorꝫ rex.
Fortuita intenta
Amplificatio laudabiliū.
Laus inuentiōis
Io. Pōtāus poeta
Laus ex diuersis
Perusini
Veneti

dio longe ab armorum contentione bellicaq; disciplina absint. Eodem p modo ex contrariis locus uituperandi datur. At in iudiciali quidem ratione uidendum est, quæ nam ea genera dicantur, quibus homines ad iniuriam inferendam impelluntur: in qua maxime iniustitia uersari soleat, ex quo quidem illud est intelligendum primum, quodcumq; in uita ab hominum genere fiat, id uel fortuna, uel natura, uel ui, uel consuetudine, uel ira, siue animi cupiditate fieri. Fortuna enim est causa ex aduētitia uolubilitate manās, quæ nulla potest ordinis mensione præfiniri. Natura autem primordium est eius, in quo ratione certa constituitur, earumq; est causa rerum, quæ in unum exitum statuuntur, quæq; eadem fere semper naturæ necessitate cadant: Vis uero est oppressio, quæ nec ad animi appetitionem, nec ad intelligentiam referri potest. At Consuetudo frequens est earum rerum usus, quibus diu uti consueuimus. Irā uero est ulciscendi libido cum alieni appetitione mali. Cupiditas autem est earum rerum optatrix, quæ natura iucunda putantur. Quare in promptu esse debet, quodcumq; ab hominum genere ex animi selectione fiat, id in eo bonoꝝ genere uersari, qnod aut spectatu bonum, aut iucundum suapte natura uideatur. Itaq; cum homines natura uoluptatum fruendarum cupiditate flagrent, sciri maxime potest, omnia delectationum genera, aut in præteritarum memoria rerum, aut in præsentium sensu, siue in futurarum expectatione uersari: quibus maxime homines iucunda animi uoluptate lætari cogitando soleant: ex quo apertum sit, ex cupiditatum dissimilitudine uarium delectationum oriri genus, quæ dissimiles memoria, & expectatiōe fiant: ut qui in febriū ardore sitire uideat, memoria epoti uini, & bibendi expectatione lætatur. Quin etiam intelligendum est, homines non modo præsentium amicorum assiduitate, sed etiam absentium recordatione delectari, quandoquidem absentes amantes specie meditata adsint: ob eamq; causam ars, quæ est rerum naturæ imitatrix iucunda esse solet: ut facile ex his iudicari potest, quæ fingendi aut pingendi ratione constant. Inquibus q̄q̄ sæpe multa minus suapte natura placeant, grata tamen esse repræsentata solent: ut uipera, quæ q̄q̄ multum per se sit ad aspectum habitura tetri, si tamē

Loci uituperādi

GENVS IVDICIALE

Quecūq; fiunt quomodo fiāt.

Quid Fortuna:

Quid Naura

Quid Violētia

Quid Cōsuetudo

Quid Ira

Quid cupiditas

Delectatio

Pręterita.

Futura

Delectatio ex amicis

Delectatio ex artifitiis

M. Angelus Florentinus

aut ex ære fit, a. M. Angelo ſtatuario Florentino facta, aut ma nu cernatur. P. Peruſini picta, nihil dubitationis habeat, quin multum ſpectantes delectatura ſit. Par atq; eadem eſt ſimilitudi nis cognatæ ratio: qua omnes ſunt ſimilium appetentes ſui: Vt uidere licet omnia animantum genera ſimilium ſocietate ſuiq; ge neris æqualitate lætari, ob eamq; cauſam proprium eſt hominis ſe met gaudendo delectare, proptereaq; ſui par ſuiq; ſimilis exiſtit. Ex quo neceſſe eſt, homines laudum ſuarũ auditione teneri, ſeq; ſæpe ſinere blanda aſſentatione capi. Ferdinandus quidem Ara go huius Alphonſi Maioris filius, quem ſupra nominauimus, cum ſtudioſe delectaretur arcu, quo ad feriendas aues emitti cretacea pila ſolet, atq; fere ſæpe aberrare minusq; collimare diceretur, cumq; ad omnem ictum Hiſpaniæ more qui aderant, affirmare exclamando ſolerent, nihil illo ictu fieri potuiſſe certius, multum q; ipſe teneri mendacii delectatione putaretur, rogareturq; a, quo dam, cur ſe tam aperta tamq; tranſlatitia sineret adulatione ludi, reſpondere ſolere cauillando ferebatur, ita ſe amantem eſſe ſui cõ fiteri cogi, ut mallet ſe falſæ laudis q̃ ueræ calumniæ auditione pa ſci. Eodemq; modo de ſuffragandi deſiderio deq; dominationis auiditate diſputatur, qnod cum perſpicuum ſit, ſciri debet, his maxime rebus homines ad iniuriam alteri inferendam incitari, cõ modorumq; ſuorum cauſa quærere ſolere iniuſtitiæ utendæ uiam. Quare hi facile Iuſtitia uacare creduntur, qui aut ita propinquorũ copia opumq; magnitudine florent, ut facile ſibi putent locum peo næ uitandæ dari, aut ita eloquentia rerumq; tractatione præſtant, ut confidentia peritiæ, nihil abeſſe credant, quin eis modus futu rus ex poena elabendi ſit: atq; hi etiam diſcedere, a, iuſtitiæ ratio ne ſolent, qui animi uitia ſimulata probitate tegunt, quiq; fiunt a, uulgo opinione confirmata tanti, ut conſtanti omnium conſen ſu, nunq̃ euenturum eſſe uideatur, ut in aliquod mali genus iu ſtitia repugnante cadant. Nihiloq; longius hi ab inferendæ iniu riæ cupiditate abſunt, aut quibus eſt magna ſui amantium multitu do, aut qui maxime inopes amicorum iudicãtur, cum alteri quo plus ſunt amicorum nacti, eo minus multorum oculis cuſtodiri in iuria inferenda poſſunt, alteri quo maiori inimicorum multitudine

P. Peruſinus.

Delectatio ex ſi militudine

Delectatio ex lau de

Delectatio ex a dulatione.

Ferdinãdus ma ior

Delectatio ex ſuf fragatione

De Iniuſtitia.

Iniuſtitia ex ſpe uitãde pene .i.

Iniuſtitia ex fidu cia eloquẽtię.2.

Iniuſtitia ex ſi mulatione .3.

Iniuſtitia ex ami coꝝ copia .4.

Iniuſtitia ex ini micoꝝ copia.5.

Iniuſtitia ex cupi ditate honoris .6.

abundare uideantur, eo impunius delinquere nocendo possint, cum uerisimile putandum sit, nemini in mentem uenire posse, id eos in tanta obseruantiũ custodientium ꝗ inimicorꝫ ubertate conaturos. Sed tũ maxime a plerisq; alteri noceri solet, cũ his diu fortuna continuata fauit. Nam cum diu sibi bene euenisse cernant, nec sibi quicq̃ putent euenturũ secus, facile eodem explorato fortunæ usu ad iniustitiam inferendam adducuntur: Nec item minus eos ab iniuria abstinere cernimus, qui ocio luxurioso uiuunt, quiq; ob id quærunt iniustitiæ faciendæ locum, quo eis perpetua facultas uoluptatis perfruendæ sit: Idemq; dici de eorũ hominũ genere potest quibus nunq̃ est modus honoris adipiscendi datus, cum his in iniuria inferenda nihil de laude detrahatur: Ex quo apertũ esse debet, his noceri solere crebrius, qui aut suapte naturæ desidia sint in iniuria propulsanda lenti, aut qui periculi fuga, studia in obsistendo deponunt: Quin etiam cernimus iniuria affici solere eos, qui iure uideantur lędi criminũ occasione posse: Manfredus quidem Neapolitanorꝫ Rex homo natura alieni rapax, sed in honestatis specie seruanda curiosus, nunq̃ alteri dicitur sui cõmodi causa detraxisse quicq̃, nisi ei, qui palã esset constitutus, aut furti, aut repetundarꝫ reus: Eademq; ratione his iniuria fieri malitia cogitata solet, qui omnino eam laturi uideãtur, ut Federicus Aenobarbus fecisse dicitur, qui cũ bello Gallico hostium impetũ ferre nullo modo posset, statueretq; Italia relicta cũ exercitu in Germaniam redire uelle, omnes foederatas urbes militibus diripiendas dedit, affirmans nihil a se eis iniuriæ esse factũ, cum omnino idem eis proxima hostiũ irruptione euenturꝫ sciret: At uero in his rebus minus iustitia seruari solet, quæ facile possunt asportando cælari: quo in genere chlamydes argenteaq; uasa numerantur, quorꝫ aliæ possunt tingẽdo mutari, alia aut uascularijs cælãda, aut monetarijs signãda dari, quo mutata forma facilior causa furti inficiandi sit: idemq; ꝓpe est de nũmorum ereptione dicendũ: qui difficile ꝓpter similitudinẽ possũt specie distincta nosci Ghinus quidem Tacius Senensis ingẽua puersitate latro, cũ uia Cassia prędari solere diceret, semp ferpartiarios suos admõere solere ferebat, ut uiatoribus nũmos q̃ aliud qcq̃ auferre ĩ latrocinãdo mallẽt, quo ĩ reddendo ꝓpter similitudi-

Iniustitia ex prosperitate .7.
Iniustitia ex luxuria .8.
Iniustitia ex repulsis .9.
Iniustitia fit contra tardos .10.
Iniustitia contra timidos .11.
Iniustitia contra iniustos .12.
Manfredus Federici filius:
Iniustitia contra eos q̃ sũt passuri iniustitiã .13.
Federicus Barbarussa
Iniustitia circa ea quę possunt occultari .4.
Iniustitia circa pecuniam .5.
Chinus Taccus Senensis

Iniustitia circa bona publica

nem suorum causa esset recognoscendi difficilior, iustiorq́; daretur latrocinii negandi pecuniæq́; retinendæ modus. Maximeq́; etiam in his hominum generi noceri solet, quæ publica egentium iactura fiunt. Vt is qui Eugenii quarti interregno Romæ falso farinariam stateram obsignarat, quo ex semodio tricenas quinas libras fraudando corraderet.

Iniustitia circa adulteria & stupra

Nihiloq́; leuius in his homines offendi solent, quæ sæpe fere propter pudorem reticentur, nequid de fama deperdatur: quo maxime in genere uxorum attrectationes & stupra numerari possunt, inquibus homines malunt domesticæ pudicitiæ mala reticendo tegi, q̃ palam fieri querendo nota.

Iniustitia cõtra p sonã publicã: Dictator Florentinus:

Quin etiam illud maius Iniustitiæ genus uideri debet, quod nulla fere æquari animaduersione potest: Vt siquis Florentinorum Dictatorem impudenti ambitione ledat, qui sit perpetuus publici consilii princeps lege centuriata factus: simileq́; est id iniuriæ importunæ genus, cui nulla ratio esse potest in iactura æquanda par.

Iniustitia circa ea quę difficile instaurantur. Templum beati Petri. Iulius secundus.

Vt si quispiam. D. Petri Delubrum inflammare uelle uideatur, quod modo ob eam maxime causam magnificentius est, a, Iulio secundo restitutũ Vt sit & priuatę religionis index, & omnium princeps ara fanorũ Quocirca idem est de turbidarum perturbationum ratione affirmãdum, qua qui audiunt perinde ut auerso, a, ratione animi motu incitantur, ita maxime iudicare solent.

De Amicitia

Quod idem prope est de diligendi sensu iudicandum, siquidem amor, qui est amicitiæ coniungendæ princeps, uoluntas est in eo alteri fauẽdi, quod profuturum uideatur.

Quid propriũ Amicitię. Dolor & lætitia signa Amicitię

Itaq́; cum proprium amicitię sit, tam amicorum malo angi, q̃ rebus lætari bonis, satis impromptu esse potest, angorem & lætitiam maxima esse diligendi signa, quod cum ita sit, sciri etiam debet facile causam amicos cognoscendi ex gratificandi uoluntate nasci, cum perfacile iudicium sit, ab hominũ genere diligi solere eos, qui aut sibi profuturi uideantur, aut qui suapte animi iustitia minus alteri obfuturi sint.

Amicitia circa suffragãtes .1. Amicitia circa Iustos .2. Amicitia circa expetẽtes nostrã am citiã .3. Io. Laurentius Venetus

Eademq́; modo eos magis amari solere cernimus, qui non modo nobis in fortuna amplificanda faueant, sed etiã, admiratione quadam uirtutis maxime si bi amicitiam nostram expetendam putant. Ex quo scite Io. Laurentius Venetus Triumuir plumbarius homo salsus & diserte dicax, sæpe dicebat, Neminem se amare solere uere,

nisi eum, quem antea sciffet accurate amicitiam expetiffe suam. Itaq; hi maxime ad amicitiam adiungi solent, qui aut facilitate comitateq; naturæ præstant (cum amicitia morum suauitate condiatur) aut qui, ea quæ gessimus admirando laudant: nam cum hominum genus natura bonorum affluentia lætetur, facile se putat ea bona consecutum, in quibus maxime se laudari cernit. Quin etiam in eos est hominum amicitia procliuior, qui nec causam officii exprobrandi quærunt, nec lingua uolunt in maledicendo & obtrectando uti: cum officii exprobratio hominum generi dolori sit, & criminatione soleant homines tanq̃ odiosa famæ sauciatione angi: obeamq; causam intelligendum est, homines non modo similiũ sui familiaritate delectari, sed etiam maxime diligere solere eos, qui temperata ratione uiuant, cum alteri nobiscum naturæ cognatione coniungantur, alteri non longe a iustitiæ mensione decedant. Gratissima quoq; eorum amicitia iudicatur, qui semper in negociorum tractatione laborumq; perpessione uersantur, aut quorum uita ita est adumbratæ probitatis expers, ut nihil ab his mali expectari possit, quod iure metuendum sit: huic autem odii acerbitas maxime contraria opponitur: in quo quidem perspicuum esse debet odiũ ab Ira nocendi cupiditate diffidere: siquidem ira solet ad nocendum inflammata rapi, quo causa iniuriæ ulciscendæ sit: Odium autem alteri obesse cupit, quo ea perdita fortuna cadat, quę ei aut moerorem sit datura sempiternum, aut finem allatura uitæ: atq; etiam ira poenarum cruciatu natura satiatur, Odium autem nunq̃ est alieni mali calamitate satur. Ex quo apertum esse potest Iram doloris magis inurendi, Odium uero nocendi magis cupiditate duci, illudq; appetere solere magis, quod alteri magis obfuturum sit. Eademq; est metus & formidinis insidentis describendę ratio. Nam cũ metus turbida sit opinio futuri mali, intelligendũ est ea maxime ab hominum genere solere formidari mala, quæ sint uel angorẽ, uel multum importatura damni, eaq; tum eo timeri solere uehementius, quo propinquiora iudicantur: ut si modo dicamus Lodouicũ Gallorũ regẽ a Venetorũ Re pu. eo debere formidari certius quo eis propinquius finitima imperii magnitudine iminere uideatur. Quare hi maxime ab hominum genere timeri solent,

Amicitia circa placidos .4.
Amicitia circa admirantes nostra. .5.
Amicitia circa eos q nõ sũt exprobratores .6.
Amicitia circa eos q nõ est sũt maledici .7.
Amicitia circa similes. .8.
Amicitia circa temperatos
Amicitia circa nõ simulãtes .9.

DE ODIO

Differentia inter Odiũ & Iram.

DE METV.

Lodouicus Galorũ Rex Veneti

Timēdi qui poenā sępe effugiūt
Timendi in periculis exercitati:
Timendi ī iniuria exercitati
Petrus Hispanoꝝ Rex.

qui uel nihil poenaꝝ delinquēdo dederunt, uel qui sunt in formidolosissimaꝝ reꝝ tractatione, aut ī nocēdo, siue ī iniuria faciēda uersati Nam cum multis se in uita obfuisse sciant, ualdeq; sibi timendum putent, ne inimicoꝝ multitudine opprimantur, causam acrius nocendi quærunt, quo minus sibi, a, pluribus noceri aduersando possit. Ex quo Petri facinorosissimi Hispanorum Regis impudens crudelitas agnosci potest, qui cum quæsitū esset ex eo, cur quotidie iniuste tam multos morte mulctare iuberet, quo minus inquit multi iuste mihi nocere possint, aut quo minus multi incolumes sint scelerum meorum testes. Eademq; fere est audaciæ descr ptio, quæ maxime a, formidinis natura distat. Verecundia autem hoc modo definitur, ut ea angor quidam, turbidaq; animi opinatio dicatur, qua maxime timeatur incolumis iactura famæ, ideo ꝗ hominum generi earum maxime rerum causa pudendi datur, quæ dimanare ue a, uolūtate, uel ab aduentitia impulsione possūt

DE AVDACIA.
DE VERECVNDIA

Verecundia ex uoluntate: .i.
Verecundia ex fuga .2.
Verecundia ex furto & libidine .3.
Verecundia ex malo uiolētię.4.
Verecundia ex tutpi quęstu.5.
Verecundia ex conspectu similium .6.
Verecundia ex conspectu maledicorum .7.
Verecundia ex conspectu poetarum. .8.

Ex his enim rebus, quæ nasci ab animi optione solent, ea morum mala eruuntur, quæ uirtutum generi repugnatura sint. Vt si dicamus homines in pręliorum dimicatione pudere solere fugæ, proptereaq; id soleat, ex formidine præmente nasci, quæ maxime fortitudini contraria opponitur: quod idem de furtorum libidinumq; genere affirmatur, cum eorum alterum ab iniustitia, alterum ab intemperantiæ malo oriatur. At in eo rerum genere, quæ importari ui urgente solent, maxime ea numerantur mala, quæ sunt aut famę uulnus allatura, aut perspicuam inustura notam. Atq; huic is coniunctus est, ex illiberali rapina pudor, qua pecuniæ, aut exaleatorio ludo, aut ex ægrotantium spoliatione detrahuntur. Eademq; pudendi ratione homines eorum conspectum conscientiamq; uitare in delinquēdo solent, qui aut similes iudicari possunt, aut a quibus maxime honorari uolunt. Vt medicos uidemus ob eam causam a medicorum genere honorari uelle, proptereaq; eorum iudicium locuplex sit partæ disciplinæ testis: sed multo magis in peccando, id hominum genus pudore præcauente fugit, quod maxime sit maledica obtrectatoriaq; natura loquax quales hi uideri possunt, aut qui alteri lingua maledicendo obsunt, aut qui carmine alterius famam suspitiosa criminatione lædunt.

Vt multi sunt uersibus a / Valerio Martiali maledico poeta puncti idemq; est de turbido animi angore differendum / Cuius partes Nemesis / Inuidia / Zelotypia & / Misericordia nominantur: Nemesis . n . est alieni boni angor / quo iudicatur quempiam aut ditius opum magnitudine locupletari / aut dignitate augeri fortunatius / q̃ probitatis uirtutisq; suę ratio postulare uideatur: Vt siquem in senatum cernamus inconsiderata suffragatione legi / qui minus sit senatoria fortuna dignus: ob eamq; causam magis solemus eorum dignitate angi / qui ex egestate ad honores repentina selectione ueniunt / q̃ qui dignitates gentilicio splendore suffragante consequuntur: cum hi iure posse uideantur fortunæ amplificatione tanq̃ testamento legata frui / gradusq; ab his naturæ ritu in ascendendo fiat Itaq; dubitari nullo modo potest / quin tum maxime homines stomachari in honoris appetendi ratione soleant / cum quosdam honorum adipiscendorum flagrare cupiditate uident / qui ab eorum adeptione longe / uel naturæ / uel uirtutis conditione absint: ut si modo dicamus quempiam senatoriæ dignitatis esse candidatum / qui sit doctrinæ & litterarum expers / maximeq; naturæ immanitate teter: atq; etiam tum causa ingenui doloris significandi datur / cum hi qui doctrina rerumq; tractatione pręstant / se honore pręteriri peruersa exceptione uident / & eos / qui præteriri debeant / ad honores obrepere extraordinaria ratione cernunt / Quod quidem Romæ usu sæpe uenire scimus / in qua plus sæpe fere gratia / q̃ causa in fauendo potest. Itaq; iure Marius Volaterranus Aedituus Vaticanus homo magis ingenii solertia q̃ fortunæ suffragatione diues / sæpe dicere solet / non tam se eorum dignitate angi qui minus sint fortunæ amplificatione digni / q̃ eorum dolere casum / qui cum doctrinæ uitæq; probitate excellant / si minus honores consequantur / inscitia magis q̃ peruersitate fortunæ præteriti uideri soleant / cum iam uulgo persuasum sit / animi uirtute posse superari fatum. Ex eoq; fieri / ut multi sibi ambiendum putent / ne in tam promiscua fortuna urbis / aut inscitia / aut laboris fuga sibi defuisse uideantur. Similisq; est Inuidiæ / Zelotypiæ / & misericordiæ describendæ ratio: quibus maxime iudicum animi ad eiusmodi perturbationum sensum moueri solent.

Valerius Martialis

De Nemesi Zelotypia & Misericordia:

Indignatio ex fortuna indignorum:

Indignatio ex fortuna egentium

Indignatio ex fortuna facinorosorum

Indignatio ex fortuna illiteratorum

Indignatio ex infortunio proborum / & ex fortuna improborum:

Marius Volaterranus

De permotione Iudicum ad passiones.

Ex quo intelligi datur, id esse in hoc omniũ affectionum genere exquirendum prius, quod certius probari possit, ut si iudicum mentes ad iram aut ad mansuetudinem permouendæ sint, ad eos animi motus adducantur, quibus irati, aut mansueti permoueri solent, ex quo genere maxime sũmũtur ad suadẽdũ & ad dissuadẽdũ loci: eodẽq; modo de eloquẽdi numerorũq; ratiõe affirmare licet, de quo genere erit alias a nobis differendũ latius, quo facilius ostendi ratione possit, quantum iacturæ sit in orationis ornandæ numerorumq; faciendorum ignoratione factum

DIVINATIONEM CHALDAICAM ESSE FVGIENDAM A CHARDINALIBVS.

E X HOC Autem genere Chaldeorum diuinationem excipimus propterea & consentiente religionis aucto ritate, & naturę ratione refellitur. Siquidem a Phisicis uarie causarum genera discerpi distinguendo solent: Nã quædam effectus gignere dicũtur, quæ semper naturæ necessitate cadant, ut cum coelum semper natura moueatur, naturalibus causis perspicuum sit, Lunæ interpositu Eclypsim fieri, & terræ obiectu occultari Lunam: ex quibus certa ueri cognitio eruatur. Quædam uero quæ quandoq;, non semper naturę necessitate gignant, ut cum uaria monstrorum genera sũt naturę imbecillitate nata. Atq; rursus quędam, ex quibus adiaphoros effectus dimanare dicantur: quemadmodum marmor in lapidicinis materiæ causa esse possit, ut ex eo uel Epistylium, uel Cementũ, uel Labrum, aut Venus Praxitelea fiat. Quin etiam uoluntarius animi motus nulla prefiniri fati necessitate potest. Nihil.n.abest quin simulac collibitum est nobis detur ĩduẽdę uel nõ ĩduẽdę togę, uel eũdi aut nõ eũdi in forum eligẽdi optio. Ex quo nulla diuinãdi coniectura fiat quorsum scilicet sit hominũ casura uolũtas: At uero ea coeli ratio, quę Solis Lũęq; deliquia cęterorum q; siderum progressus regressusq; cõstãtes cõtemplando notat, quę semp naturę necessitate cadãt, ĩ uerissimo quodam scientiarum genere uersatur. Chaldaica uero prędsagatio, cũ ĩ humanarum rerum gener cõsistat quę a libero animi motu dimanãt, omnino cõmẽtitia & falsa uideri debet: Atq; etiã pspicuũ esse potest earum rerum, quę euẽire casu & fortũa solẽt, significationẽ esse fallacẽ, nec sciẽtia ulla aut arte cõstar posse, siqdẽ omnis sciẽtia causarum genera ostẽdit quę res semper aut fere semp naturę necessitate gignãt, At fortuitarum rerum euẽtus ab immẽso ppe causarum genere oriri possũt. Nup Iacobus Nucerinus cũ ĩ exqlis nouellaret, Dioclitiãi Cęsaris Dactylothecã effodisse dicit, Et partiarius meus Etruscus his semẽtinis diebus urnam excussit arãdo, in qua est penularia fibula reperta & argentea inuenta cuspis.

Diuinationẽ rationibus Phisicis refelli

Ex his, quę proueniunt ex libero arbitrio

Non posse fieri diuinationem ex his quæ sũt a fortuna & casu

Iacobus Nucerinus

Quod idem prope multis accidere posse scimus ob eamq; causam fatendum est nullam earu rerum prçsensionẽ dari. Nã cũ ea quç casu & fortuna cadunt, nec a natura nec a disciplina nascantur, quç soleant certissima ratione niti, satis erit confiteri necesse, ea falsa debere dici, cũ nec a constantibus oriantur, nec circũscripta sint, sed infinita quod autem est infinitũ, circumscribi nullo modo potest, quod uero definiri non potest, id apparet esse incertũ, quod incertũ est, nec statutos habet euentus, nec prædici ullo modo potest. At uero cum tota Chaldçorum ratio in fortuitarum rerum prçdictione consistat, facile intelligi potest, eam in summa uersari ariditate ueri. Quid .n. tantum a certa ratione abest, q̃ humanarũ & fortuitarũ rerũ annua uaticinia efferre: aut prçdicere ad diem, alium Cosmo Medice locupletiorem futurum, aliũ suscepturum generis humani fasces, alium occisum iri, aliũ prçstituta die moriturũ: Ex quo iure est Timothei lucensis faceti hominis laudata cauillatio. Nam cum quidam ex Chaldeis, ei morbo affecto pro certo affirmaret illo biduo esse moriendũ, constantissimo uultu usq; dum uiuere se uelle respondit quoad prçteruecta esset constituta moriendi hora, quod ita contigisse dicunt. Nam postri die eum mortuũ alacrem uictoria & Chaldçorum inscitiam obiurgantẽ ferunt. Quid Alexander sextus Pon. Max. cui semper fortuna ad circinum rotunda patuit. Non ne se multum Chaldçorum generi debere fatebat꜡ q꜠ cõsuesceret eorum ãniuersaria prçdictione mori: Quid itẽ Pius Tertius homo natura prudens & ualitudinis suç humanęq; imbecillitatis gnarus, satis ne uidetur in illa uitç çqualitate declarasse, minus eorũ prçdictionibus debere credi: Nam cum ei quidam ex natalicii sideris notatione affirmaret, undecim eum annos regnaturum pontificemq; summa foelicitate fore, respondisse dicitur perinde, ut affirmaret euenturum fuisse, si annorũ numerum decennio, ante inchoasset. Quare sẽper fere genethliaci solent in natalis diei notatione falli, Nam cum dicant orientes pueros in coeli affectione tanq̃ in Figuli rota tornari, ex eoq; nascendi tempore presentiri posse, qualis quisq; sit fato naturaq; futurus, idq; maxime augurali meteoroscopio metiantur, nõ intelligunt nunq̃ ita tempus meteoroscopii utendi dari, ut cum puncto nascendi & animandi congruat: nec unq̃ ita reperiri certum, ut ex eo elici possit coniectura cognosceudi fati, Cum

Contra Astrologos q faciũt iudicia annua

Cosmus Medices

Timotheus Balbanus Lucẽsis

Alexander .vi.

Pius Tertius:

Q đ astrologi fallũtur in puncto natiuitatis:

Q đ nõ possunt sciri pũcta propter iperfectionem Astrolabii

ſatis notum ſit, oculorum obtutum propter radiorum reflexum uaporum dẽſitate falli: qua ſæpe aſtra in coeli quadam parte eſſe uideantur: a, qua tamen longiſſimo interuallo abſint. Nuper cum domi meæ Manilius Rallus elegans inprimis poeta, in pateram aqua refertam anulum conieciſſet, oſtendiſſetq; eum quodam interuallo uideri, quo ex hauſta patera apparere nullo modo poſſet, quęſiſſetq; ex nobis, cur oculorum iudiciũ eodem decipi interuallo poſſet, perfacile oſtendimus id ex uaporum ui propter radiorum reflexum ſolere naſci. Quod ſi haud permagni punctum temporis referre in coeli circunuectione dicant dubitari non poteſt, quin multum ſibi negocii in hac diſceptatione contrahant, cum perſpicuũ ſit, quanta moueatur celeritate coelum, q̃q; inter ſe diſſimiles mutationes eadem conuerſione gignat: ex quibus ſit neceſſe fateri, naſcentium ortum & uitæ uariari fatum, punctiq; interuallo Herculem & Sardanapalum naſci. Idq; facile ex geminorum ortu ſciri poteſt, quod ſępe multos uidemus eodem prope puncti curriculo oriri, diſpari tamen fato aut conditione mori. Quomi nus eſt mirũ eos fere ſemper in hac fatidica prędictione falli. Nuper cũ eſſet mecũ Seuerus Placentinus homo, ut uita, ſic doctrina exquiſita nitens, & Alexandri Corteſii fratris litterarias arculas ſcrutaremur, trium ſunt a nobis conſentientium Chaldęorum natalicia uaticinia reperta, quibus prędicebatur eũ omnino in ſenatũ cooptatum iri, in ſummaq; ſenectute moriturum, quod neutrum contigiſſe uidimus. Nã ſine ſenatoria dignitate a diplomatibus cẽtũuir, in ipſa eſt adoloſcentię uiriditate mortuus, nec ei ſpatiũ poeticæ laudis & fortunę amplificandę fuit, cum tamen haud quanq̃ mirabile uideri poſſet, eum quandoq; propter ingenii & doctrinę famam in ſenatum cooptatũ iri: Quid hoſpes familiæ meę Marullus Bizantius, cui eſt inter poetas eruditos locus, nõ ne ſępe mihi puero narrauit, ſibi a Chaldæo in geneſi fatidica prędictum, niſi pręlia & bella caueret, fore, ut in acie & dimicatione oppeteret. At cum ex Florentia decedens ad Cecinam Volaterranum flumen ueniſſet, moneretúrq; ab accolis ne amnem nocturno imbri tumentem tranſmittere uado inexplorato uellet, reſpondiſſe eum ferunt, Martem ſibi fatalẽ, non Neptunum eſſe formidandum, in flumenq; repente delapſum uoraginibus obrutum periiſſe. Quid modo Aſcanius Sfortia ſenator,

Manilius Ralluſ

Seuerus Monacus

Alexander Corteſius

M. Marullus

Aſcanius Sfortia Car.

non ne fatebatur a/ueteri affectatore Chaldæo fati cunctationem sibi e se prędictā qua esset ex Gallorꝝ māibus euulsus/ & locupletiori fortūę reseruatus/At magna Italię iactura regali est fulmīe ī sūma cę li serēitate ictus:quarꝰ sępe ē mihi cū quodā Chaldęorꝝ generꝰ certamē q sibi cōcedi oportere putant/aliqd omnino posse ex coeli cōuersiōe sciri/nec fas esse dicunt negare/ quosdam iracundos/ quosdam me lancholicos/ quosdam libidinosos aliqua coeli procliuitate na/ sci/nam naturæ ortu afflatū astro ingenerari dicunt/ex quo/prędici possit qualis quisqꝫ sit/uel natura/uel uita/uel fortuna futurus/idqꝫ perinde hominū generi/ut ęgrotis medicamentū dari/ex quo intelligatur/qualem sit medendi finē habiturꝝ.Nos uero contra ab illis solemus hoc loco sciscitari/num præstans florensqꝫ fortuna/aliqua ratione possit/aut uoluntario animi motu impediri: Nam si eā interūpi posse fatentur (cū facile propter tantam naturaliū humanarūqꝫ rerꝝ uarietatem impediri possit) in eas angustias Chaldęorꝝ disciplinam detrudunt/ut fallax & falsa dici posse uideatur:Cū quod prohiberi interrumpiqꝫ possit/nihil finiti certa ratione ostendat/quorsum casurū esse dicatur: si autem eam impediri posse negant/necesse est etiam ut animi optionem liberumqꝫ uoluntatis motū ab hominum natura diuellant. Quo nihil dici potest in omni Philosophiæ ratione inscitius/simulqꝫ fateri/cogantur nihil ieiunius esse Chaldaica disciplina posse: Nam si ita euenturꝝ est/ut coelū pro certo futurum esse significat/nihil refert aliqua natalitii sideris notatione uti/cum id omnino euenturꝝ sit/quod est coeli constitutione definitum: At cū affirmant id iuuari aliqua siderꝝ scientia & obseruatione posse/rursus sunt in eadem ignorationis gurgustia compingendi/ cū perspicuū sit/naturam multo certiorem esse q̄ artem/ propterea qꝫ ars possit in artificii ratione falli/nec unq̄ penitus naturā assequatur/ At natura nunq̄ in coelestiū rerꝝ ratione fallit/ob eamqꝫ causam dubitari nullo modo potest/quin sit in omni uitæ ratione utilius/ naturæ habitum & quicquid a/ coelo in imaginationem irrepit/q̄ Chaldaicam disciplinā sequi/cum Chaldęus possit in diuinandi cōmentatione falli/coelū autem errare suapte natura nullo modo possit. Ex quo non debet uideri mirū homines/qui hoc fallaci prędicendi studio tenētur/in summa uersari calamitatę uitę/cum blando

Contra eos qui dicūt aliqd cognosci posse ex coelo

Ratio quare omnes Astrologi sunt pauperes:

uenturi fati malo, usq; sterili doctrinę, compendiosiorē relinquāt ad fortunam uiam. Ioannem quidem Pannonium, & Laurentium Miniatensem memini puer duos inter multos Chaldaica pręstare laude, quorum alter usq; eo egens diuinando fuit, ut ne ei ad quotidianum quidem uictum suppeditaretur sumptus. Alter q̄q̄ Eudoxus Italo℞ diceretur nihilo tamen poterat uideri locupletior, nisi ei multum opis fuisset a Raphaele Riario senatore quotidiana largitione latum, quod idem multis quotidie euenire scimus, quibus nunq̄ a coelo modus ex miseriis exeundi datur. Quo magis est Georgius Rothomagensis senator in hoc genere laudandus, qui sępe dicere solere fertur maxime hoc pręposterorum hominum sibi displicere genus, proptereaq; contra naturæ procliuitatem semper aliorum magis suscipiat q̄ sui ditandi curam. Q đ si affirmare audeant astra non causas, sed humana℞ re℞ esse signa, quibus declaretur, qui euentus sint futuri re℞, nihil abesse potest, quin inuolutius sint in easdem remigraturi plagas, cum satis notum sit, quantum terrestrium re℞ natura mutari lucis uarietate soleat, ut preclare uidere in quadripartita tempo℞ mutatione licet. Nam si astra diceremus signa, non causas esse re℞, fateri etiam cogeremur, nullo modo necesse esse ad fortunam Chaldaicam obseruatione uti, cum signa ad id tantū opitulari uideantur, quo intelligitur quippiam sic non casurum, aut euentu℞ esse, nec ullo modo cogant, ut sic sit pro certo futurum: Quo magis est eo℞ uituperanda leuitas qui diem a Chaldęo in rerum gerendarum ratione petunt, ad illiusq; pręscriptam, pręcauendi fati dirarumq; aberrucanda℞ causa nauigationes & itinera suscipiunt, quasi multū de legitimę horę tempestiuitate detrahatur, si in gallicinio potius q̄ in uesperugine discedendū sit. Nec enim affirmare possunt ullū sibi tempus auspicandi dari, si coelū causam esse re℞ futura℞ negant. Qui enim sine causa auspicari uiuat? Atq; etiam si afferre se persuadendi necessitatem putent, ut minima quæq;, quæ euentura sint, ita esse in coelo cōstituta & designata uelint, ut syllaba nequa deperitura sit, nihil est causæ, cur plus sit eo℞ ieiunæ exilitati loci, cū fatendū sit, haud quaq̄ coelestiū priuata℞ uirtutū erui notionem posse, proptereaq; omnis nostra cognitio a sensu oriatur, & quod minus sub sensus naturam cadit,

Ioannes Pannonius.
Laurentius Miniatensis
Georgius Rothomagensis Car.
Contra eos qui obseruant punctū Astrologorum.
Astrologos non posse haberē notitiā uirtutū particulariū coelestium:

Nec id quidem in intelligentiam influere cumulate potest. Etenim licet uidere eos, qui naturę ortu, aliquo sensu carēt, eaꝝ reꝝ notione orbari, quę ad eū sensum pertinere uideantur, ob eamq; causam uidemus ortu naturę cęcos ab atro albū coloꝝq; genera non secernere, surdosq; suapte natura esse mutos, nec scire de uocū natura iudicare, itaq; non sine causa dicimus aduentitia genera multū ad rerū naturam cognoscendam iuuare, at qui cum lōgissime coelū a sensuū nostroꝝ natura absit, perfacile sensuū testimonio probari potest nihil ex coelo aduentitiū præter figuram & lucem ī eoꝝ īfluere, naturam, siquidem pręclare sciri debet, minime coelū sub odorandi gustandi, aut tangendi cadere naturam posse, nec item ab eo sonitū ullū in meando dari, sed cōmunia tātū coelestiū reꝝ aduentitia a solo percipi posse aspectu oculoꝝ. At cum reꝝ naturaliū cognitio a sensu ad intelligentiam dimanare soleat, satis est argumenti, nullā coelestiū reꝝ nisi īuolutam elici notiōem Chaldaica disciplina posse: Quare recte hoc loco est interponēda sciscitatio, num omni sideꝝ generi uim certam quandam afflandi inesse opinētur. Nam si uim omnibus inesse affirmant, requirendū quidem est, quota pars stellaꝝ sit eoꝝ curiosissime sedulitati nota: Cum dubitari non possit, quin in coelo ut ait Democritus, in finita prope existat astroꝝ multitudo quę minime agnosci eoꝝ notatione possit, si autem uim inesse negāt, rursus est ab hoc Chaldęoꝝ genere quęrēdū, qua nā id possit ratione sciri? Nā cū omnia sideꝝ genera uniusmodi naturæ esse dicātur, ac inter se in lucis figuręq; natura congruant, perabsurdum est fateri, quędam afflandi nobilitate excellere, quędam feriata torpescere solere lentius, atq; illud etiam perspicuū uideri debet, res futuras, quę soleant a libera animi optione nasci, minus declarari Chaldaica pręsagatione posse. Nam cū animi natura atq; uis a corpore seuocata sit, nulla astringi coeli potestate potest, cū coelū corporeū suapte natura sit. Quod autē est corporeū, minus animū cogere astringendo potest. qđ si animus est solutus & liber, necessario confitendū est liberas esse hominū uoluntates, cū autē res humanę a uolūtario animi motu oriantur, perfacile iudicium est, ex coeli cōtuitu nullam humanoꝝ euentuū fieri diuinationē posse: At cū affirmant astra uim in sensuū natura nancisci, ex quibus fieri pręsensio diuinan

Astrologos non posse cognoscere minimā partem stellaꝝ.

Democritus

Astrologos non posse scire res futuras quę proueniunt ex libero arbitrio:

do poſſit, cum maior hominũ pars ſenſuũ affectione rapiatur, cauſa eſt, cur iterũ ſit illis de cõmentitia credulitate decedendũ, nam cũ ſẽ ſus quidã animi nũtii eſſe dicãtur, facile negamus eos moueri ſine animi aſſenſiõe poſſe, ſed eorũ notionibus animũ libera poteſtate aſſentiri, ex quo fateri neceſſe ſit, maiorẽ partẽ ſi ſenſibus ducatur, cõſentiente animi uolũtate duci, eoq; uolubilius moueri, quo longius a cõſtãtię ratione diſtet&, quãto moueatur incertius, tãto fallaciorem eſſe notitiã rerũ humanarũ. Nihil hoc loco de cęterarũ flacceſcentiũ ratiũcularũ cõmẽtatione quęrimus, quę incertę & falſę eſſe probantur. Sed omiſſis argumentis ſi aliquam diuinationem cõcederemus, quid poteſt ea eſſe inutilius, quę tota ſpe & formidine continetur. nã ſi ſpes eſt expectatio boni, quã effuſam animi elationẽ in ſenatore futuram cenſemus? cũ ſatis perſe hic ordo ſpe inflãmata rapiatur: quid credẽdũ eſt, ſi addatur pręſagatio ſcientię, opes & imperia ſupra mortalitatem pollicentis? ſiquidem ſenatores cũ propius a ſperata poteſtate abſint, difficillime poſſunt ab inſita uẽturi boni credulitate diuelli, cũ fortunę uſu docti, ſępe uideant ſe inopinatarũ rerũ euentũ cõſecutos, quẽ ante uſum ſe adipiſci nullo modo credidiſſent. ſi autem formido eſt expectatio mali impedentis, quid poteſt eſſe diuturna illa cogitatione miſerius, cũ quod ſemel mali ſubeũdum ſit, quotidie cogitando perferatur. Qua.n. animi erũna Alphõſum Minorẽ uicturum fuiſſe credendũ eſt, ſi fato doctus pręſenſiſſet fore, ut in tanta multitudine ueteranorũ, in tam magno militari & imperatorio uſu, e florentiſſimo regno tanq̃ e flãma in Siciliam profugeret, regnũq; quaſi Helenã Europę digladiaturis inter ſe regibus relinqueret, nec uideret filiũ illuſtri gloria adoloſcentem recuperato regno triũphare? Quid Cęſarem Borgiam cenſemus hominẽ ĩgẽii & animi munificẽtia pręſtãtem, quo angore ſe uexaturũ fuiſſe, ſi ſciſſet ſe ĩ ſũmo fortunę ſplẽdore ĩ ipſoq; rerũ maximarũ curſu in cuſtodia palatina detẽtũ regnũ amiſſurũ, ſeq; cuſtodia liberatũ ad bellũ excitãdũ ꝓfecturũ ſpẽq; fortũę renouãdę nactum ĩ ſũma bellorũ gerẽdorũ expectatiõe moriturũ. Quid putandum eſt Lodouico Sfortię euẽturum fuiſſe, ſi pręſcius futuri diuinaſſet, in tam pręcauente ingenii ſolertia, in tanto robore hominũ, in opulentiſſimo regno, in Italię flore futurũ, ut primũ ſe Gallorũ metu in Germaniam cõferret, deinde tanto conſilio tantaq;

Qđ Aſtrologia diuinatrix nocet quantũ ad ſpem & quãtũ ad metũ

Alphonſus Minor

Cęſar Borgia Valentinus.

Lodouicus Sfortia

foelicitate recuperaret regnũ, rurſum ſe gregali ſagulo captũ & carcere occluſum uideret? Q đ ſi tãtũ officeret, quod uix crederemus, quantum officere deberet, quod haberemus inſita pręſagatiõe pro certo futurꝝ? Eqdẽ ſępe quoſdã uidi dirarꝝ obnũtiatiõi temere aſſẽtiẽtes cauſã attuliſſe opinati mali, cũ quotidie ſolerẽt acerba cogitatiõe angi, ad corpusqꝫ tabificã ęgritudinẽ traducerẽt. Eſt .n. metus carnifex uitę, atqꝫ fortitudinis humãę hoſtis: Quo maior uideri debet deliratio hominum Chaldaica pręſagatione fidentiũ, qui notatione natalis diei, nihil niſi pręd ictione aut auſpicatu gerunt: Quo qd poteſt eſſe ſuperſtitioſius? qnid leuius, q̃ homines natura liberos, uolũtaria ſeruitute obligari? At quanto callidus Federicus Vrbinas homo ſciẽtiſſimus rerꝝ beilicarꝝ ac felix, qui cum hoc pręd icẽdi genere delectari uideret, ac chaldęorꝝ multitudine eſſet abũdarẽ ſolitus, artẽ experiũdo cõtemnens, nemini eorꝝ adhibebat fidẽ, cũ tamen ad militũ & popularẽ famã diſſimularẽ ſolere diceret, ſe cũ his multa ſępe cõmẽtari, ſępe ſiderꝝ notatiõe expectare, uel belli ĩferẽdi uel p̄lii cõmettẽdi tẽpus ut eſſet inſitum militi, id eum ſideruum præſagatione ſequi, quod iudicio & mente pręſentiret, quo auguſtius res geri uiderentur: quare perfacile ĩtelligi poterit, nihil eſſe a ſenatoria dignitate diſiunctius q̃ ex ſiderꝝ notatione pręſentire uelle, quo quiſqꝫ fato trahatur, quiqꝫ ſit foelicitatis, aut miſeriarꝝ cõſtitutus finis, cũ utraqꝫ fortũę cõditio ab auctore rerꝝ Deo dimanet, nec ullo modo poſſit Chaldaica notatione ſciri.

Federicus dux Vrbini

QVARE Iure erit hoc loco de Philosophiæ ratione disserendum: quæ non modo lumen uitæ, aut notitia finis, sed etiam animi agnitio nominari potest: sed cum Philosophia sit bipertito distributa, una, quæ in actione, altera, quæ in rerum inspectione uersatur: intelligendum est, post morum rationumque disciplinas, Phisicen numerari solere primam: quæ maxime in naturæ contemplatione consistat, quæque Senatorum generi sit uberes latura fruges. Quid enim utilius esse potest, quam eius scientiæ institutione erudiri, ex qua non modo uitæ tuendæ ratio, sed etiam principiorum eliciatur notio? Quid præstantius quam una scientia scire omnes naturæ contineri causas? Itaque ex hoc genere, quid tam cognitu iucũdum, quam intelligi dari, Casum, & Fortunam, in causarum genere numerari, aut scire multos affirmare constanter, nihil euenire solere fortuna, sed causa antecedente & definita fieri, quæcunque fiant: ut si dicatur Camillum Porcium præter prępositum in Theatro Pompeii, T. Phedro Volaterrano inueniri, id causa fieri definita uelint, proptereaque Phedro in Vaticanũ eunti causa, Camilli reperiundi sit, qui ĩ Theatro Põpeii inambulare dicatur, per quod iter in Vaticanũ fiat: aut ab iisdem solere probari, semper extra fortunam, causam quandam antegredientem dari, quæ ratione definita prouisaque selectione fiat: ut si modo Egidio Viterbensi theologo probato in lucubratorio uersanti nuntietur, his proximis natalitiis comitiis senatorem esse Iulio secundo referente dictum, quamquam id sit eo imprudente factum, nihil tamen abesse possit, quin fatendũ sit, causã esse antecedentẽ proposita ratiõe datam, cur senator renuntiari debere uideatur: cũ uerisimile putãdũ sit, eũ propter cõciõatoriã laudẽ pręstãtẽque doctrinã in senatũ iri debere cooptatum: siue ab aliis solere confirmari, siderum cursus coelique conuersionem casu & fortuita uolubilitate regi, nullamque his esse causam uoluntatis, aut naturę tributam, qua rata cõstantique ratione moueantur, eumque errorem fuisse a siderum ignoratione natum, cum non dum inuenta esset coeli cognoscendi ratio: Ideoque intelligi debere certius, casum & fortunam in eo aduẽtitio rerum genere uersari, quæ rarius euenire soleant: ut si dicatur

Diuisio Philosophiæ

PHISICA

.i.

De Fortũa & Casu:

Camillus Porcius

T. Phedrus Volaterranus:

Egidius Viterbensis predicator.

Cur multi errauerũt ĩ fortũa cognoscẽda

Alphonsus Aestēsis dux Ferra

F. Gōzaga Marchio Mātuāus

Alphonso Aestensi Romae Franciscū Gonzagam obuiam esse factum nec eundem fuisse utriusq; inter se inueniendi finem: cū eorū alter Romā Ascanii Sfortię salutandi causa ueīsset, quo alteri ob aliā causam profiscendum esset. Ex quo in promptu sit, infinita causarum genera uideri, ex quibus gignatur id, quod fortuita uolubilitate fiat idq; nec artificio, nec doctrina certa cognosci posse, quorsum casu rū sit, aut perinde euentuum, ut putatum, aut constitutum sit: cū id cōmunis, aduentitiaq; causa dicatur, qua cuipiam bene fortunateq; euenire soleat, nec id ita sibi euentum sciat: ut si Io. Ia. Sclefanato causa Romam ueniendi sit, nec se ullo modo sciat senatorem fore cum infinita causarum genera esse possint, ex quibus ei facultas senatoriae dignitatis adipiscendae sit: aut, a, nōnullis affirmari, inter casum, & fortunam, hoc interesse solere maxime, ut alter caeca uarietate cadat, altera a, mente deliberante oriatur: ob eamq; causam sciri debere, a, nullo inanimatorum belluarumq; genere quicq̄ fieri posse fortuna, cum deliberandi ratione careant, nec in utranq; partē nā, ciscantur rerum fortuitarum fatum: nisi id metaphoricos fieri diceret ut Marullū Bizantium poetam facere solere uidebamus, qui sępe affirmaret, multo fortunatiorem eum sibi uideri lapidem, ex quo sit Apollo Quirinalis factus, q̄ hi qui in fragmentorum aut cementorum genere uersari soleant siue multa ab homine in belluarum genere fieri solere casu: ut si causa affirmandi sit, equū fugientē casu ab homine propinquo esse retentum, cuius nunq̄ esset facultas recuperandi data, nisi casu in propinquum retinentem incidisset: atq; etiam sciri potest, in hoc scientiae genere hominis esse sapientis scire, cuncta ob circūscriptum finem moliri solere naturam: ut facile, non modo in Formicarum, aut Aranearum genere, sed etiam in arborum natura cernere licet: quorum alteros finis causa uidemus, uel semina corrosa condere, uel textrina ratione uti: alteros cernimus, aut frōdium genere uestiri, quo sint a, frigore & a, calore tutiores, aut radices īfra cōtinere quo possint ex terra haurire succum. Quin etiam intelligē, dum est, naturam initium & fontem esse motus, proptereaq; siminus quid sit motus intelligi secernendo possit, perfacile iudicium sit, minus quoq; causam authoris motus intelligendi dari, qui cęteris cau,

Io. Ia. Sclefanatus Car. Parmēsis

Differentia inter fortunam & casum.

Belluę nō habēt fortunā nec infortuniū

Marullus Bizātius.

Qđ natura opatur propter finem:

Qđ natura est principium motus

ſam mouendi afferat : cum autem eiuſmodi ſcientiæ genus in ma/ gnitudinum ratione uerſatur / quatenus ſcilicet magnitudinum gene ra ſint corporum conſtituti fines / dubitationem non habet / quin hoc loco cauſa quærendi ſit / quid infinitum / quid locus / quid ua cuum / quid tempus iudicari poſſit . Eademq; eſt ortus & tabis conſiderãdę ratio : quorum maxime animantium natura contineri ſolet : At uero cũ de coeli & mũdi natura diſputatur ſatis in prom ptu eſſe poteſt / nihil tam hominis uideri propriũ / q̃ ſcire coelum a / quatuor primordiorũ genere natura ſecerni / nullaq; eſſe aduen/ titia admixtione cõcretũ / idq; ea maxime ratiõe fieri / ꝓptereaq; ſim plici globoſaq; circũuectione ferať / quę maxime a / primordiorum natura ſeiuncta ſit .Ob eamq; cauſam ſciri certa ratione debet / coe lum nec ſuãpte pondere deorſum , nec ſublime leuitate ferri / prop tereaq; corpus natura globoſum / neutrius ſit naturæ compos:Nam ſi deorſum ferri natura diceretur / eſſet etiam fateri neceſſe id quan doq; capeſſere ſolere medium / aut ſi contra in ſuperiorem locum ſub uolare probaretur / cauſa etiam affirmandi eſſet / id quandoq; a / me dio abeſſe ſolere longius . At qui cum perſpicuum ſit / id minus in tanta temporum diuturnitate contigiſſe / perfacile exiſtimandum eſt / coelum nec pondere deorſum / nec in ſuperiorem locum le uitate ferri : Nam ſi id quandoq; contigiſſe diceretur / nihil abeſſe deberet / quin fatendum eſſet / aſtrorũ genera quandoq; fuiſſe / aut ad medium deſcenſura locum / aut ab eo abfutura longe : quo ni hil indoctius affirmari in tota naturæ deſcriptione poteſt . Quod cum ita ſit / intelligi etiam debet / coelũ nec contraria natura lædi / nec ortu gigni / nec tabe labefactari poſſe / quandoquidem uniuſmo di / atq; ſimplex eius natura dicatur : quæ longiſſime ab aduentitia impulſione abſit : ideoq; facile ob id affirmare licet / ſiderum ge / nera quinti quoq; corporis natura conſtare / nec ea eſſe ignea / aut calore teneri / ut quibuſdã compitalitiis philoſophis uiſum fuiſ ſe legimus / cum quandoq; calor a / motu / aut a radiorum reflexu excitetur / ut ſæpe in ſpeculorum genere cernimus radiorum fla / grare ſolere ignem / eaq; quotidie a / ſole colluſtrari / ſed perinde inter se luminis mutuatione differre / ut inter ſe naturæ nobilitate differunt : ob eamq; cauſam alia uideri palleſcere / alia obſcurari /

DE GENE. ET CORR: .2.

DE COELO ET MVN/ DO. .3.

Corpus coeleſte nõ habere gra uitatem neq; le uitatem

Q đ coelum nõ habet contra / rietatem

STELLE .4.

Q đ ſtelle ſunt ex quinta natu ra .

alia,clarissimo lucere candore, alia fulgere solere languidius, nec eorum concursione excitari sonum, aut ita naturæ ortu aurium compleri sensũ, ut coeli sonitũ effugiat, quemadmodũ inscite Pythagoreorum generi placuisse scimus, sed ea sine sonitu tanq̃ naues flumine prono & secũdo uehi: tum etiam terram in media mũdi sede locatam, ad permanendum esse constitutam, cum medium longissime a, peripheriæ collatione absit, & tum circũfluũ mare natura appetere solere terram, nullaq; fluminum accessione redũdare: eodemq; modo quid tam iucũdum cognitu esse potest q̃ ab his ea naturę genera secernere, quæ Græci meteora nominare solent: cum cernere contemplando licet, primordiorum genera inter se uicissim naturę continuatione uerti: & tum aerem tripartita regionum ratione secerni, quarum superior calida aridaq; natura constet, propterea q cum Aetherea mũdi parte coniũgatur, sitq; meantium sideru circũuectioni propior. Infima uero calidæ, humidæq; naturæ sit, nam cum ad eam aquæ, terræq; expirationes accedãt, cũq; a terra radiorum reflexu recalescat, eius tepescere uicissimq; tabescere natura soleat: media autem regio frigidæ humidæq; naturæ dicat cum nec a terra radiorum reflexu caleat, nec sit æthereæ cõiũcta parti: quocirca intelligẽdum est, in superiori aeris regione, minus concretionem fieri solere nubium, quandoquidem concretio ætherei caloris uicinitate diluatur, nec expirationes, ex quibus soleant oriri nubes, ad eam aeris partem peruenire possint: quin potius sciri debet, in ea uaria ignium genera solere nasci, in quibus uideantur diuersæ rerum repræsentari formæ: quo in genere, trabes ardentes, aut clypei flagrantes numerari solent: eademq; ratione existimandum est, Astra comata gigni: quæ cũ ex inflãmata expiratione oriũtur, sępeq; aut densa corporis natura, aut magnitudine inusitata pręstant, satis tũ argumẽti esse potest, ex eorum aspectu, aut futuros uẽtos significari, aut tabificã ostẽdi generis humãi luem: quãdoqdẽ expiratiõis accretio, causa humorum ĩflãmandorum, & bilis excitãdę sit: quibus maxime rebus cernimus hnmanũ tabescere solere corpus: Atq; etiam quid tam necessarium q̃ scire pluuiam, Rorem, Niuem, & pruinam solis, aut syderum proxima inflexione nasci.

TERRA. 5.

METEORA 6.

Q d si triplex aeris regio

Varia igniũ genera

COMETES 7.

PLVVIA ROS ETC.

Nam cum perspicuum sit / perinde ut quæq; astrorum genera propius cursum ad domicilia nostra inflectunt / ita ab his aqueum uaporem siderea natura trahi / satis notum esse debet / cum / a / domiciliis nostris elatum frigida natura conglaciari posse : nec item minus ea cognitio iucunda esse potest / qua intelligitur / aquam sub terram natiua aeris conuersione gigni. Nam cum in subterraneos includatur specus / cunq; interius refrigerari umbrarum assiduitate soleat / facile in promptu esse potest / eum in aquam debere similitudine cognata uerti : ex eaq; naturæ conuersione aquarum oriri fontes / qui ex infimo specus ore natura in exhausta fluant : quæ eadem dici de Ventorum ratione possunt : siqdem cum perspicuũ sit / duplex esse expirationum genus / quarum unum humidum / alterum aridum dicatur / nihil abesse debet / quin fatendum sit / earum unum aquæ coelestis esse causam / alterum gignere solere uentos : nam cum terræ anhelitus ob solis terręq; calorem ad aerem natura ferantur / cumq; interdum frigida aeris natura moueantur / satis tum inter doctos constare debet / natura oriri solere uentos / qui augeri anhelitus progressione soleant. Similisq; est Terremotus describendi ratio / cum ostenditur anhelitu / qui ab ima telluris sede oriatur / eam terræ moueri partem / quæ minus perrumpi anhelitus motione possit / nam cum inclusus anhelitus cæca uolubilitate fertur / motuq; quærit exeundi uiam / facile tum affirmari potest maxime terram eius assidua impulsione quati / quandoquidem / & exitus præclusus sit / & ab alterius expirationis accretione urgeatur qua uis fiat pugnando & quatiendo maior : sed quid tam admirabile esse potest / q̃ intelligendo perquirere / unde Tonitrua / aut Fulgetra oriantur ? Quid tam iucundum q̃ scire uapore arido / qui in nubiũ sinũ includatur / eum edi solere sonum / qui tonitruum dicatur ? aut notando sentire / uaporem a / nubiũ conflictu pulsum / prius ignem pugnando ostendere / quam referre exeundo sonum ? Quandoquidem sensus multo sit in uidendo q̃ in audiẽdo uelocior: aut quid tam incredibile uideri debet / q̃ ex humidarum nubium collisu oriri fulmen / idq; deorsum natura aduersante iaci ? qua cognitione nisi tenerẽtur homines / fateri quasi uiderentur cogi / non fuisse nasci necessarium : Nam eas res ignorare / quæ sub oculos & sub aspectum cadant / id est esse uoluntate cæcum.

FONTES .9.

VENTORum GENVS .10.

TERREMOTVS .11.

TONITRVa ET FVLGETRA .12.

FVLMINA .13.

MINERALIa .14.

ANIMA .15.
Animans
Sensilis
Intelligens
VISVS .16.
AVDITVS. .17.
ODORATVs .18.
Quare aqua Marina habeat salsedinem
GVSTATVs .19.
Cur poma cocta dulcescãt
Cur Mala ĩ Palea fiũt dulciora
TACTVS .20.

Quod idem est de lapidum metallorumq; natura affirmandum. Sed quid esse potest animæ explicatione suauius, quid tam necessarium q̃ scire animam animantium initium esse omnium, eamq; ad infinitatem rerum naturæq; notionem pertinere? Aut quid tam iucundum q̃ animæ uirium explicata cognitio? cum sciri potest, eam a doctis in animantem, sensilem & intelligentem discerpi solere naturam, animantẽq; in altricem, augentem, & generantem naturam secerni, sensilem uero fontem esse sensuum, qui inter se bipartita ratione diuidantur: cum eorum alii animati, alii interiores nominari soleant. Itaq; ob eam causam intelligendum est, oculorum sensum in percipiendi ratione statui debere primum, nam cum duo sint sensus genera ad disciplinam percipiendam constituta, quorum unum uidendi, alterum audiendi sensus dicatur, per facile intelligi potest, eorum alterum inuentioni, alterum studio obsequi solere doctrinæ. At qui cum multo sit inueniendi q̃ discẽdi ratio natura prior, dubitationem non habet, quin oculorum sensus prior dici in percipiendo debeat, quandoquidem corpora internoscendo notet, quæ aut luce, aut colore teneantur, in quibus insit differentium generũ natura maior: Ideoq; ob id iure dicimus audiẽdi neruos cum oculorum neruis naturæ prouisione iungi, quo utriq; uicinior sit disciplinę obsequendi usus: in quo quidem cum auditus uarios percipiat secernendo sonos, uidendũ est, quid sonus, quid uox, quid reflexio nominari possit: itaq; eadem ratione intelligendũ est, recte his finitimum statui odorandi sensum, odorisq; naturam calida siccitate contineri, quo sit frigidæ cerebri naturę temperatrix. Idq; fere olere consueſſe semper, quod sit aridi uaporis siccitate mixtũ: ob eamq; causam mare olere solere cernimus: propterea ei sit terreni uaporis feruida natura sata, ex qua acerrima salis natura oriatur: nihilo q; secius de Gustatu affirmarĩ licet causaq; probandi datur, saporum genera ex humidæ terrenæq; naturæ societate nasci, quæ calore agitante misceantur: quemadmodum in pomorum genere uidemus, humidam naturam, quæ minus sit Solis calore detrusa, igni dulcescere solere magis, idq; etiã gigni ex auẽtitia causa posse, cũ pſpicuũ sit, mala, quę primo sint pacerba gustu, palea cõdiri solere dulcius, cũ humidũ quod sit aduentitia

inductione natum / cum terrena ſiccitate miſceatur / tenuius ꝙ umbra exterente fiat / ex quo ſit dulcior in edendo ſapor. Atq; etiam perſpicuũ eſſe debet / idem affirmari de tactus ratione poſſe / cum iudicio certo probatur / eum unum / e / multis ueracio / rem eſſe ſenſum / eoq; deleto / animal quoq; euerſum / & deletum iri: quod minus euenire in cæterorum ſenſuum amiſſione ſoleat: ut facile ex his iudicari poteſt / qui aut cernendi ſenſu orbantur / aut qui ſunt naturæ fraudatione ſurdi: at cum de interiorum ſen / ſuum natura diſputatur / facile exiſtimandum eſt / communem ſenſum ſtatui debere primum: quandoquidem plura rerum genera ſecernendo percipiat / q̃ poſſit a / ſenſu priuato noſci. Quod mi nus ſemper fieri intelligendi percurſione ſoleat: propterea ꝙ haud quanq̃ omnia animantium genera intelligendi ratione pręſtent / quę tamen in multis ſenſuum perceptionibus / eadem diuerſaq; rerum genera agnoſcendo ſecernant: ut nobis uſu uenire ſcimus / cum uir ga canem diuerberare uolumus / ꝙ ab eo cernimus doloris perci pi ſolere ſenſum / quod minus probaretur fieri ratione poſſe: ni ſi cauſa affirmandi eſſet / in eo cernendi ſenſum cum tãgendi ratio ne necti: Ex quo apertum eſſe poteſt / eiuſmodi ſẽſum / uim quan dam conſignatam debere dici / quę ea rerum genera diſtinguendo noſcat: quę in fluere in priuatum ſenſum aduentitia impulſione ſoleant / eamq; in ea cerebri habitare parte / quę ſit princeps naturę prouiſione conſtituta. Ideoq; ei multi pręter imaginationem / uiſum quod Græci phantaſiam uocant / adiunctum iri uolunt / a / quo ſo leat abſentium reꝝ genus abſtruſa cognitione percipi: ſimiliſq; eſt æſtimationis / & memorię deſribendę modus / quo intelligi poteſt / earum alteram ad ea rerum genera comprehendenda tribui / quę mi nus ſit uis priuati percęptura ſenſus / alteram ob eam eſſe cauſam a natura datam / quo ſit earum genera conſeruatura rerum / quæ ſint ſenſuum perceptione nota. Nec longo quidem interuallo abeſt / ſomni & uigiliæ indagandæ ratio. At cum eſt de intelligentiæ na tura diſputandum / quid iucundius eſſe poteſt / q̃ ſcire quid ſit ĩtel ligentia / quid ratio / quid appetitio / & quę eius generis nominari poſ ſunt: quæ maxime fiunt ſubtilitate diſputandi nota. Etenim neſcire quid ſit intelligentia / optimam eſt ſui ignorare partem:

SENSVS COMVNIS .21.

PHANTASIA .22.

EXTIMATIVA. .23.

MEMORIA .24

Aut quid tam utile uideri potest, q̃ scire ex omni scientiarum numero existere solere unam, quę nõ modo sit rectrix & dominatrix reliquarũ, sed etiam extima putetur seiunctæ naturæ indagatrix: siue quid deniq; tam admirabile q̃ ad hominũ incolumitatem scire scientiam quandam diuina patefactione dari, quę sit supra intelligentię complexum sita, nec a rata progredientis rationis luce dimanet? Nam cum homines (ut satis est a nobis in Theologia disputatũ) in Deum tanq̃ in finem statuantur, qui humanę naturę finibus exit, intelligi facile potest, necesse fuisse, ut hominũ generi diuina imprimeretur notio, quo propius attingeretur sine prolapsione limes. Quod quidem genus ad Dei diuorumq; pręscriptum in Theologia explicatur: in quo maxime est absolutio senatorię uitę constituta.

THEOLOGIA. 28.

S ED Cum Senatus sit gentium omnium constitutus iudex facile confirmari potest, Senatores maxime pontificalis iuris esse debere peritos, quo sint uel in causarum cognoscendarum iure, uel in obsignando, siue in legaticio munere fungendo cautiores. Quare non sine causa intelligendum est inter Theologum & eum qui iuris pontificalis peritus sit, hoc maxime interesse posse, ut eorum alter ea genera contemplando persequatur, in quibus quasi causa explicari soleat: ut si de coelestis meatus uacatiõe disputetur, cum Theologus omnem motum dicat ob quempiam finem esse constitutum, facile affirmare possit, omnem motũ ob quippiam extremum constitutum, ultimo adepto quieturum, alter cum longe a probandi ratione absit, iure credi oportere dicat, auctoris rerum Dei nutu orbium circunuectionẽ desituram, coeliq; cessaturum motum. Atq; etiam si ab altero probetur omnium uirtutum scientiarumq; generibus certiorem esse fidem, facile ei causa affirmandi sit, id in rerũ genere uideri debere certius, quod a certiori causarum genere dimanare solet, atqui cum perspicuum sit, fidem supra progredientem naturam ex uerissima quadam Dei dimanare luce, qua nihil possit ab homine reperiri certius, nihil absit, quin ab eo affirmari possit, omnium scientiarum generibus certiorem esse fidem. Quod minus ab altero probari differendo solet, qui magis in litandi & initiandi q̃ in argumentandi genere diffiniendo uersatur. Eodemq; modo si ab altero quæratur utrum probiores sint ab hominum genere iuuandi magis, dubitationem non habeat quin concedendum sit, ab eo probari posse, quo quisq; auctori Deo sit in uiuendo propinquior, eo quenquam iuuari debere magis, sed cũ apertum sit, probiorem Deo propinquius solere iũgi, perfacile intellectu sit, ab eo confirmari posse, probiores ab hominũ genere fieri debere in amando pluris. At in pontificali iure queri modus decernẽdo solet, quo probiores iuuari promerẽdo debeãt: quod eodem modo affirmari de tota utriusq; sciẽtiæ differẽdi ratiõe potest: cum satis notum sit, alteram ĩ cõtemplãdi, alteram in iudicãdi genere uersari: quocirca intelligendũ est põtificalis iuris rationem, eam esse normam uiuẽdi cõstitutam, qua homines in uiam reuocẽtur, eamq; solere ĩ ea iussorum genera secerni, ĩ quibus

Differentia inter Theologũ & Canonistam.

Modus Theologi in argumẽtãdo

Modus Canonistę in affirmando

Insti.de iu . Na-tu . §.Senatus-cõsultu . l . 1 . ff. de cõsti.

Dist . xxiii .c. his gitur

L . pe.ff. de rerũ diui.

C. bone el . i . de postu pre.

C. causamq; de elect.

Cosmus Patius Archieps Flo-reñ.

C . i . deremin.

Decretum, Epistola, Mandatũ, Interdictum, Sanctio, & Pręceptũ extraordinarium uersatur. Decretũ.n.id nominari potest, quod est.S. C.Pontifice maximo referente latum. Epistola est qua a Pontifice maximo, aut alicui de eo sciscitanti, quod ambigendum sit, respon-deri decernendo solet, aut id iubendo prohibetur, quod publicis mo-ribus offuturum sit: Mandatum est a, delicto auocandi disciplina, quę mores iubendo pręscribit: Interdictũ est iussio sine mulcta ueta-trix, qua cuipiam eatenus aliqua sacri piatione interdicitur, quoad aut eum pręuaricationis pertesum sit, aut quoad ab eo satis Pont. max.sit pro scelere patrato factũ. Sanctio uero lex certa est ad iubẽ-dum & uetandum lata, qua sonti mulcta irrogatur: Pręceptum extra-ordinariũ eaꝝ est promulgatio legũ, quę temporis causa sunt extraor-dinaria accretione latę. Ex quo sciri potest omnia iussoꝝ genera, quę habeant a, delicto auocandi uim, pontificali iure contineri, eaq; in uariaꝝ rerũ discerpi solere genus: ut si de consuetudinis ratione quęrendũ sit, intelligi debeat, eam consuetudinem iri lege solere antiquatũ, quę usitata peruersitate fiat: ut si a Sardoꝝ flaminũ gene-re affirmet, sacerdotitiis comitiis initiari solere cãdidatos, facile ĩ prõ-ptu sit, ea initia rata futura minus, cum satis apertum sit, lege esse cooptatoria sanctũ, nequis initiari sine pontificis minoris manus in-iectione possit: similisq; est prope postulandi ratio: ut si ex flaminũ Mediolanensiũ collegio in urbis pontificatu mandãdo, pars una Ioã-nem Antoniũ Alexandrinum iuris peritoꝝ prudentissimum, renun-tiari a senatu petat, & altera postulet surrogari eum, qui minus sit illi doctrina & dignitate par, dubitari nullo modo debeat, quin fatendum sit, eo esse Ioannem Antonium renuntiadum minus, quo magis est uniuerse Rei pu. in affectatoria uita profuturus, & quo plus est pręsens eius doctrina allatura boni: Quod idem est de pon-tificis minoris designati potestate iudicandum: ut si modo Cosmus Paccius põtifex Florẽtinus, homo tã doctrinę magnitudine q̃ mẽtis prudentia meditata præstans, eam in sacrario Antistitem pontificia prærogatiua legat, cuius legendę potestas ei sit uestalium permissu data, nemini dubium esse possit, quin sit confiteri necesse, iure eã Antistitem debere dici. Nec multo quidem secus de surrogandi ra-tione ffairmari potest, ut si quispiam pontifex sibi ius alterius surro-

gandi sumat, proptereaq; sit decursa ętate senex, satis intelligi detur eam in surrogando senectutem excipi annaria debere lege, quę minus sit ad pontificium munus fungendum apta. Itidemq; prope de ea censoria animaduersione dicendum erit, qua eos mulctari solere scimus, quorum est negligentia in fanorum genere tuendo socors: ut siqui ex monachorum genere a pontifice Volaterrano ī ęrarios referri dicerent, proptereaq; pontificii fani bustiaria & sacella sinerent euersum & conuestitum iri: Atq; eadem fere est flaminum initiandorum descriptio, ut siquem dicamus initiari piando posse, cui ita digitus pręcisus digladiando sit, ut litare sine spectantium oculorum offensione possit: siue si cuipiam dicatur ius lustrandi aut expiandi dari, qui ob id sibi inguina pręcidisse affirmetur, quo esset libidine cōpressa castior, quin etiam idem est de eo rerum genere affirmandum, quę aut ui, aut metu præmente fiunt, ut siquem pontificem minorem probemus furentis populi formidine iniecta cogi, ut designata potestate abeat, perfacile iudiciū sit, nihil esse metu impendēte causę, cur minus lectio rata uideri possit: at cū đ iudiciorum ratione disputatur, intelligendum est ī iudicando flamines haud quaq̄ ita regū terreri debere minis, ut eis metu insidente, causa iustitię deserendę detur. Ex quo apertum sit iudiciaria lege esse cautū, nequid usq; dum fiat disceptando noui, quo ad controuersia iudicanda pendet: atq; huic quęstioni proximus est de probatione locus: ut si modo inter Lucēses & Pisanos flamines de finiū iure disceptetur, satisq; eorum alteros bonorum finiūq; possessores, alteros petitores ī iudiciū uocari ītelligatur, ęquaq; īter eos tabularum testiūq; cōditiōe disceptari uideatur, dubitationē nō habeat quin Lucēsibus retinēdi ius limitanea lege detur: cū pspicuū sit legis esse probę, cū minus de alterutra iuris ratiōe liquet, iudicio uti in absoluendo q̄ in condemnando malle. Quod eodem modo de testiū intercessione, de iureiurandi religione, đ tabularum obsignatione, deq; exceptione & pręscriptione affirmatur: Ac rursus hoc idem intelligi de iure prouocandi debet: ut si dicatur in omniū profanarum litiū actione, cuiq; dari aduersariū ad duodecimuirale iudicium prouocandi ius, quo ascendi non possit ꝓuocando altius: eademq; ratio est habenda uitæ: ut si affirmetur flamines pontificio telo uulnerari, proptereaq; aut in fęneraticio quęstu uersentur, aut ue-

C. sicut nobis de suple negl. prę.

C. i. de cōpo. uiti.

C. . significauit nob. đ corp. iuti.

C. Aabbas c ad aures đ his cō. iu. Me. iu. cā. finnt.

C. i. u. iii. ut lite pēdē.

C. ex lrīs de proba.

Toto. ti. de testi.

De iuramento.

De pręscriptio.

De excep.

.c.Monasteria đ ui.&ho.cleri.
.c.a crapula de uita & hone. cleri.
.c. clerici offá.đ uita & hone. cleri.
Allegato.c.clerici offá.
.c.ii.de cler.non residẽ.
C.tue&c.cũ dilectus de cleri.nõ resi.
.t.emptõe & uẽ.
.t.de fideiusso.
.t.de pigno
.t.de decimis
.t.đ iu.patrona.
.c.inter alia de imnnit.eccle.
.c.aduersus consules đ imunit.eccle.
.c.i.&.ii.ne cle.uel mona.secula.Nego.

stalium uti soleant familiaritate insolentius / q̃ pati uel existimatiõis religiosæ pudor / uel fama suspitiosa possit: ob eãq; causam ii etiã alligari eadem execraria lege solent / qui minus sint uita tẽperata frugi cũ ab his / uel plus mãdit͛ uorãdo cibi / uel plus uini potando haurit͛ q̃ possit stomachi calore teri / ex quo necesse sit / ut aut animi extinguatur lumen / aut libidinis flagitiosę malũ excitetur / q̃bus rebus maxime soleat flaminica labefactari uita: Atq; ex hoc etiã sciri potest / eadẽ lege esse sanctũ / nequis flamen / ita importũa licentia / aut in piscario foro / aut in uinaria taberna uersetur / ut honori uideat͛ aduersari suo multũq; de existimationis incolumitate deperdat: Eademq; ratiõe est de uestitus mediocritate pręscriptũ / qua in toga forensi modus inter tibialẽ & talarem amictũ datur: nequa flaminica toga sit in alterutrã redundatura partem: At cũ de custoditicio fanoꝝ munere disceptari solet / ĩtelligi potest / lege esse abrogatoria latũ / necui sit abesse a / custoditicia assiduitate licitũ / nisi ei / qui aut discendi causa absit / aut qui in senatorio famulatu uiuat / siue qui in Pont.Max.assectatoria procuratione uersetur / quales Admissionales / Obsignatores / Duodecimuiri / Libelliões / Cõpẽdiarii / Cẽtumuiri / Plũbarii / & qui sunt eius generis numerari possunt: quocirca idẽ nõ modo de emptione & uenditiõe sed etiã de ꝑmutatione reꝝ de uadibus / de pigneraticia cautione / deq; uectigaliũ decumanoꝝ solutiõe iudicari potest: Nec multo secus de exurialibus feriis / de uectigaliis / de prędioꝝ addictione deq; gentilicio iure cõfirmat͛: nec itẽ quicq̃ est causæ / cur non idẽ de flaminaliũ iuriũ libertate dicat͛: qua fanoꝝ domus ita cõmuniri flaminali ꝓrogatiua solet / ut nemini sit inde queq̃ prępter eũ arripiendi ius / qui notus sit uel pręda nocturna / uel diurna furtoꝝ assiduitate latro / siue qua cauet͛ / ne flaminũ generi uectigalia decumana imponantur / neue ab eo pecunię portorii nomine exigãtur / quaꝝ solutione fiat flaminalis iactura iuris / similiq; ĩgenere ea legis pręscriptio numerat͛ / quę negociatoria sanctione uetat / ne flamen in aliqua prępterq̃ ĩ ea iudiciaria profanoꝝ disceptatiõe uersetꝰ / qua aut eius mulieris recuperator detur / quę ĩ coelibatu ĩ auiduitateq; mansura sit / aut qua pupillaria bona ab agnatorũ uictriciq; pręda defendat: Atq; hoc etiã multo est de medicoꝝ pręscriptione dicendũ magis / in qua maxime abortionis multa irrogari solet / ut si Iacobũ Foroliuiensẽ medicũ probatũ diceremus Barbaræ

Sigiſmundi Cæſaris uxori/ob id partum medicamentis abegiſſe/ne ei cauſa moriendi eſſet:aut ſi ab aliquo medico prius partũ necatum eſſe affirmemus/ q̃ lucem a/natura ſumat/quo cauſa adulterii occultandi ſit:ſiue ſiquis cuipiam ad tormina medicamentũ dederit/qui/ſit morboꝝ curationis & medendi diſciplinæ expers:uerum cum de coniugii iure diſputatur intelligendum eſt/maritalem legem eſſe latã qua ſoleant connubia errore contracta diſſui:inquo primum maxime fortunę error conſiderari poteſt:ut ſiquis ſe ciuis Romani filiam ductum ire opinetur/quę alutarii filia reperta ſit:eodemq; modo dici de eius uoti ſpõſione poteſt/quod rite ſacerdotitiis comitiis a/cãdidato fiat:ut ſi dicamus Gabrielem Frãciſci Sfortię ſummi imperatoris fratrem rite atratorum initiatum eſſe ſacris/facile affirmemus eum/minus coniugio colligari poſſe. At ex delicti ratione multiplex naſci cauſa connubii dirimendi poteſt:ut si Ioanna Neapolitanorum Regina fratriam necari iubeat/quo Lodouico patrueli libidine importuna nubat/ſiue ſiquis ſine repudii remiſſione/alteram priore exturbata ducat:Ex religionis uero ratione tum facile modus coniugii deſinendi naſcitur/cum longe eſt diſpar in credendo fides:ut ſi Sarmatum aut Dacorum Regis filia nullis auſpitiis/Baizeto Turcarũ Regi nuptura ſit/dubitari non poſſit/ quin coniugium uitio ſit in deſpondendo factum. At multo prudentius ex .S.C.liberatoria uenia ĩ eiuſmodi ſpõſalitiorum genere permitti iubendo ſolet/cum cauſa religionis amplificandæ & dilatandæ datur/ut ſi modo Ferdinandi Hiſpanorum Regis filia Aphroꝝ Regi ex.S.C.nubat/proptereaq; is ob id coniugium recipiat ſe expiari luſtralis laticis aſperſione uelle: Quin etiam idem in connubio de ui inferenda affirmatur/ut ſi dicatur Ioannam ſecũdam Neapolitanorum Reginam metu premente armorumq; terrore cogi/ut Sfortiæ Attendulo fortiſſimo Imperatori nubat:nihil abſit/quin fatendũ ſit/iure connubium dirimi recuperatoria lege poſſe:eiq; generi finitimus eſt de limitũ propinquitate locus/qua potentiæ pacisq; retinendę cauſa/ius coniugii in agnatorum colligatione datur:ut Iſabellæ Aragonæ caſtiſſimæ foeminæ contigiſſe ſcimus:quæ.S.C.permiſſu Ioãni Galeatio Sfortiæ conſobrino nupſit/quo arctius ad principum concordiam manſuram neceſſitudinis obſtringeretur nexus:ſed multo etiam magis

C.ſi aliquiſ explẽ de pc homi.
C.ſi culpa de iniuris & dã.da.
L. illicitas ſicuti. ff. de o.fõ. pre.
L.ſi p errore.ff. de iur.omi.iu.
Gabriel Sfortiæ filius.
C.meminimus q cler.uel uoũẽ:
Ioanna Regina Neapolitanoꝝ prima.
C.gaudemus & c:quãto & c:ſi. de diuõti.
Ferdinãdus Hiſpanorũ Rex
C.cũ dilectus.đ. his.q̃.ui.Met.
Ioanna ſecunda Neapolinanoꝝ Regina
C ſi. de cõſa. & affi.
Iſabella de Aragonia

de munerali ambitu est lege cautum,ut qui fana sit auctionando nu dinatus,non modo a mancipiorum,mulierum,damnatorumq; gene re accusari possit sed etiam usq; dum muniis abire cogatur,quoad de ambitus insimulatione liquet:quocirca iure est nundinatoria lege pre finitum,ne pecuniae a candidato initiorum nomine exigantur,neue re ges audacia impudenti iubeant sacra uenire licitando:quo in genere omnia insimulationum,pactionum,nundinationum,uenditionum, dinumerationum,testium nominumq; faciendorum genera uersantur:qui bus flaminum generi,aut ius repetundarum,aut causa sacerdotio abeu di datur. At cum de Iudeorum iure prescribitur intelligi debet,lege es se prouisum,ne hi sua clandestina fana uel sumptuosiora,aut la xiora edificando construant,q lege permissum sit,neue ea promiscua uestitus ratione utantur qua minus,a nostris secerni amictus societa te possint. Itaq; iure est prouidendo latum,ut nostri ab eorum quaestuo sa assiduitate absint,ne plus contrahatur in uitae societate mali,q in mercennaria utilitate lucri. Nihiloq; est rogatio perlata segnior,qua iudicium de caede constituitur: quae sit aut uoluntario animi motu, aut fortuita uolubilitate facta:ut si dicamus eum minus cedis postula ri posse,qui nocturnum furem occidisse dicatur & contra affirme, mus illum in iudicium uocari debere iure,a,quo ei sit illata nex,qui sit in diurno lucis candore fur. At ex fortuita imprudentia uarium genus cedis numerari potest quo flamines minus sacerdotio abire so lent,ut si probemus ei esse litare fas a quo sit in luctando alter para zonio elapso cesus,siue si quempiam dicamus mulieri partum saltan do abegisse:eadeq; lege cauetur,ne flamines aut duella digladiando gerant,aut ea hastiludia pugnando ineant,quibus corporis animiq; discrimen adituri sint,& quorum causa cesorum corpora extra bustuariu debeant gleba iniecta condi. Sed hoc multo etiam de furibus, de in cendiariis,de raptoribus, deq; fanorum expilatoribus est dicendu ma gis: Atq; eadem fere questio de falsariorum improbitate constituitur:ut siquem flaminem questus causa dicamus, Lodouici Gallorum Regis adulterino uti solere signo,facile illum intelligamus,ea alligari de, bere lege,que eiusmodi falsariorum uultus cutetenus compungi perspi cua nota iubet:que quidem fraudatio,maxime uaria in diplomatu ge nere reperiri potest:ut si quispiam quominus res sit in recognoscen

c. Licet heli de de simo.
c. pertuas de si mo.
c. sicut tuis de si mo.
c. cōsuluit de Iu deis
Synagoga Iu deorum
c. in nōnullis de Iude.
c. ad hec de Iu.
c. si perfodiens de homi.
c. latō. presentiū de homi.
c. sicut de hom.
c. i. & ii. de pu. in duello.
t. de furtis.
t. de raptoribus & incēdiariis & uiolatoribus ecclesiarum
c. ad audiātiam de crimine fal.

do testatior, nomina tantum eradendo mutet, siue siquis incolumi subsignatione relicta, omnes in prescriptione lituras, aut pumice, aut latice medicato deleat, quo supra rursus ad arbitrium carta calcata & leuigata scribat: Quod eodem modo de iniuria iacturaq; illata iudicare licet, ut siquem ab altero ita aut uulneratũ, aut pugnis cencisum esse dicamus, ut minus ea sauciatione periturus sit, facile affirmemus illi debere recuperatores in iniuria æstimanda dari pretioq; exequari oportere damnum: idemq; fere est ꝙ defrugatoria lege latum, quæ pecudes ĩ alienum fundũ pascendi causa pedem inferre uetat: At cũ ꝙ poena irroganda sancitur, intelligendum est, eum qui flaminem occidisse dicatur, ita cum pontifice minore de poena debere pacisci, ut multaticia pecunia ad paganũ erarium referatur, eaq; partim ad priuatum fanum ædificandum elocetur, partim ad calamitosoꝝ hominum genus iuuandum decernatur: Nec minor questio de penitentia de remissione deq; omni execrario genere oriri solet, quibus totum est ius pontificale constitutum

.c.l. de crimine fal.
.c.i. de iniu. & dã do dato.
.c. silesent de iniu. & dãno dato.
.c.ii. de poenis
.t.ꝙ pe. & remi.
.t. de snã. exco.

DE CARDINALIBVS QVI ALIQVID SCRIPTI RELIQVERVNT.

Qđ Cardinalatus semper patuit doctis

Aratus Car. Poeta.

Iuuẽcus Hispanus Car. poeta

Liber Euangeliorꝫ & de Sacramentis.

Petrus Damiãus Car.

Lib. de renũciatiõe Cardinala.

Epl'a de breuitate uitę põtificũ

Ildebrãdus C. q Gregorius .7. ĩ Papatu.

Epl'a cõtra Imp.

Hugo Cãdidus Ca. scismaticus

Apologia

Hadriãus quartus Britãnus

Institutio fidei in Noruegia.

QVibus quidem cognitis, nõ sine causa intelligi potest, maiorꝫ memoria, multos semper Senatores uariarum rerum doctrina pręstitisse: Nam post totum illum nascẽtium Senatorum cætum, quorum scripta suspicari licet aut Barbarorum interuentu periisse, aut exaruisse uetustate, facile affirmari potest, semper doctis in senatum patuisse uiam, cum memoriæ proditum sit, Aratum & Iuuencum Senatores esse factos, quorum uterq; est uersibus Christi Pędiam & consignata sacra persecutus. Qđ si tum poetæ dicuntur in senatum lecti, quorum nihil minus q̃ Rei pu. cura interesse debet, quid putandum est illis accidisse, qui essent prudentiæ doctrinæq; maturæ ratione ad Rem pu. gerendam apti: Horum ętati ex eodem ordine Petrum Damianum successisse ferunt: cuius de ingenio doctrinaq; ex eo maxime libro iudicari potest, quem ad Ildebrandum senatorem de Patritiatus spreti ratione scripsit: nihiloq; illiteratior ea Epistola uideri debet, quæ est ab eo ad Victorium Tertium de Pontificiæ uitæ breuitate scripta: Nam ipsum etiam Ildebrandum fuisse doctum & disertum dicũt, ab eoq; libellum scriptum, in quo sit de Henrici Septimi Imperio abrogando, deq; alteri adiudicando latum. atq; etiam tum Hugo Candidus maxime erat in hoc genere reponendus, nisi temere a senatu desciuisset: seq; cum Giberto Rauẽnate & Henrico perduellione cõiunxisset, fuit tamen is cum iuris bene & accurate peritus, tum etiam Aristotelica disciplina doctus, idq; maxime intelligi ex ea apologetica scriptione potest, qua se perduellionatus suspitione cupit, aut excusatum iri, aut aculeos recriminatiõe retũdi: hisdemq; etiam temporibus Hadrianus Britãnus disertus & honoratus fuit cuius tum maxime est cognita in dicendo uis, cum ab eo in Germania Peucini & Basternæ sunt lustralis laticis aspersione loti: Itaq; non sine causa ab eo dicunt cathecismaticas leges esse latas,

quibus hodie ea gens soleat incorrupta traditione frui: Sed quis Lothario Anagnino auctor fuit in Re pu. administranda maior? quis in legum genere statuendo peritior/uel in explicando pressior/aut in repellendo argutior/siue in probando neruosior? itaq; extant ab eo cum Pontificiæ Epistolæ/ & Sacrorum Carminum commentarii/ tum etiam de humana calamitate liber/in qua maxime uitæ incōmoda numerando luget. Quod idem erat tum iudicare de Petro Campano senatore licitum/qui cum esset legatus ad periculosissimum inter Gallorum Britānorumq; Reges bellum tollendum missus/ sic discordiam dicendo sedauit/ ut induciis gratia reconciliata datis/in Asiam ab his sint communia arma lata/hunc autem nō modo commentarios Pontificalis iuris/sed etiam eam orationem reliquisse dicunt/ qua sint Reges ad bellum Asiaticum ineūdum ad odiaq; intestina deponenda moti. Nec item tum minor est habitus Qualoni senatori honos/ quem & iuris intelligentia præstitisse/ & palatinas Orationes reliquisse ferunt/ quæ iam minus in hac dicendi ratione comparent/proptereaq; inquinatius horridiusq; scriptę sint/q̄ possint ab eruditiori ętate ferri: Atq; eodē tempore in iuris pontificalis intelligentia probatus Centius Sabellus fuit: cuius de doctrina ex eo legum genere existimari potest/ quæ sunt ab eo de iudiciaria ratione latæ: Sed quis Hugulino Anagnino est aut in dicendo uehementior/aut constructior in iure explicando iudicatus? cum memoriæ proditum sit/ eum in concione Vaticana Populum Romanum contra Federicum Secundum/ non modo ad fletum dicendo deduxisse/sed etiam ad ea arma capienda impulisse concitando/ quibus Federicus sit/a sperata potiundæ urbis cupiditate pulsus/ tantumq; dicatur Pontificalis iuris disciplina ualuisse/ ut multas eū rogatiōes tulisse ferant/cunctaq; esse legum dispersa genera in ea membra partitum/ quibus hodie Europa fruendis & seruandis maneat. Eodemq; in genere Oto Candidus Astrologus numerari potest/ quem augurales ferunt reliquisse de Chaldaica disciplina libros/ in qua tamen scientia infoelicissime curiosus fuit/ cum minus pręsensit fore/ se Bello Nauali a Federico Secūdo captum iri/ diuq; in calamitosissima asseruatione futurum: Nec item hoc loco Octauianum Vlbaldinum prętereundum puto/quem quidam

Lotharius Anagninus. C. q Iño cētius. iiii. ī Pa.
Epl'ę Decretales
Liber sup̄ Psal.
Liber d̄ miseria humana
Petrus Capuanus Car.
Orō habita ad Reges Galloꝝ & Angliæ
Qualo Diacōus C.S.Ma.ī por.
Sermones ī cappela Papæ
Centius Sabellus. tt. S.Io. & Pauli pb̄r. Car
Epl'æ Decreta.
Hugolinus Anagninus Car.
Epl'æ Decreta.
Oto Candidus Astrologus. C. Portuñ.
Octauiāus Vbaldinus Car.
Liber de laudibus Gibellinoꝝ

Henricus Car. Ostieñ.
Lect. sup Decre.
Oto d Flisco C.
Apparatus sup Decretales
Guido falcodius Car. d recep/tione causaꝝ
Iacobus Vitria/cus Car.
Historia de Bello terrę Sanctę
Hugo Car.
Posti. sp Bibliã.
Distinctiões prædicabiles
Thebaldus Placentinus Car.
Oratio pro con/cordia iter Gu/elphos & Ghibellinos.
Petrus Tarran/tantasia:
Libri sentẽtiaꝝ:
Sermones predicabiles.
S. Bonaueutura
Petrus Portugallensis Car. Tuscul'anensis medicus:

etiam scriptitasse de suorum seditiosa factione dicũt/in quo magis esset odiosa aduersariorum obtrectatione loquax q̃ aut ue boꝝ ornatu/ aut sententiarum confirmatione grauis: hic autem cum opum magnitudine / tum generis splendore facile poterat senatus uideri princeps/nisi factionis studio ab eo esset locus Manfredo Sueuo Neapolitani Regni/occupandi datus / qui maxime ex . S . C . esset perpetuus iudicatus hostis : sed tum etiam unus inter multos Henricus Ostiensis maxime gnarus legum Pontificalium interpretandarum fuit : itaq; eius commentarii sani & sinceri sunt/tantumq; acuminis in differendo habent/quantum esset illi ętati & legum rationi satis . Sed quid est de Otone Flisco senatore dicendum :' quem tum ita prestitisse in iure explicando constat / ut ab eo hi dicantur scripti de legum ratione libri / qui pluris a / quodam iurisperitorum genere fieri comparando soleant / q̃ quicquid est antea a / cæteris disiecta uarietate scriptũ: Atq; etiã ĩ hunc numeꝝ Guido Fulcodius /& Iacobus uictriacus referendi sũt quoꝝ alter cum diu fuisset in patrocinando uersatus/libellum de causarum recipiendarum ratione scripsit alter etiam historiam de Bello Hierosolymitano reliquisse dicitur / quæ magis esset in differendo infans q̃ in scribendo aut in narrando mendax / hisdemq; etiam temporibus Hugo Atratus habitus est Teologica disciplina doctus / qui non modo ex Heroum fatidicorum carminibus rerum copiam ad concionandi usum traduxit/ sed etiam maxime tum princeps Genealogiæ humanæ explicandæ fuit/ ex qua cæteris postea aditus facilior ad interiora enodanda patuit. Sed nec Theobaldus quidem Placentinus excidere in tanta ingeniorum ubertate debet/cuius tota dicendi uis maxime perspici ex ea concione potest / qua Florentiæ est ad seditionum mala sedanda usus : In qua tamen magis est succus in argumentando probandus q̃ laudandus uerborum in differendo nitor : Horum ętati Petrus Tarantasia prope coniunctus fuit: qui cum homo esset uita probata costans / ac placida senectute grauis / non modo Paraphrastes Theologumenon sententiarum fuit / sed etiam cõcionatorios commentarios reliquisse dicit'/q essent/ut illis tẽporibus eruditi/&recondita doctrina grandes . Sed quis tum ex omni numero fuit Bonauẽtura senatore doctior:'quis in differẽdo uel contractione pressior/uel

productiõe sanioriq́s itẽ aut acutius cõuellere refellẽdo cõtraria, aut sua neruosius probare confirmando potuit. Itaq; iure is est Theologorum princeps illa ętate iudicatus. Eodem fere tempore in aliquo numero Petrus Lusitanus fuit, qui non tam habitus est in disserendo eruditus: q̃ transalpina medicinæ ratiõe doctus, cuius libellum extare de Podagra sananda dicũt, qui iam tamen legi sit in tanta recentium librorum ubertate desitus, proptereaq; minus tollerari hac eruditiori disciplina possit: sed ne ex hoc quidem genere Ioãnes Vrsinus excipi prætereundo debet: qui non modo leges de eligendi ratione, sed etiam de urbe tuenda & conseruanda tulit, ne quãdoq; Res pu. seditiosorum hominũ ambitione esset, aut fũditus occasura, aut seruile subitura iugũ: Nihiloq; minus est Matthęus Aquasparta ĩ hac temporum notatione laudandus: a quo sunt Theologica paradoxa explicata cultius, q̃ esset ab inquinata illius ætatis æqualitate reposcendum. Quin etiam uno tempore Hugo Charus, Hãnibal Romanus, Geruasius Gallus, & Guillermus Britãus Theologica laude prestiterut: ex quibus q̃q̃ alius alio habitus sit in differendo maior, ab omnibus tamen est expolitio in Theologia facta locupletior tantumq; scripti relictũ quantum esset ad posteriores admonendos satis: Nã horum ęqualis Latinus Romanus sic dicẽdo illa ętate ualuit, ut Florentiæ seditiosam discordiam oratione sedarit, plębisq; intercessione sublata, quartuodecimuiratum dicendo statuerit, cui esset a tota cinitate parendũ: Itaq; eam orationem, quæ ab eo est in Cõcione habita, scriptam reliquisse fertur, quę tamen cauta magis in dicendo esset, q̃ uerborum cõcinnitate nitens: sed tum etiam satis doctrinę in Hieronymo Exculano fuit, quem multa scripsisse cęsia disciplina dicũt quę in hac spinosiori subtilitate latent: At uero Benedictus Gaetanus, a quo sunt tot leges adiectitia insitione latę facile poterat cęterorum princeps ea ętate iudicari, nisi ei in pontificia potestate datum fuisset prudentium castigatione probro, q; esset ĩ aduersariorum genere uexando acrior, asperiorq; putaretur opinatarum iniuriarum ultor, q̃ pontificia lenitas in aduersando postularet Itaq; hoc Florescente Theobaldus Britannus, Benteuenga Tudertinus, Matthęus, & Neapolio Vrsini maxime laudari poterant: proptereaq; ab his nunq̃ sit scribi & disputari destitum, multaq; ab his in Theologia scripta ferãtur, quæ iam, aut uetustate are-

De medenda podagra
Ioãnes Vrsi. C.
De electione dignitatum
Matthęus Aquasparta Car.
Libri sentẽtiarum.
Ser. prędicabi.
Hugo de S. Caro. C. S. Sabinę
Hãnibal Ro. C.
.B. xii: Aglorum.
Geruasius. C. S.
Lau. ĩ Damaso
Robertus Angli Car. Portuñ.
Latinus de Fregepãis. C: Osti.
Cõcio Florẽtina
Hieronimus de Asculo Car.
Sũme uariæ.
Benedictus Gaetanus Car.
Sextus liber
Teobaldus Anglicus. C. S. Sa.
Bentiuenga Tudertinus. C. Albanensis
Neapolio Vr. C
Matthæus Vr.
Car Sabineñ.

Nicolaus Pra-
teñ. Car.
Gu lermus Lon
gus Bergoma-
tes Car.
Riccardus de
Senis Car.
Io. Gaetanus C.
De canonizatio
ne Sanctoꝝ
Frã. Gaeta. Ca.
Nicolaus d Tri
uisio Car.
De cerimoniis
Io. Murro Car.
socius Scoti
Gualterius An-
glicus Car.
Iacobus Ossa C.
Reductio Cle-
mentinaꝝ in
unũ librũ.
Gerardus Tolo
sanus. C. S. Sa.
Vitalis de Fur-
no Car.
Quodlibeta.
Beltramus d tur
re Car.
Sermo. predica.
Guilermus Far-
merius Car.
Lib. de Cambio
mercatorum.
Mar. Viter. Ca.
Li. d casibus cõ.

facta latent, aut in publicum supposititii nominis usurpatiõe produũt. Eodemq; in genere Nicolaus Pratensis numerari debet, quem Benedicti. xi. interregno de Pontificalium comitiorum habendorum ratione scripsisse ferunt, magnæq; ei laudi fuisse cõmuni ęstimatione datũ, q tũ in senatu unus e multis esset & Rei pu. administrandę & sentẽtię dicẽdę princeps: Nec ab his Guillermus Longus & Riccardus Senensis abesse longo interuallo possunt, quoꝝ uterq; Bonifatio octauo adiutor in sexto dictando fuit. At Ioãnes Gaetanus nõ tam habitus est in dicendo elegans q̃ in disputando & commetando neruosus: Idq; ex eo maxime libello intelligi potuisse dicunt, q ab eo esset de hominũ in Diuos relatione scriptus: Doctusq; item tum Frãciscus Gaetanus in iure enodando fuit, quem a Bonifatio quoq; octauo comitem accitum ad sexti senatusconsulta explicanda ferũt In eoq; numero hoꝝ ęqualis est Nicolaus Foroiulianus reponẽdus, q q̃q̃ primo fuisset in umbratili ludo litterator, sic tamen postea est dicendo progressus, ut iure tum habitus in principibus Theologorum sit: huius eos Rituales libros fuisse dicunt, qui scripti sint prisca disciplina rudius, proptereaq; non dum esset mos splendidior statarum cerimoniarum natus: Atq; etiam eadem ætate Ioannes Murro, Gualterius Britannus, Iacobus Ossa, & Gerardus Tolosanus sunt Theologica doctrina cogniti a quibus multa in Theologia scripta fuisse constat, quæ iam uel obruta uetustate sint, uel minoris a fastidiosiore iuuentute fiant, q̃ estimari prudentia considerata debeant. Quod idẽ affirmari de Vitali Furnio, & Beltramo Turriano licet, a quorum altero extent libri omnigena doctrina tincti, ab altero etiam cõcionatorii cõmẽtarii relicti añiuersaria notatione sint, qua maxime exurialibus feriis locus ad concionandum detur. Nec tum etiam Guillermus Farmerius senatorio honori defuit: Quem Egidii Carilli rogatu libellum scripsisse de mutuatitia negociatione dicunt, ex quo facile intelligi possit, Quot ex nundinum pretiis nuumi ĩ singula centena permutationis nomine exigi æquando possint: Quæ laus eadem in Marco Viterbẽsi fuit: a quo cum multa præclare gesta ferũtur, tum maxime ab eo est lex certa negociatoriæ præscripta uitæ, ex qua minus in agendo soleat animi excitari morsus: Nam isdem etiam temporibus

Fortanerium Aquitanum, & Guillermum Tolosanum acutos homines fuisse constat: quorum alterum paraphrasten fuisse humanæ Genealogię uolunt, alterius etiam ea dialectica lemmata extare confirmant, quæ sint ad hanc etiam nodosam sophismatum rationem apta. Eodemq; modo intelligi debet multos tum uiros extitisse graues, qui in senatum cooptati sunt, & a quibus semper est scriptioni continuatę seruitum. Quo ex genere Ioannes Morlandus, Stephanus Lugdunensis, Philippus Romanus, & Nicolaus Caraciolus Neapolitanus nominari possunt. Nec multo minus accute Bonauentura Patauinus est in sententiarum selectu enodando uersatus: qui Rei pu. tuendæ causa, Patauii est sagitta a, Marsilio Tyranno confixus: Atq; huius fere æquales fuisse Ioannes Cameracensis & Sertorius Valentinus ætatis notatione putantur: Quorum alter de Pontificia potestate scripsit, ab altero etiam sũt explicati Augustini de Vrbe diuina libri: Sed inferioris ætatis maxime Angelus Assarolus laudari solet, ꝙ & habitus sit in senatoria sententia dicenda sapiens, & ꝙ ab eo apologeticus libellus sit contra transalpinos senatores de Vrbani Sexti lectione scriptus, in quo non tam differendo disputatur, utrum Robertus Alobroger Pontifex posset extraordinaria suffragatione legi, q̃ ea exquiratur inuestigando uia, quæ nascentium malorum esset extinctura facem. Eodem quoq; tempore Ioannes Dominicus Florentinus maxime ex eo genere numeratur, qui cum multa in Theologia & de humaniorum litterularꝫ ieiunitate scripsit, tum orator putatus est in concionando grandis. Nec etiam Lucas Fesulanus eadem Theologica laude caruit, qui cum homo esset perpetua uitæ grauitate constans, & in magna fortuna frugi, multaq; de litatorii sacri ratione edidisset, a, Gregorio interrege est in Patritiatum senatu reclamante lectus: Nam cum tum maxime Res pu. senatorum secessione disiecta esset, appareretq; facile eam posse seditiosa contentione labi, ac diu esset de Pontificatu mandando deq; legitima suffragandi ratione dubitatum, senatus, ne quandoq; Res pu. sine Pontifice Maximo futura uideretur, neue cuiq̃ ius ademptum uideretur suum, intestinę discordiæ sedandæ causa, Gregorium. xii. interregem ea comitiali præscriptione legit, ut ante iuraret se iussu senatus interregno abiturum

Fortanerius Aquitanus. Car.
Postilla sup Bi.
Guillermus Tolosanus Car.
Libri de Logica
Ioãnes Morlãdus. C. S Sabi.
Sermo. pdica.
Stephanus Lugduneñ. Car.
Recollecta in utroq; iure
Philippus Ro. Car. S. Susan.
Libri sup Phisi.
Nicolaus Caraciolus. C. S. Ciriaci.
Sũma đ pẽitẽtia
Bonauẽtura Patauinus Car.
Libri Sẽtentiarꝫ
Ioãnes Cameraceñ. Ca. de potestate Papæ.
Sertorius Va C.
Supra Libros Aug. đ ciui. Dei
Angelus Acciaiolus. C. Florẽ.
Defensio Vrbani Sexti contra Clementẽ Anpapam

Io. Dominicus Florentinus.C. Ragusiñ.
Lib. sup ecclesia.
Lib. sup cantica cãticorum.
Lib. d studio litterarum gẽtiliũ.
Lucas Fesula.C.
Sũma casuũ cõscientiæ.
Cõsiliũ Lau. de Ridolphis p collegio cõtra Antipapas.
Petrus Philargus Cretẽñ. C. basi.xii. aplorum
Lib.sup.senten.
Petrus Mau.C.
Lectura sup.6.
F.Zaba. Patauinus.C.Floren.
Lect.sup Decre
Lect. sup Cle.
Iuliãus Cęsa.C. .S. Angeli Patruus magnus.
Iuliani Cęsari. Car. hodierni
Mortuus est cõ Turcos
Conciliũ Florentinũ cui pręfuit

ad ordinẽq; senatoriũ sine prętogatiua reditum.Itaq; cũ senatus frequens Rei pu. liberandæ causa conuenisset, atq; eodem prope tempore Gregorius, Ioannem Dominicum Florentinum, & Lucam Fesulanum in senatum cooptasset, senatus facile iudicauit eam lectionem minus uideri debere ratam, intercedendoq; confirmauit, minus interregi esse, aut comitiorum ineundorum, aut senatus legendi ius: Quare non sine causa tum a senatu est & Gregorius abire interregno iussus, & Pontifex Maximus Petrus Philargus suffragando factus, quem quidem non modo suapte natura & experiundi usu, sed etiam studio doctrinæ sapientem ferunt, nam præter q̃ ꝙ diu est in Re pu. administranda uersatus, tum grauis auctor in Theologia illustranda fuit. Itaq; iure eum charum Galeatio Vicecomiti fuisse dicunt, cui magnę laudi est in illa litteratorum principum paucitate datum, ꝙ non solum doctorum hominum familiaritate lætaretur, sed etiam frui in conuictu uellet. Atq; tum etiam Petrum Maurocenum, & Franciscum Zabarellam præstitisse dicunt, quorum alter ita sexti præscripta accurate explicauit, ut nihil eius lectione requiratur sine alterius collatione melius: alter tantidem a nobis fieri in iuris explicatione debet, quanti est a Poggio Florentino in funebri laudatione factus, Sed quis putet Iuliano Cæsarino, aut rerum usum, aut doctrinæ studia defuisse? qui ita est ab ineunte ętate in Re pu. administranda uersatus, ut nec unq̃ ei licuerit esse ocioso, nec in obeundi muneris difficultate recusarit, pro Re pu. in legatione mori, & ita habitus est multarum rerum uarietate doctus, ut iure in Florentina concione arbiter sit inter Græcorum & Romanorum disceptationem datus: Nam cum Ioannes Paleologus Cæsar Florentiam ad Eugeniũ .iiii. uenisset, quo diuturna controuersia de diuina progressione tolleretur, disputandoq; quæreretur, utra esset sententia in affirmando uerior, ne quandoq; ea disceptatio, aut Rem pupublicam disiunctura esset, aut fidei impeditura finem, cumq; Græca natio iam uideri posset in disputando & respõdendo inferior, ac controuersiæ distrahendæ causa, contionis auctoritate confirmaretur, Diuũ etiam Basilium accersendum esse uadem, quo res aut Græco teste uideretur confirmata sanctius, aut nequid Græcorum generi in

opponẽdo & tergiuersãdo restaret, cũq; Cęsar nagaret, se eos pueteres Basilii attulisse libros, inqbus illiusmodi esset ad Gręcoꝝ pscriptũ explicata ratio, repente Iulianus respondisse dicitur. minus imperatoris interesse boni, ad pręliũ ea arma non afferre secum, quibus sit cũ hoste pugnaturus. Itaq; ab eo libellum extare dicunt, in quo dispu tando exquiratur, utrum Eugenio quarto dies dici a, Basiliensi concione possit, uel utrum ei extraordinaria potestate daretur Pontificis maximi renuntiandi ius. Atq; etiam quis tum fuit Nicolao Albergato aut uitæ integritate probior, aut in Re pu. regenda clarior? siue quis in scribendo & disputando doctior? Ideoq; non sine causa omnium consensu affirmari solet, tanti eum fuisse Europæ cunctæ ęstimatione factum, quanti quisq̃ fieri in illa præstantium senatoꝝ ęqualitate posset: is & lectionis suę libros, & eas orationes reliquisse fertur, quibus sępe suasor & auctor Italicæ discordiæ sedãdę fuit: Atq; eiusdem quoq; ætatis Isidorũ Rutenum fuisse dicunt, qui tum habitus est cũ Græca Theologię disciplina doctus, tum maxime in dicẽdo grauis, idq; ex ea Epistola iudicari potest, quam in Thracia de Bizantii florentissimę pulcherimæq; urbis direptione scripsit, in qua non modo urbis euersæ funus, publicamq; Græcorum lucem deplorando luget, sed etiam uehementer uerendum esse dicit, ne ea quãdoq; labes in Italiam redundatura sit: eodemq; in genere Dominicus Capranicus numerari solet, qui tum maxime putabatur tam fortuna aduersante sapiens, q̃ senatorii fati cunctatione foelix: Nam cum esset senator Martini quinti lectione designatus, repulsamq; postea ab Eugenio quarto accępisset, ne dignitati deesse uideretur suæ, sic constans in prouocando & in patritiatu petendo fuit, ut nec in eo ambitio reprehendi posset, nec animi firmitas esset requirenda maior: Hic autẽ ut sępe ex Alexandro Cortesio fratre audiui puer commentarium isagocicum de Pontificatu maximo administrando scripsit qui sit a, Flauio Pantagatho nepote emendatus elegantiori concinnitate accuratius: Nec sane minus est Nicolao Cusensi, & Ioãni Turrecremate in senatoria enumeratione loci, quoꝝ alteꝝ rei pu. Diariũ edidisse uolũt, cuius maxime pbetur nuda ĩ scribẽdo ueritas, alterius etiã libros de põtificia potestate legimus, quibus nihil potest esse aut iuris notitia aut theologica doctrina cumulatius.

Liber đ potestate cõcilii Basiliẽsis cui pfuit. Nicolaus Albergatus Bononiẽsis Car.S.Cru. Recollecta multę lectionis. Oratiões ad Venetos & ad Philippũ uicecomitem pro pace Italica

Isidorus Ca.Rutenus Epistola de direptiõe Cõstantinopolitãę urbis

Dñicus Capranicus Car.Firmanus: Introductoriũ đ Põificatu regẽdo

Alexander Cortesius

Flauius Pantagathus poeta.

Nicolaus Cusẽn Car.S.P.ad uincula Diariũ ecliasticũ

Io.đ Turrecrẽata Car.S.Sixti đ potestate Pa.

Aeneas Piccolominеus Car.
Libri Aeneæ

Sed tum Aeneas Senensis magno in honore fuit, proptereaq; in eo primum apparuit & sęculi mutati signum, & oratio colorata litteratius. Nam & Historias, & Epistolas, & Dialogos, & Orationes & Poemata reliquit, in quibus facile ostenditur, eum nō modo ingenii laudem, sed etiam admirationem consecuturum fuisse, si ei contigisset in limatiori ętate nasci: quis enim eo tum uel in Poematis dulcior, uel in Historia pressior, siue in dicendo copiosior inueniri potuit? quis item contra aut maiora expediendo confecit, aut plura experiundo nouit? Itaq; non sine causa is ita illis temporibus habitus est & prudens in Re pu. administranda, & ĩ doctrina explicanda sapiens, ut difficile iudicari posset utrum esset in agendo, uel in contemplando maior. Huius æqualis Dominicus Ticinas ex eadem disciplina numeratur, qui tam fuit in excogitando argutus, q̃ in dicendo ut illa ętate nitēs: idq; maxime ex eo Epistolarum genere intelligi potest, qui ab eo scriptę sunt meditata tarditate exquisitius, q̃ ætas ea uideretur in illa inconsiderata scribendi facilitate pati. Sed cui non est auditum Bessarionis Niceni nomen? aut quis non intelligit plus eum Rei pu. attulisse boni, q̃ sit a quoq̃ græco senatore latum: fuit enim is ut a maioribus accepimus cum omni uita seuerus & grauis, tum plenum & grande habitum est eius grææ orationis genus: Quare extat ab eo liber defensionum Platonis contra Aristotelicos omni doctrina refertus. Inquo ita utrorumq; sententiæ expendendæ facultate præstat, ut difficile secerni iudicando possit, utrum peritior alterutrius disciplinæ sit: Huius enim domus quasi quædam fuit omnium doctrinarum nutrix, in qua non modo quotidie palam homines docti disputarent, sed etiam ipse grandis natu esset in utramq; partem respondere solitus quo ea quotidiana disputandi assiduitas esset & uirtutis excitandæ calcar, & domesticæ uitæ testis: Ab ea familia Franciscus Saonensis cum Theologus in disputando doctus, tum maxime consideratus in scribendo fuit, cuius cōmentarii sunt de Christi cruore, deq; Dei potentia ad Paulum ·ii. scripti: in quibus maxime apparet, & exquisita subtilitas in excogitando, & ĩtegra in argumentando sanitas. Is .n. cęteris exemplo esse debet, quātum ad dignitatem cōparandā prosit laude litterata niti, cū facile intelligi exquirēdo possit, eū gradibus ascēdentē triēnii spatio, sūmam esse adeptū orbis terrę dignitatē, idq;

Dominicus de Luca Car. Papień.
Liber Epistolaꝝ

Bessario Nicēus Ca. Sabineń. & patriarcha Cōstantinopolitanus.
Liber defensionū Platonis cōtra Georgium Tripezuntium

Franciscus Saoneń. S. P. ad uincula
Liber de sanguine Xpi.
Liber de potentia Dei.

honorificentius ei contigisse/quo nemo reperiri ea ætate posset/cui cum minus putaret illa imperii potestate dignum: Sed Ioannes Annius Alexandrinus doctissimus iurisperitorum fuit/a/quo ita sunt senatus consulta enodata probe ut nihil eius lectione sit/uel in amplificando ditius/uel in ueri iudicio explicando certius: quod eodē modo esset de his qui uiuunt affirmare licitum/nisi uerendum esset/ne quid contrahi prętereudo & nominando posset: exquo esset aut odii nota apparitura/aut suspitio nascitura gratiæ.

Io. Antōius Alexādrinus Car: Tusculañ.

Lectura supra Decretū & Decretales

Cur nihil de his qui uiuunt dicatur.

DE MISSA CVM EX- POSITIONE.

SED Cum satis sit de actione deq; rerum inquisitione disputatum, intelligi debet, facile deinceps sequi, ut de ea sit contemplatione dicendum, qua in auctorem rerum deum gradus laudando & precando fiat: Itaq; non sine causa institutũ cernimus, ut senatores non modo quotidie ea horaria precatione obligentur, qua septemdiale repręsentatur munus, sed etiam ea quotidie obire audiendo, aut litando sacra, quibus eucharistica precatio iniri sacrificando solet: quod quidem litatorii genus, a Christo primum decretum fuisse ferunt, cum duodecimuiros emissarios hortando mouit, ut eiusmodi sacrũ conficere sacrificando uellent, quo his quotidie litando esset causa recordandi sui: Idq; postea ab his non modo esse constanti religione retentum, sed etiam ei herilem precationem additam fuisse dicunt, quo oratio esset auspicio paterno sanctior. At uero postea, mutatis religionis temporibus. S. C. est institutione cautũ, ne cui flamini litari sit sine epistolæ, aut probi nuntii lectione fas, ne ue ei sit aram ante attingere licitum, q̃ anteloquium sit a symphoniaco choro institutum, in quo soleant, aut reciproca præcentoria, aut ea carmina uetusta psalli, qbus Deus fiat modulata laudatione lenior, ob eamq; causam statarum est cerimoniarum ratione prouisum, ut usq; dum anteloquii iteratio recinendo fiat, quoad ex lara rio flamen cum administris aram patagiatus adit: quorum alter sit epistolę recondita paradoxa prolaturus, alter testando sit uitæ & lucis allaturus orsum: Quo circa dubitari nullo modo debet, cum epistola solet theoretica ratione cani, quin a flaminũ profanorumq; genere assidendum sit, quo mens ad disciplinam percipiendam aptior sedendi tranquillitate fiat: quod cum ita sit, intelligendum est etiam eiusmodi interesse ritus, ut hoc interim tempore, hymnitæ id intercentorium apocrisaria modificatione canant, quod ęthica disciplina constat, quo intelligi possit, nos his muniis responde-

Q đ ꝓpter oratione fit ascensus in Deum.
Q đ Car. debent quotidie dicere horas
Q đ Car. quotidie debẽt uel audire uel dicere missam.
Q đ Xp̃s istituit missam.
Hoc facite ĩ meã cõmemorationẽ
Q đ ab Apl'is est additus missæ Pater noster:
Q đ ĩ introitu dicunt antiphõę & deinđ uersus de psalmis
Q đ dũ dr̃ introit9 sacerdos exit indutus sacris.
Subdiaconus.
Diaconus
Quare dũ legit epl'a sedẽdũ est
Q đ post epl'am sequit gradua- seu respõsoriũ

.F F .i.

Euangelium
Quare diacõus mittit' a sacerdote
Quare respicit aquilonem
Quare euangelium debet audiri stando
Quare debet audiri capite discoperto.
Qđ missa icipit ab orone & terminat' i gratiarũ actione
Qđ pplus ppara rat' ad đuotionẽ i itroitu. Psalmi
Qđ prẹparat' p humilationem quando canit' Kyrieleyson
Qđ prẹparat' p Glĩam i excelsis Deo.
Ppli instructio usq; ad offerto.
Oblatio materię consecrandæ
Consumatio sacramenti
Ordinatio missę a Hieronymo Galesio & Gregorio addiderũt cãtũ.

re debere semper, quæ præscripta epistolæ traditione sint: Eadẽq; ratione sciri debet, administrum alterum, qui internuntius sit religionis colendæ nouæ cum liberatoris Christi pędiam recitaturus testando sit, & missum a flamine litante fieri, cum nemini concionari sit sine missione fas, & borealem solere contueri solem, quo ostendatur id esse sacrum ad sontem Demonem pellendum constitutum. Ideoq; ob eam causam id audiri aperto capite & stando solet, quo ostendi significando possit, & humanum ei esse adhibẽdum cultum, & Christi disciplinam parata standi solertia seruari debere uigilantius: Sed cum omnium munerum nostrorum genus, initium a diuinitate sumat, in eaq; per peripheriam ambiũdo statuatur, facilis est coniectura, ita eiusmodi litatorii sacri institutum esse ritum, ut cum orsum a piaculari precatione capiat, in ea sit exodii ratione desiturus, quæ gratias habitura sit: ex quo perfacile sciri possit, tum maxime ad diuina colenda hominum impelli & excitari mentem, cum anteloquium psalli ea carminum mensione solet, quę sunt a uatum nostrorum genere, fatidica ratione scripta: At tum homines uidemus demitti solere ualde, cum id nonies per epanalepsim cauendo iteratur, in quo placidus a Deo postulat' miserendi modus: Quin etiam homines eo gloriæ præconio excitãtur, quod natalitiis, suscitatisq; feriis uel diebus solet celebrari his, qbus sit aut Deæ matri, aut Petro Ianitori sacrum. At cum de intermedia litatorii ratione disputatur, intelligendum est, triplex esse hominum admonendorum & docendorum genus, unum quod eatenus in hominum instruendo & instituendo uersetur, quoad flamini a populo asses, manu disuauiata dantur: alterum, in quo ad aram piatoria afferuntur liba: tertium, quo usq; dum absoluitur sacri faciundi munus, quod ad litandũ & sacrificandum sit: In quo quidem genere non modo est .S.C. oratio exquisita grauior, sed etiam adiectus est symphonicus stataria mensione cantus, quo sacra modificata essent, aut altius hominum excitatura mentes, aut Deo placitura magis: At uero ex Christi pędia effectus potest numerari triplex, unus qui ob eam causã p climacen significari potest, proptereaq; ex ea uirtutũ gradus ascendendo fiat, alter qui uocari lætitia pacata solet, quæ sit ex

ſpe beatæ naſcitura uitæ / quod quidem ea herili ſignificari lauda/tione cernimus /quæ ſuſcitatitiis tantum feriis per anadiploſim itera ri poteſt / quo reuiuiſcente Deo ſit hilaritas futura maior : idq; eo maxime tempore præterire licet / quo ex . S . C . ſunt profeſti inſti tuti dies : cum ſatis notum ſit / eos tum maxime in precando lydios freqnentari ſolere phtongos / quibus inflexa ad dolorem uoce . ai i mi ad fletum deducantur / quo oſtendi lugubri ſono poſſit affli/ctus humanæ calamitatis angor : tertius autem eſt / in quo datur fi dei cõfitendi locus / cũ ſymbolum ſolet phrygia ratione cani / quod. ob id tam primum ſit duodecimuirum collatitia patefactione factũ / q̃ poſtea auctum . S . C . accretione latius / quo eſſet fidei inchoa tę obſes / ideoq; uidemus id / aut herili die / aut eoꝝ cani ſolere ſa cro / quibus res diuina litando fiat . At uero oblationis celebran/dæ ratio / tripertito diſtribuitur. una quæ ſit lętitiam ſignificatura dan tium / quæq; uſq; eo / quoad catecuminoꝝ genus a / ſacro audien do arcetur / cum perſpicuum ſit / cuiq; generi hominum eatenus li cere litatorio intereſſe ſacro / quoad ſit donaria abſoluta pars : Al tera uero eſt / qua expromitur / rei oblate uis / & qua deus piando rogatur / ut non minus annuere hominum precationi uelit / q̃ acci pere munera collata lubens : Ideoq; tum non ſine cauſa cernimus litatoria eſſe lege inſtitutum / ut non modo a / flamine in ara ſolcat ſacrificale adoleri thus / quo ea pellantur / quæ ſint aliquid habitu ra tetri / ſed etiam cæteri cum acerra ſuffitũiri a / thurifero camillo poſſint / quo ex ara ſit tanq̃ ex Chriſto redundaturus odos : Nec multo quidem ſecus eſt inuentus / lotoria expiatione ritus / qua eodẽ tempore gutturnium mal uuium & mappa terſui / flamini litanti da tur / quo ante manus poſſint laticis aſperſione prȩlui / q̃ piacularia liba contrectanda ſint / nequa in ſacrificante ſit / corporis / aut animi remanſura labes : tertia / autem eſt qua Deus arcani ſoliloquii po/ſtulatione rogatur / ut ei ſint oblata futura grata : quod ob eam cau/ſam occultius inſtitutũ eſſe legimus / ne aut obſoleſcat myſterio pa/tefacto ſacrum / aut cauſa flamini euagandi / aut allucinandi ſit . At ſacri expletio triplex quoq; numerari poteſt / una q̃ excitatio / altera quæ abſolutio / tertia quȩ libatio nominatur : excitatio . n. eſt / in qua id protologię cernimus uerſari genus / quo ſolet precando euo/

Q đ duplex ẽ ef fectus ex doctri na ordinante

Quando cani tur graduale.

Quando dupli catᷣ Alleluya.

Quando nõ ca nitᷣ Alleluya:

Quando dicitᷣ tractus.

Quando canitᷣ Symbolum

Miſſa catecumi noꝝ ſecunda oblatio.

Quando ſacer dos thurificat altare.

Quare thurificã tur omnes per ordinem

Quarᷣ ſacerdos lauat ſibi ma/nus

Quare ſecreta dicunᷣ ſũmiſſa uoce

Sacramenti con ſumatio.

Quando dicitᷣ præfatio

Quando ponit .9. præfationes Canonizate
De Resurrectiõe
De Ascensione:
De Pentecoste
De Trinitate
De Natiuitate:
De Epiphania.
De Cruce.
De Apostolis
De Ieiunio qua/dragesimę
Q đ sacerdos ab isto loco frq̃nter utit̃ signacu'is crucis. Pręfigurationes ĩ signis
Traditio
Venditio:
Cæna
Quinque plagę
Effusio sãguinis:
Oratio in cruce:
Tres horæ.
Separatio animę a/corpore.
Resurrectio
Quid singula signa significent
Memento.
Orat̃ primo pro Ecl'ia catholica
.2. orat̃ ꝑ Papa Iu'ius.ii. Cũ famulo tuo &c.

cari Deus / ne auersus ab hominum incolumitate sit:Idq; in nouenũ genus distributũ esse cernimus / quod separatim Suscitatitiis / Scansoriis / Quiquagenariis / Trigeminariis / Natalitiis / Apparitoriis / Litatoriis / Nuntiatoriis / & Esurialibus canatur feriis / eiq; generi is est adiectus Vrbano Quinto referente dies / qui est statutus Deæ Genitrici sacer. Quod idem est de Litatorii consecretione dicendũ / in quo sciendũ sit / flaminem ad pacificatoria usq; piamenta/frequẽti solere characterismica signatione uti / quo ea uideatur acerba significari nex / quam sit expiando Christus pro hominũ incolumitate perpessus: ex quo existimare licet multiplex eiu/smodi perpessionis genus numerari posse / in quo gradatim Christi litatio exprimi repręsentãdo uideat̃/siqdẽ ex eo genere Proditoriũ / Venalitium / Cęnatorium / Plagiarium / Cruentarium / Precatorium / Horarium / Migratorium / & Suscitatorium numerat̃ signum: Proditoriũ .n. tum maxime significari cernimus/cũ a / flamine in eo uerboꝝ genere triplex fieri characterismus solet/quibus liberatori Deo piatoria dona dant̃: At Venalitiũ ea ostendi tripertita signatione potest / qua Christũ ab duodecimuiro declarat̃ Iu/deoꝝ generi iuisse uenum: Cænatoriũ autem tum repręsentari si/militudine cognata scimus / cum a / flamine signũ conficit̃ litando duplex / quoꝝ unum ad corpus / alteꝝ ad cruorem consecrandũ fiat: Plagiariũ uero eo quinquepertito declarat̃ signo / quo quin/cuplex Christi solet significari uulnus: At uero Cruentarium ob id signatoria nota celebratur / proptereaq; ab eo sit profusus obe/undo cruor: Precatoriũ autem ob eam causam tripertito distribuit̃ quo signando ostendatur / triplex ab eo esse precationis genus obse crando factum: Quę eadem affirmari de Horarii/ Migratorii / & Suscitatorii signi ratione potest / cũ eoꝝ unũ expiatorium trium horaꝝ tempus / alterum ad animę a / corpore discessum / tertium ad palingenesiacum referatur sacrum eodemq; modo uidemus inuẽtum esse & institutũ ritum / ut in hac soliloquii piatione flamen / non modo pro Rei pu. incolumitate roget ne sit cõmuni occasura fato: sed etiam pro eo soleat priuatim deprecari supplex / qui in sũma sit sacerdotii dignitate constitutus generis humani custos / ut modo flamines pro Iulio secundo nominatim obsecrare cernimus.

At cum pro Pontifice minore rogari litando solet, ut si modo qui spiã in Hetruria flamen pro Cosmo Paccio Pontifice Florentino roget, quo Deo sit eius cara futura salus, facile intelligi debet minime flamini esse in urbe id precationis genus celebrare fas, cum perspicuum sit, Pontificem Maximum statui urbis regendæ & moderandæ caput, pro quo iure sit id obsecrationis decernendum genus. Nihiloq; lentius hoc loco flamines pro Regum, aut eorum hominum incolumitate rogant, qui sunt constituti Rei publicæ administrande duces, cum pręclare notum sit, eorum uita, communem reliquorum contineri uitam: Sed cum locus priuatæ precationis incundæ datur, satis in promptu esse debet, flaminem pro quocunq; tum deprecari litando posse, qui ei sit, uel contubernii diuturnitate, aut necessitudinis iure, siue Imperii regendi obligatione nexus, ut si modo Baptista Mantuanus Poeta parthenia laudatione clarus, pro Francisci Gonzagæ ambigua salute roget, q nuper ex insidiis sit bello patauino captus. Siue priuatorum beneficiorum ratione, ut si Thomas Caietanus Theologis Aquinatea disciplina magnus in soliloquio pro Oliuerio Carrapha senatore deprecetur proptereaq; ab eo oecumenicus magister sit flaminum atratorum factus: In quo tamen sciendum est: nominatoria lege esse latum ne cuiq̃ flamini ius eius nominandi sit, pro cuius sit, incolumitate precaturus: Quocirca sciri debet eos nominari solere potius, quibus maxime sit diuinus decretus honos: quo ex genere Matralia, Nuntialia, & Attestalia sacra numerãtur: Nam ea quæ tẽdentiũ expiatoribus litando decernuntur, minus hoc cernimus celebrari loco, proptereaq; minus eorum nomina sint priscorum adscripta fastis. Ideq; est prope reliqui soliloquii incundi modus quo ea sacrificalia uerba exprimuntur, quibus totum mysticum litatur sacrum: Quibus expositis, dubitationem non habet, quin tum sit a flamine capiundum libum: quod ob eam causam sphærica forma constare uolunt, proptereaq; eius sit ęternitatis index qua Deus maguitudine interminata præstat: At uero cum sunt sublata piando liba, nec earum quiq̃ rerum sacri explectioni abest quod postulari litando possit, facile tum eum ritum institutum esse

.FF.iii.

3. p Epõ. Cũ dicit' Antisti Cos. Patius Archieps Floren. (te

*4. p Rege & rectorib9 Rei pu. Memẽto dñe.

Baptista Mãtua. carmelita poeta F. Gõzaga Mar.

Thomas Caiet. Ge. Pręedicatoꝝ Oli. Carrapha C. Neapolitanus:

ꝙ nõ debet nominari is, pro quo fit oratio.

Cõmemoratio Virginis Apło rũ & Martyꝝ Cõmunicantes hãc igit' oblatiõẽ Placat9 accipias Iubeas grege numerari.

Hęc uerba addiderũt canoni. Sirius Leo, & Gregorius

Reliq̃ uerba sec

Quar hostia debet esse rotũda quar sacẽdos extẽdit bracchia: Quar iũgit mã9 quar iũgit digitos

Supraqꝫ ꝓpitia-tio &c.
Petit sacramentū acceptari
Supplices te rogamus &c.
Petit ut angelus assistēs. orōnes Deo repsētet
Memento dñe.
Petit effectū glię dari defunctis.
ꝙ fit cr̄o ꝓ dfūc.
In xp̄o qescētib9
Egidius Viterb. Ge.S. August.
Mariāus Ghinazanensis.
Nobis quoqꝫ peccatoribus &c.
Quare percutit pectus.
Quomō signāt contritio cōfessio & satisfatio
Per Xp̄ū D.N.
Creas
Sanctificas &c.
Preceptis &c.
Dupl̄x ꝑparatiua
Panē nr̄um &c.
Pacis petitio
Pax dñi
Paciperitio ī cho aťa-sacerdote &cōpleť a-cho

dicunt, quo affirmatur non modo a flamine consuesse brachia pansa tendi, quæ sint tensum in gabalo significatura Deum, sed etiam in coelum tolli solere manus, quo supplex ad Deū oratio ascensura sit: eodemqꝫ modo latum rituali instituto ferunt, ut flamen indicem cum pollice manu explicata iungat, nequid cæteris digitis sit hæsurum contrectando libi, quod consecrando possit disiectum & dissipatum iri, quare perspicuum esse debet, hoc interim spacio, triplex precationis celebrari solere genus, unum in quo rogatur obsecrando Deus, ut ei id sit sacrum futurum gratum alterum in quo postulatur, ut sacri affectator coeles ad Deū hominum preces tabellario regressu ferat, tertium in quo solet obtestando posci, ut his qui uita excesserunt, ea gloriæ decernatur ara, quæ sit beatam allatura uitam: Quod cum perspicuum sit, intelligi etiam debet, euerriatorio contineri iussu, ut in hoc sacro non modo manibus omnibus funebria persoluantur iusta, sed ei sit his etiā manibus, parentare licitū, qui ei in uita fuerint, aut cognationis propinquitate, aut beneficiorum collatione chari: ut si dicamus Egidiū Viterbensem, hominē eloquētia litterata luculentū, Mariano Ghinazanensi parentare solere semper, propptereaqꝫ ab eo doctus concionatoria disciplina sit. At cum in eiusmodi litatione flamen, pectus manu acuminata tundit, dubitari tum nullo modo debet, quin facile existimandum sit, eo tundendi ritu genus declarari triplex, quorum unum ictus, alterum sonus, tertium tactio nominatur, quibus id triceps criminum significetur genus, quod meditando, fando, & obeundo fiat. Quibus ex rebus sciri etiam debet, permagni interesse flaminis, ut anteq̄ rite libandum sit, ea sit sacrificalia uerba initurus, quę sunt ad usiam constituta libi: Ideoqꝫ ad libandum pręparatio est instituenda duplex: ex qua una communis, altera priuata dicatur: communis enim tripertito secernitur, una qua sacrum in herili precatione postulatur, altera in qua est libantis expiatio flagitanda, tertia quæ sit syncretismum petitura pacis: ideoqꝫ cum a flamine sincinia iniri pacis deprecandæ solet, tum non modo a choro uidemus pacificatorios recini tripertita mensione modos, sed etiam populo osculum a camillo cernimus e concula inaurata ferri, quo is posset concordiæ significari

gluten, quia uicissim inter se fidentium animi debent amoris colli, gatione iungi: quod quidem minus fieri in litatoria parentatione cernimus, quandoquidem satis intelligamus eos, qui uita excesserunt nullo pacis egere nexu, cum plane notum sit, eorum manes in eo cathartico statui solere orco, in quo nulla sit diffidii futura labes: Atq; etiam intelligi debet, cum, a, flamine tripertito dissecatur libum, ea secti libi parte, quæ in cylicem coniecta sit, perfacile declararari suscitatitium, matralem, & eorum illuxisse diem qui apathia corporisq; gloria florent, at ea libi parte, quæ comesa sit ad hominum significari genus, quod in uita turbidarum perturbatione soleat tanq̃ dentium contusione mandi: alia uero excepti tia parte, quæ eatenus sit, in ara remansura, quo ad litatum & sacrificatum sit, omnino ostendi solere palam, usq; eo diuorum corpora humata mansura, quoad mundi moles duratura sit, & coeli cessaturus motus: In quo tamen intelligi debet, hunc postremum euanuisse uetustate ritum, iamq; ab eo esse recentiori instituto desci tum, ne qua pericula possent in libi remansione contrahi, quæ essent fidei paritura damnum: At uero priuata in sacrificando prępa ratio ea fieri po est ratione precum, quæ priuatim iniri a, flamine li tante consueuit, quale id genus est, quo pro se flamen deũ expiando rogat. Quare ut sacri inchoationi sit ultimus responsurus limes, ob eam iccirco causam gratię relatio est ad extimum reseruata calcẽ quæ quidem confici & apocrisario chori intercentorio, & ea flaminis proseucha potest quæ liberatori gratatur Deo: eumq; maxime tũ extremũ dicimus esse sacri finiti locũ, cũ aduersus administer iubet quenq; lares redire suos, proptereaq; sit litatorius finitus agon. Quo cognito sciendum est, ad hoc sacri cumulãdũ munus, triplex quoq; genus requiri debere rerum, quarum unum ad sacrum, alterum ad ritum, tertium ad flaminis disciplinam pertinet: in his.n.rebus quę sacri materię intersunt, satis in promptu esse potest, panis & meri genus esse debere princeps, in eaq; maxime panis genus probari oportere illud, quod ex tritico & latice sine fermento fiat, quodq; in frictorio forcipe soleat pulmentaria ratione confici: ex quo iure est. S. C. latum, necui sit id pultis gęnus libare fas, in quo ita quidam insit tabida natura mucor, ut in eo sit species

Quarẽ datᷓ osculũ pplo.
q fractio hostiæ tria signat:
Pars missa ĩ calicẽ signat Xpũ Btãm uerginẽ & eos siq̃ sunt alii ĩ glĩa cõporis
Pars comesa signat uiuentes
Pars in altari remanens signat q corpora scõrum erũt ĩ sepulchris usq; ad finem seculi.
q hic ritus non seruatᷓ nunc:
Dñe Ihũ Xpe.
Gratiarum actio.
q sũpto sacramẽto dicitᷓ Añti. deinde oro.
q mis. finitur p Ite missa est
q ad sacramẽti necessitatẽ req runtᷓ tria
q ďbita materia ẽ panis & uinũ
q conficitᷓ in azimo.

ꝙ ñ poteſt cõfici ð pane q ſit pę nitus cõruptus
ꝙ ñ poteſt cõfici de pane horða ceo & ſimilibus
ꝙ ñ poteſt cõfici de agreſti neq; de aquarello
ꝙ ñ poteſt cõfici ð aq̃ mellita ne q; ð Hippocraſſi
ꝙ ñ poteſt cõfici de aceto.
De loco.
ꝙ miſ. ñ ðbet di ci ĩ eccl̃ia quæ ſit profanata.
ꝙ ñ debet dici ĩ loco ĩ quo ñ hãt ad min9 parua tabl̃a cõſecrata
ꝙ Car. poſſũt fa ceř diceř miſ. ĩ domo. (tatile
ꝙ hñt altař por
De tempore.
De horaꝶ ordi natione.
Q uę ſit hora cõ grua Car:
ꝙ ñ poteſt dici miſ. ante diem niſi uel ĩ natali uel in caſu nece ſſitatis

deſutura panis, neue cuiq̃ eo uti libo ſacrificando liceat, quod hor dei, aut loliginis, ſiue lolii natura conſtet: Idem eſt prope meri libandi modus, in quo quidem libatoria eſt lege ſancitum, ne in eius modi ſacro ius cuiq̃ omphacii, aut deuterię libandi ſit, cum eorum alterum ob id minus merum nominari poſſit, proptereaq; in or tus itinere ſit natura feſtinata præcox, altera infuſo latice fonta no fiat, quod multo ſit mero tincta natura minus: eademq; eſt le ge prouiſum, ne hydromel, aut id aromatite libetur merum, quod hiſpanica aut gallica compoſitione fiat, neue cuiq̃ ſit aceto uti in litando liberum, cum perſpicuum ſit tabe aceſcere ſolere me rum, nec ex aceto in temetum regreſſus fieri natura commutata ſoleat. At uero in ritu retinendo genera numerant tria, in quorum uno locus, in altero tempus, in tertio uerſatur modus: Locus.n. ea rituali religione deſcribitur, qua intelligitur minime eſſe in ea ęde litare fas, quæ uel nece, uel adulterii probro, ſiue deteſtati ho minis humatu deſecrata ſit. Itaq; iure eſt etiam in hoc genere ui tandum, ne in eo litetur loco, in quo minus ędes, aut ara, ſiue antelabris dedicata eſſe uideatur in quo tamen ſciri debet, ſenatorio ordini priuatim ius triclinariæ & itinerariæ arę utendæ dari, quo ei quotidie domi, aut in legaticio munere cauſa litandi ſit, ſẽperq; ei pateat ad Deum propiciandũ & placandũ uia. Tẽpus autẽ ſecer ni lucis gradatione poteſt, in qua maxime ſit eiuſmodi ineundũ ſa crum: nam cum ſolis naſcentis lux, crepuſculo, mane, & antemeri diano tempore deſcribať, ſciri debet, horaria eſſe lege inſtitutum, ut in eoꝶ altero profeſta, in altero herilis, in tertio exurialis iniri lita tio poſſit: ꝙ ſi contentio exiſtat, quæ nam ſacri conficiundi hora ſenatori ſit conſentanea futura magis, dubitationem non habet, quin ea ſit matutina hora iudicanda aptior, qua intelligatur confixũ in gabalo fuiſſe Deum, quę minus ſit contemplandi, aut negocii ge rendi impeditura tempus: ideoq; eſt. S. C. Pon. Max. refe rente factum, necui in gallicinio ſit ſacrificare licitum, niſi aut natalitiæ celebrentur feriæ, aut ei ſit litatorium afferendum li bum, cui celeriter ex morbo pereundum ſit: quanq̃ intelligi in hac ſacri faciundi pręſcriptione attinet, ſenatorium ordinem ea exci

pi solere lege/cuius permissu sit ei antelucanis horis sacrificare fas: At sacri ineũdi modus / eo prefiniri instituto solet / quo prescribendo cauetur / nequid eorum in litando absit / quod sit ratio flagitatura ritus. Quocirca sciendum est lege esse prefinitum / ut nec occentorium nec succentorium quidem aut compendiariũ litandi genus / sine faculis cereis / aut sine eo funali iniri possit / quod a / tedifero soleat in libi exertione tolli / neue eiusmodi sacrum sine ea sonora commonitione fiat / qua in pyrgo tintinabulũ rhopalo impulso sonat: eademq́ est ratione cautũ / necuiq̃ in litando ius / eius cylicis utendi sit / qui ex ligno / aut ex ere sit / toreutica ratione factus / cum perspicuum sit / alterum ita / aut suapte naturæ inanitate / aut teredinis exedi solere morsu / ut facile in eius rimas sit piatorius influxurus cruor / in altero ita consuesse eruginem sordida natura contrahi / ut ea facile sacrificando sit / aut uomendi causa futura / aut eam animi excitatura bilem / qua minoris sacrum litando fiat: Ideoq́ iure est eadem legis prescriptione sanctum / ut cylix uel ex argento / uel ex lamina inaurata fiat / nequa in eo gigni sordida erugo possit: Quin etiam intelligendum est / latam esse legem / quæ cæsitium cum techa / & mappa capi litando iubet / quo eorum / altero antelabris arcula obtendi possit / altera tersui / usu futura sint. Ex quo nihil est etiam / quin cognosci debeat / amictoria iuberi lege / ne flamini sine eo amictus genere libare liceat / quod eulogica piatione sit / ad sacrificandũ & ad libandum factum: quo in genere patibularia fascia / sinixtrale / indusium / capital / cintuculus / & adasus numerari solet / neue cuiq̃ profano ius eius tapetogogiæ utendæ sit / quæ sit uel ad penetralis lararii / uel ad aræ constituta cultum: cuius maxime generis ea uideri possunt / quæ ceruicalia / lychnuchi / cæsitia / lodices / cadurci / & ea peristromata nominari possũt / quibus aut assidellas / aut anabathra sterni solere cernimus: Earum autem rerum ratio / quæ ad flaminẽ litantẽ pertinent / tripertito quoq́ discerpi potest / cuius generis uni animi puritas / altera eulabia / tertia corporis uocat͛ nitor. Puritas.n.est confusa animi uolũtas cũ mẽtis inductione ei parẽdi iusso / quod sit Põtificũ promulgatione latũ: cũ autem perspicuũ sit .S.C. esse factum / quo sit cauendo prouisum / ne cui ex legi

Q đ Card. celebrãt ante diem ex dispẽsatione
De modo
Q đ missa nõ debet celebrari sine lumine.
De ministro seruiẽte ad missã.
De Cãpana pulsante ad missã.
Q đ Calix nõ debet esse ex ligno neq́ ex ere.
Q đ calix debet eẽ ex argẽto uĺ auro / uĺ ex lamina inaurata
ꝙ ĩ altari đbẽt eẽ pallȩ cũ cõporali
ꝙ missa nõ đbet celebrari sine uestibus sacris:
De cõsec. dist. i. c uest.
Stola / mãipul9 / alba / amictus / cingulũ / plãeta
ꝙ sacris uestib9 ñ đbet uti secul.
De rebus ꝑtinẽtib9 ad sacerdotẽ
ꝙ sac. đbet habr̃ puritatẽ mẽtis actualẽ / deuotionẽ / & mũditiã corporalem.

Q đ suspensi / iterdicti / degradati & excomunicati non possunt celebrare

Q đ sacerdos debet celebrare ieiunus.

Q đ nō debet comederē post mediā noctem

Q đ ieiunium naturæ est post mediā noctem

Q đ non potest etiam sumere medicinam aut pillulas.

Q đ sacerdos lauat sibi manus anteq̄ induatur sacris uestibus.

Q đ Car. debēt quotidie facere dicere missam.

aut exauctorato / siue eorum hominū generi sacrificare liceat / quibus ita interdictum sit / ut non modo delubri aditu arceant / sed etiam eorum uitetur sermo / satis apertum esse debet / his qui eiusmodi execraria uideant uulnerari sica / eatenus esse litare nefas / quoad sunt & recuperatoria uenia liberati / & scelera poenitendo fassi. At culabia ea est quæ ea mala abstinendo pellit / quibus mens euagatura & allucinatura sit: Ex quo non sine causa . S . C . lege esuriali iubet / ne cuiq̄ ante eiusmodi sacri libum / ius potandi aut ientandi sit / quo mens ieiuna continentia sit / ad theoriam & ad contemplandū aptior: idq; intelligi debere ea exuritione præfiniri / quę ultra concubiam noctem / aut conticinium naturæ fiat: quocirca eodem modo cautum esse legimus / nequis post id noctis tempus ea anodyna / aut catapocia orbiculata sumat / quæ etiam ad metum sunt impendentis excogitata morbi: Nitor autem potest nominari is / qui non modo longe ab animi coeno / sed etiam ab ea corporis inquinatione abest / quę ante sacrum in pollubro elui laticis aspersione solet / nequa insit flamini litāti labes. Quibus quidem cognitis / facile existimandum est / hoc unum inter multa id uideri debere sacrum / in quo sit incolumitas humana sita / & quod quotidie domi iniri a se natore debeat / quo tam sit / iustitium mulctæ / q̄ aduentantis mali & erumnæ futuræ telum :·

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI DE CARDINALTV LIBRI SECVNDI OECONOMICI AD IVLIVM SEVNDVM PONT. MAX.

PROEMIVM.

QVEMADMODVM Pon. Max: agendi & contemplandi ratio coniungi in Senatore possit, satis supra a nobis expositum uideri debet: Nunc autem sequitur, ut de eo domestico uiuendi genere disserendum sit, quo interiori ratione solet Senatoria contineri uita: Nam cum hęc Oeconomica ratio maxime in uectigalium & familiæ descriptione uersetur, quæ est quædam societas naturæ communitate costituta, iure est a nobis hoc loco ostendendum, quid sit in eo genere statuendunm magis: Idq; eo absolutius uisum iri debet, quo in ea domestica ratione plura sunt a nobis, aut solertius inuenta, aut nouata commodius. Quæ enim ratio excogitari in Senatoria concordia seruanda potuit, quæ magis esset uel inuidiæ ignem detractura, uel ambitionis extinctura sitim, q̃ ea rata uectigalium in Senatoria æqualitate partitio, qua maxime ostenditur concordiæ duraturæ uia? Quid tam e Senatus dignitate uideri potest, q̃ ab eo, in pecuniæ dispertiendæ ratione, aut præstantium hominum generi benigne fieri, aut calamitosorum ualitudinaria gratuita construi, siue eorum mansura ædificari fana, qui in religioso sodalitiorum genere, uoluntaria egestate uiuunt, quæ sint & ad pręsentium hominum usum, & ad memoriã sempiternam fana salutis: aut quid item tam necessarium, q̃ opem eorum hominum mendicitati ferre, quibus fame moriendum sit? Age uero quid tam utile q̃ in Senatoria familia administranda scire, qui maxime sit iubendi & parendi modus, siue quid uideatur, uel ami

eorum generi persoluendum uel in auditorio usu sequendum prius? quibus maxime rebus excoli interior Senatoria uita solet: Quæ quidem omnia Pon. Max eo magis mihi explicanda putaui, quo minus uidebam in hoc genere satis Senatoriæ dignitati factum: Quis enim in singulis ętatibus unq̃ Senatus habitus est, uel uirtutis usu, uel concordiæ societate maior? contra tamen quis est, aut maiorum obliuione, aut præsentium reticentia obscurior? Quod quidem cũ facile iudicarẽ scribentiũ magis inscitia q̃ ex exẽplorꝝ egestate contigisse, permagni ęstimaui scribendo quærere senatus tuendi & ornandi modũ: idq; est a nobis studiosius in hac scribẽdi ratione factũ, quominus multa recentia exẽpla erant politiori iuuẽtuti nota: nam cum homines uel propter explicandi difficultatẽ, uel ꝓpter nostrarꝝ rerꝝ fastidiũ, priscorꝝ potius q̃ nostrorꝝ hominũ exemplis uti in scribendo solerent, facile sibi recentia exempla spernenda putarunt: Quod quidem tam poterat ingratitudinis q̃ oratorii artificii uideri uitiũ, cũ ingrati sit optime meritis nõ referre, quod debeat & minus artis uideri possit, priscorꝝ q̃ recentiũ exemplis uti in scribẽdo malle, quandoquidem satis apertũ sit, homines propinquarꝝ rerꝝ uicinitate delectari solere lętius. Quis.n.est aut tam rerꝝ nostrarꝝ stomachose rudis, aut ita glorię uicinę hostis qui naturæ pronitate libentius Temistoclis uel Epaminundę q̃ Federici Vrbinatis, aut Nicolai Picinini uaria bella legat? aut quis tam temporꝝ suorꝝ expers, aut tã a rerꝝ propinquitate alienus, qui iucundius Numantiæ q̃ Mediolani oppugnationem auditurus sit, quę patrũ memoria a Francisco Sfortia sexquianno est insubrico bello facta? cũ omnia bellorꝝ genera eo gratiora esse cõmemorando soleant, quo gesta sunt finitima uicinitate propius: Ex quo facile intelligi datur, homines a recentiũ exẽplorꝝ usu, nõ tam natura q̃ differendi difficultate, aut inquinata scribentiũ locutione refugisse: Quis.n.latine loqui sine priscorꝝ exemplorꝝ cõfirmatione audet? & cõtra quis uel Vincentium Gallum, uel Ceonem Hetruscum siue Martinum Sarmatam legere sine fastidiosa aurium sauciatiõe potest? a quibus est litteris recentiũ historia mandata rerꝝ. Itaq; nõ sine causa in his libris maxime sum mea interesse ratus, id debere conari primũ, quo orationis elegantia posset cũ doctrinę ma

gnitudine recentiūq; re℞ ratiōe iūgi, neqd abesse uideret, quominus: homines perinđ nostra℞, ac prisca℞ re℞ delectari lectione possent. Qui quidem libri Pont. Max. eo debent celebrari tui nominis auctoritate iustius, quo rectius eos confirmare priuata exemplorum ratione potes. Nam ut ea repetam, quę maxime oeconomica ratione constant, quis unq̄ te in patritiatu habitus est in uectigalium genere utendo consideratior? a, quo non modo semper est, cuiq; generi hominum benigne factum, sed etiam semper tantū est p̄stātiū necessitati datū, quātū ī illa tēpo℞ ratiōe dari uirtuti egēti posset. Iam uero quis unq̄ fuit in familia iuuanda largior? cum prȩclare notū sit, plures prope a te ex famulantium genere fuisse opibus & dignitate auctos, q̄ hominum æstimatione numerari recensendo possint: siue quis in ȩdificandi ratione maior? a quo tantū est pecuniȩ in urbe, in latio, in samnio, in piceno, in ætruria, in liguribus, & galliis in ædiū, atq; in fanorū genera ædificanda profusum, quantū unq̄ a quoq̄ senatore construēdi sumptibus expensum latum esse feratur. Quare iure Pon. Max. hos libros tibi deberi oportere censemus, quo domesticis exemplis & imperii potestate non modo adiutor, sed etiā auctor senatus in ultimum dirigendi sis: quo nihil esse potest in Re pu. administranda maius.

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI DE CARDINALATV LIBER SECVNDVS OECONOMICVS AD IVLIVM SECVNDVM PONT. MAX.

DE REDDITIBVS CARDINALIVM. QVOD DEBENT ESSE AEQVALES.

PATEFACTVM Eſt quemadmodum morum ſcientiarumq; genera coli a Senatore deberent, deinceps eſt ſeparatim đ Oeconomica ratione dicendum, quę eſt tanq̃ quidam principatus bene gerendi typus, quęq; permagni patritiæ uitæ degendæ refert: ſiquidē ſenatori non modo curæ eſſe debet, ut bene uiuendi ratio ineat͛, ſed etiā ut pręſidia uitę ad naturę ſuppeditent͛ uſū, quod quidem quaſi quadam artis ratione conſtat, Nam quemadmodum uidemus fabrum forcipe & malleo, & architectum perpendiculo & linea in ędificando uti, ſic hanc Oeconomicam rationem dicimus uectigaliis, domo & familia contineri debere, quæ inſtrumentorum uice functura ſint: Itaq; quo lucidior horum generū cognitio erui notando poſſit primum erit de uectigalium ratione dicendum, quæ maxime in diuitiarum magnitudine & copia uerſari ſolent: Diuitiarum autem eſt deſcriptio duplex, nam quædam a natura, quædam ab arte gignuntur: Earum.n. quę a natura dimanant, alię ex belluarum fructu, alię ex terrena frugiferaq; natura promuntur, ut lac, caſeus, mel, uinum, oleum frumentum, & quę eius generis numerari poſſunt: Artificioſæ autem hę nominari ſolent, quę ſunt progrediente hominum ſedulitate repertæ, quęq; in permutandarum rerum uſum conuerti poſſunt ut aurum, argentum totaq; materia & fabrica ęris: ex quo maxime cauſa nummi excogitandi fuit. Nam cum initio homines in permutandis copiis, exportatione inuectioneq;

Diuiſio diuitiarum

Quare eſt īuenta pecunia

Q đ redditus Car. debent esse in pecunia numerata.

Aristotele.5. Ethicorum

Q đ REDDITVS CAR. DEBENT ESSE AEQVALES:

Rationes probantes Car. redditus esse debere equales .1.

Secunda ratio .2.

Tertia ratio: .3.

Quarta ratio: .4.

Quinta ratio. .5.

Transgressio iustitiæ parit seditionē

rerum egerent, nec uiderent frumenti, uini, olei cæterarumq; rerum propter magnitudinem onerum facilem usum exportandi dari, num mos sunt in negociatoria traiectitiaq; ratione commenti, quo commodior esset permutandi & exportandi usus: quare cum minime senatorio muneri id uideamus esse loci, quo in serendorum percipiendorum ꝑ terrenorum fructuum cura occupari possint, permagni referre dicimus, ut senatui pecuniaria uectigalia decernantur, quibus nulla fit a Re pu. tuenda deductio: etenim pecũia est quasi quoddam futurę necessitatis uadimonium & expeditior uitæ degendę mēsio, qua præfinitur sumptuum faciendorum modus: itaq; cum sæpe fere inter homines soleant de opum partitione dissidia & certamina nasci, ea est in senatu constituendorum uectigalium ineunda ratio, qua euellatur controuersiarum excitandarum maliq; gignundi semen, itaq; non sine causa in hoc genere statuendum est, ut de ęquandis inter collegas uectigaliis. S.C. fiat, quo census præstantia possit in senatus ęqualitate tolli: Nam cum senatus, ut corpus, ex cōsentientium partium integritate statuatur necesse est ut apta cōsentaneaq; membrorum terminatione augeatur: proptereaq; si quicq̃ præter communis habitus naturam redundat facile intelligi animaduertendo potest, congruentem partium dimēsarum statumcorruptũ & labefactatum iri. Atq; etiam nihil est in omnium rerum gerendarum genere sociata ęqualitate ualentius: ut pręclare cernere in tractoria ratione licet, in qua nunq̃ ab hominum genere ex lapidicinis, aut ex nauibus onera subduci ductario fune possent nisi pari prope quodam robore coniuncti uiderentur: Nec item ob aliam causã natura in animãtium genere pares est molita & fabricata pedes, nisi ut ęqualiter rerum pondera ferrētur. Quin etiam nisi rata census descriptio in uectigalium partitione fiat, facile intelligi potest id bellum in senatoria ęqualitate nasciturum, quod inter indigos & fortunatos solet dissimili fortuna nasci: quibus nunq̃ inter se causa amandi datur Eodemq; modo cum apertum sit, senatores inter se eiusdem muneris societate iungi, si minus pro eodem munere tantundem uni, quãtum alteri, in opũ censu dispertiendo detur, dubitari nullo modo debet, qn id iustitia repugnãte fiat & quin sublata iustitia facile sit senatoria nascitura lis. Deīceps etiã cũ homines fere sępe, opiniōis errore plura arbitrētur se cōseq debere q̃ debeãt, satis ĩ prōptu esse potest nisi

ſenatu ęqua ſit uectigaliũ deſcripta ratio/celerrime inteſtinę diſcordię oritura mala/cũ homines cõmuni naturę ſenſu / plura opinentur dari ſibi debere q̃ debeant/quãdoquidẽ plus ſemp fere putent ſe uirtute pſtare q̃ pręſtent:Nã Hugoni quidẽ Candido ſenatori/ob id cauſam a/ Gregorio ſeptimo deſciſcendi fuiſſe dicunt/proptereaq; uideretur plura conſequi uelle q̃ poſſet.Eademq; ratione intelligendum eſt/niſi cenſus ſit in ſenatoria dignitate par/cauſam acrioris diſcordię gignundę dari/q̃ naſci in cæterorum hominum inęqualitate ſoleat/cũ perſpicuũ ſit/homines eo acrius ſolere aliena fortuna angi/quo coniunctiores uitę ſocietate ſint: atqui cum nihil eſſe poſſit ſenatorum ſocietate copulatius/cum unis moribus eademq; propoſita ſtatus ratione uiuãt/minus eſt dubitare fas/quin inter eos acrius diſcordię malum ſit ex diſpari uectigalium partitione naſciturum:Idq; certius oſtendi opificum ſimilium & uicinorum hominum exemplo poteſt / qui/uehementius ſimillimi & finitimi q̃ alterius offendi fortuna ſolent.Atq; rurſus cupiditas quę eſt omnium frugum peſtiferarum radix/ęqua uectigalium deſcriptione ſedatur/calcemq; longius ſerpendi habet:Nec.n.aliud Petro Riario ſenatori cauſam moriendi attuliſſe dicitur / niſi q; nullus ab eo ſtatui uideretur opum amplificandarum limes:nam cum homo eſſet animo munifico & magno / atq; usq; eo ſixtea largitione auctus/ut ſexagies milies nummum in uectigalium annua partitione cenſeretur/cauſam multis inſidiandi dedit: cum centies quoq; cenſeri uelle uideretur:itaq; celerrime eſt obuiam periculoſę cupiditati itum/quæſitaq; uia dirimendi fati / quaſi inſolentius unus inter multos opum magnitudine præſtare uideretur / pluſq; opum poſſidere uellet q̃ eſſet ſenatoriæ uitę & temperatę ſocietati ſatis:Quod.n.tam/a ratione tamq; a/iure naturæ diſtat/q̃ diſpar in ęqualitate partitio ?Qui.n.res ſe habere patrũ memoria poterat/cũ Beſſarion Nicenus homo ĩ Philoſophia magnus non plus q̃ ſena milia nummum ex annua uectigaliũ deſcriptione poſſideret/& Guillermo Rothomagenſi paulominus quadragies ex cenſu ſenatorio eſſet aſcriptum? An putamus hoc tum non iniquũ in iuris ęqualitate uiſum?aut non multum iniuriæ Beſſarion eſſe factum?qui eo uidebatur locupletari debere ditius/quo ſcientius modum pecuniæ erogãdę metiretur.Itaq; intelligendũ eſt propter hoc iniurię genus nõ modo in ſenatu diſſidia gigni ſolere magna/ſed etiã ſępe côuelli Rei

Sexta ratio. ·6·
Hugo Candidus.
Gregorius.vii.
Septima ratio. ·7·
Octaua ratio ·8·
Petrus Riarius Car.
Sixtus.iiii.Pont. Max.
Nona ratio ·9·
Beſſarion Nicenus Car.
Guillermus de Eustetouilla C. Rothomageñ.

Decima ratio .10.

Inuidia

Vndecima ratio .11.

Odium

Paulus .II.

Lodouicus Patriarcha.

Eugenius .IIII.

Duodecima ratio .12.

Angellottus Ca. S. Marci.

Nicolaus Car. Capuanus

Tertiadecima ratio .13.

pubertę statū: Nā cū opum uectigaliūq; partitio, uirtutis modo decerni debere uideatur, si dispar opū descriptio in patritia dignitate fiat, satis notum esse debet, materiem inuidię ad exardescendum dari, cū tenuiores senatores uehementer soleant locupletū bono fortūato angi, lurida q̄ inuidia rapi, quasi sublata cōmuniū bonorū partitione uideātur de uirtutis possessione pelli: Ex quo tabifico animi morbo, odii malū erumpere aduersando solet, proptereaq; id nobis odiosū esse potest, quod causam dolendi & moerēdi affert, atq; cū liuor mestus dicatur alieni boni angor, facile ītelligi potest, ubi inuidia insit, ibi quoq; odii residere malū: Ideoq; sępe a quodam senatorū genere ob hanc opum partitionem nulli sunt deponendarū simultatū constituti fines cū minus ab altero posset alterius fortuna opulenta ferri: qualis patrū memoria īter Paulū .ii. & Lodouicū Patauinū contentio odiosa fuit: Nam cū Paulus ab auunculo Eugenio .iiii. pluris Lodouicum q̄ se fieri in opū largitione cerneret, plusq; sibi crederet dari debere iure, sic ex inuidia odii acerbitate exarsit, ut nec ab eo sit fortunę suę magnitudine, nec Lodouici morte deductus: quo quid potest esse turpius? quid peruersius, q̄ senatores germanitatis iure sociatos, odii acerbitate distrahi? Atq; etiā eadem opum ęquandorū ratio causam nascētiū controuersiarū sedat: siquidem spe sublata crescendi, facile omnes litium disceptationes adimi ęquando possunt, quibus quotidie senatū uidemus tanq̄ turbinū tempestate quati. Neq; .n. tempus est ullū quo duodecimuirale iudiciū senatoria disceptatione careat. Idq; ex eo ınasci solere scimus, q̄ cum de re ambigitur nemo natura sibi causam esse putat sui deserendi iuris: quotus .n. quisq; reperitur tanta animi tēperatione uir, qui cum res sua permagna agatur, ut discedere a liti giosa disceptatione uelit aut sibi esse arbitretur de iure decedendum suo: ob eamq; causam sępe sunt a senatoribus periculosissimę contētiones magnaq; animi offensione inimicitię susceptę: ut patrū memoria inter Angelottum Romanū & Nicolaum Campanum de Cauensi fano disceptatum odiosa contentione ferunt. cum eorū alter confirmare postulatorios sibi esse interpolatos libellos & diplomata antiquata uellet, alter contra causam infirmare inficiādo conaretur: Itaq; sępe in his controuersiis nō modo iuris cōtorquendi corrūpendorūq; iudicū causę quęruntur, sed etiam nōnunq̄ uis patritia ad citius tardiusue iudicādū adhiberi disceptando solet. Nam Ioānes quidem Tar

quiniensis senator homo uaferrima calliditate ferox in uestibulo pa latini fori ĩ ipsoq; iudiciario die uni ex duodecimuiris pręsidariá togam a pectore discidisse dicitur propterea triduo serius senatorũ iudiciũ comperendinatus uideretur q ab eo esset chirographi terminatione pręscriptũ cũ duodecimuir nec ius uocandi senatorem haberet nec agere iniuriarũ posset: nec multo secus intelligi debet lędendorũ hominũ causam uectigaliũ ęquatione tolli: nam cũ sit cõmune naturę locupletũ ut efferri elatiori animi motione soleant quo pręstãt abũdanti fortuna locupletius eo facilius ad contumeliam inferendam adducuntur: Nam cũ intelligãt diuitiarũ copiá ad imperitę multitudinis accomodari sensum hisq; sępe principatus & imperia mãdari uideãt qui diuitiarũ magnitudine antecedant facile se omniũ principes esse opinantur si ea fortunę facultate pręstent cui iure principatus debeatur. Itaq; maxime impelli ad cõtumeliã iniurendã nocendo solẽt ut superiores esse uideantur cũ is iure cęteris anteire putetur qui uim sit contumelię inferendę nactus: Ex eodemq; superbię uento facilitas indigorũ cõtẽnendorũ nascitur: Nã cum perspicuũ sit tenues ope egere locupletũ satis sciri potest fortunatorũ hominũ generi causam illius contẽnendi dari qui eorũ ope egere uideatur: quocirca nõ sine causa sępe in hoc ordine uidemus indigos a locupletũ genere aut superba fęlicitate sperni aut odiosa inopię exprobratiõe lędi: Nã auorũ memoria Ioãnes Tricaricensis senator homo inscienter & illitterate uafer sępe doctissimo homini Ioãni Dominico Florentino exprobrasse fertur q in ędicula domo habitaret nec pdire in publicũ sine externorũ assectatorũ comitatu posset: nihiloq; pudentius est probro Nicolao Cusensi frugalissimo senatori datũ q in cõuictu sabaceis funalibus & ferrea lucerna uteretur: Ex quo sciri potest tenuiorũ senatorũ animos iusto dolore lędi odiaq; ab his amara & sempiterna deuorari. quę eo pnitiosiora uideri possũt quo occultiore simulate serpunt: siquidẽ tẽuiores senatores (quasi quędã extrinsecus ĩter eos sint inducię edicorũ pacte) nunq palã inimicorũ mores ĩuidiosa uerborũ asperitate lędũt sed terebro ĩ obtrectãdo utũtur clandestinaq; calumnia nullũ relinquũt lędẽdi locũ. Ideoq; necesse est ut ĩ ferẽdę discordię dirimẽdarũq; amicitiarũ cogitatiõe uersent & tũ aliqd falsi obtrectãdo appingãt tũ crimina cũ causa agglutinãdo obstruãt quo appareat calũmnia simulata uerior Ego qdẽ Ascaniũ Sfortiã mememoria teneo dixisse sępe cũ Pii ter

Quartadecima ratio .14.

Quintadecima ratio .15.

Io. Tricaricens Car.

Io. Dominicus Ragusinus. C.

Nicolaus Cusen Car. S. P: aduincula

Sexadecima ratio .16.

tii interregno Iulius secundus secũ in colloquium congressumq; ue nisset/atq; inter se de gratia reconciliãda egissent/ut siquę diuturni odii fibræ resedissent/deposita possent simultate uelli/cũq; alienatio num offensionumq; suspitiosissimaꝝ ortum quęsissent/reperisse se ab

Septimadecima ratio .17.

indigoꝝ senatoꝝ genere semina iacta fuisse odioꝝ: Deinceps intelli gendum est quoq;/eiusmodi partitione uectigalium/probis doctisq; hominibus patefieri dignitatũ adipiscẽdaꝝ iter. Nam si senatoribus prefinita sit fortunę augendę spes/dubitari nullo modo potest/quin doctoꝝ hominũ generi sint multo suffragaturi liberalius: Quod mo

Quomodo doctis pateat poterit aditus ad dignitates ecclesiasticas

do longe fieri uidemus secus/Nam cũ senatores nullum habeant pręfinitũ fortunaꝝ modum/cumq; multi ex eo ordine uexari egestate so leãt/necesse est ut ad omnia minima pagana sacella senatoria uerri cula iactent/nec superari in fanoꝝ petitione uelint/itaq; sępe cum al terius iactura iuris/aut ex scrinariis postulatorios libellos extraordina ria potestate reuocãt/aut cõpetitores patritia auctoritate terrẽt/ex quo euẽire scimus/ut sępe doctissimi homines sacerdotiis acceptis repul sis/pręteriri dignitate soleãt/nihilq; iã putetur litteratoꝝ hominũ ge nere cõtẽptius/cũ nulli generi hominũ faueat fortuna minus: ideoq; ob id multos uidemus in tãta casuũ uarietate/in tãta partitiõe fati/in ipsoq; fortũę fõte patientia in carẽdo uti/q̃ certare cũ senatore cõpeti

Octaua decima ratio .18.

tore malle. Atq; etiã sciri debet/hac iuris ęquatiõe florẽtius maximaꝝ artium studia cultum iri/nec.n.dubiũ esse potest/si inter se senatores sint censu & dignitate pares/quin ad illos concursus ex tota Europa fi at/qui excellenti ingenii/aut doctrinę magnitudine pręstare uideãtur & quin necesse sit ęmulã inter eos studioꝝ certationẽ segetẽq; uirtutũ nasci/cum omnes ad studia soleant glorię cupiditate rapi/mirificeq;

Franciscus Gonzaga Car: Bessarion Nicenus Car

omnes cupiant quotidiana hominum celebritate coli: Nã Franciscus quidem Gonzaga homo natiua benignitate pręstans/& quo nemo li beralior est illa ętate iudicatus/cũ Bessarionem Nicenũ sapientię glo ria præstantẽ uideret constanti omniũ celebrari uoce/sępe dixisse fer tur/multo se ante Bessarionis mortem q̃ postea opum appetentiorẽ

Decimanona ratio .19.

fuisse/uerentem ne propter doctrinam tota esset ad illum se conuer sura ciuitas/cũ intelligeret homines uerbo laudare solere sapiẽtiã re autẽ opũ fortunęq; potestate duci. Nec itẽ minus affirmari compa rãdo potest/liberã suffragii lationem impediri sine uectigaliũ ęquatio ne posse/quãdoquidẽ senatores/interminata fortũę amplificãdę spe/

nec .S.C.prçuaricationi intercedere,nec peruersç rogationi obsistere contradicendo uelint,sed semper in sacerdotiis mandandis aut in se natu cooptando,pontificum cupiditati fauent, Quocirca erit confiteri necesse,omne status genus eo uideri debere tranquillius,quo longius a,seditionum tempestate absit: atqui cum in çqua uectigalium partitione nulla seditio esse possit,cum nihil inter diuites & inopes supersit,de quo sit futura dimicatio,perfacile iudicium est, nihil fieri placatius eiusmodi status çqualitate posse:sed queri maxime hoc loco debet,quonam sit uectigalium numero senatorius prçfiniendus cēsus,sunt.n.multi,qui cum eiusmodi censum ad priscaꝝ assignationū normam dirigere partiendo uelint,angustius senatoria uectigalia definiunt,tantumq; fortunarum esse senatori ascribendum putant,quātum sit ad parce temperateq; uiuendum satis:cuius quidem sententiç appēdix est tota illa Boemorum perduellionum natio:quæ præter cçteros senatorium ordinē obtrectare solet,nos uero ea uectigalia putamus senatoribus esse decernenda,quibus liberaliter temperateq; uiuatur:quod quidem fieri sine utriusq; societate nequit: Nam nec potest in summa liberalitate uiui,nisi quodammodo effusse insolenterq; uiuatur,nec item temperate,nisi laboriose & cum egestate: itaq; ob eam causam dicimus,opes, si ad uirtutum munia statuantur,foelicitati solere famulari,ac quasi quçdam uitç instrumenta dari,exquibus magnorum hominum efflorescat in splendida fortuna nitor:siquidem diuitiç in utramq; partem transferri seligentis optione possunt: Neq;.n.patrum memoria,uel Nicolao Albergato,uel Ioanni Turrecrematæ,aut Dominico Capranico obfuit fortuna in uiuendo locupletior: quibus semper summa data est uitæ modestæ laus:Nec item nobis pueris Marcus Barbus diuitiaꝝ magnitudine a cōtinentia auocari uidebatur,qui quo plura sapienter erogabat,eo minus desinebat uideri diues:Etenim cum senatorius ordo ita late suapte natura pateat,ut in quadam inpartiendi largiendiq; communitate uersatur,satis perspicuū esse debet,nullū ei sine opibus locū ī ꝓmerēdo dari:ideoq; is ordo sine diuitiaꝝ magnitudine minus uti magnificētia,aut liberalitate potest,quoꝝ altera in maximoꝝ sūptuū genere altera in promerendo uersatur. Qui.n.Iulius.ii.in patritiatu poterat tot arces,tot,çdes,aut tot religiosa exçdificare fana,quibus Italiam Europamq; refersit, nisi esset ei opum suppeditata magnitudo.

Vigesima ratio .20.

QVOT REDDITVS DEBEANT HABERE CAr.

Heretici Boemi:

Qđ diuitiæ faciunt ad foelicitatem si ad uirtutem ordinētur

Qđ Cardinales debent esse diuites:

Nicolaus Albergatus Car.S.Cru.

Io. Turrecremata Car. S.Sixti

Dominicus Capranicus Car Firmanus:

Iulius.ii.

Lodouicus de Aragonia Diaconus Car.

Aut quo liberalitatis genere Lodouicum Aragonem munificentissima animi uirtute prestantem usurum censemus, si opum magnitudine abundaret affluentius, qui mihi ob eam causam genitus uideri a natura solet, ut ostendat homines esse posse fortuna repugnante liberales: eademq; est donationis religiosæ utendæ ratio: qua sine opibus minus occurri multorum hominum mendicitati potest. Quid.n. fuisset Ascanii Sfortiæ benignæ donationi loci, nisi generis & fortunę fuisset suffragatione diues? quem ex Erogatarii aduersaria sexqui anno nonies mille egentium donationi expensum tulisse ferunt: Atq; etiam notum esse debet, senatorium locum sine opum prestantia læsum & contemptum iri, nihilq; desertius indigo senatore futurum. Nam cum homines diuitiarum magis admiratione moueri q̃ dignitatis maiestate soleant, facile eos irridendo spernunt, in quibus sit nuda sine opum potestate dignitas: eodemq; modo abesse non potest, quin senatores egentes soleant auferendi rapiendiq; cupiditate duci, & quin uiuere mutuatitia pecunia cogantur: ex quo euenire cernimus ut his sępe in summa pecuniaria difficultate uersantibus, ne assis quidem sine locupletum stipulatione credatur, taq; crebro necesse est, ut ab his in ęre alieno dissoluendo, aut iniquissimo foenere uersura fiat, aut uades deserantur, qui nisi ad diem pręstitutam soluāt, & pōtificia sica sauciari, & magna existimationis infamia compitalitii descripti spectari solent: Ideoq; iure Pandulphus Petrucius homo magno rerū usu & habitu naturę prudēs, sępe dicere solere fertur, eū qui pro principe egente uas in mutuaticia pecunia fiat, quęrere uelle pecunię dissoluendę & amicitiæ dirimendę causam: Q đ si uectigalium est ęqua describenda partitio, nemini dubium esse debet, quin sit quoq; de senatorum numero statuendum primum. Nam si eorum numerus diceretur assignationum superare census, facile etiam intelligi posset, legem de ęquandis inter collegas uectigalis obrogatum & antiquatū iri: Ex quo necesse esse dicimus, ut rogatio de senatu cooptādo feratur, qua & Pont. Max. potestas seruari, & uectigalia senatorię cooptationi accomodari possint: Quare uidendum est, ne ita uectigalium augeatur census, ut omnia orbis terrarum fana exhauriri uideantur, nec ita præfiniatur anguste, ut minor uideri possit, q̃ sit senatoriæ dignitati satis, itaq; optimus uectigalium limes ea

Q đ Cardinales pauperes non possunt facere elemosinas

Ascanius Sfortia Diacōus C. S. Viti:

Q đ Car. pauperes summunt pecunias mutuas

Pandulphus Petrucius.

Quantus numerus debeat esse Cardinaliū.

mediocritate temperatur, quę sit & in neutram propensura partem, & temporis rationi seruitura, cuius quidem rei cognoscendę facultas facile elici ex hodierna senatus uectigalium assignatione potest: qui quadringenties nonagies mille ex añuo uectigali capit: quod quidem si singulis æquali partitione decernatur, facile potest senatoriæ uitæ moderatos suppeditare sumptus: ex quo iure causa affirmandi sit, .S.C. Pont. Max. referente esse faciendum, quo sanciendo caueatur, ne supra quadraginta in senatū cooptari possint, neue quis senator plus minusue q̄ duodena milia annua possideat, utq; uectigalia eorꝫ qui uita migrarint, quoad eis ex. S.C. successum sit, ad senatorium ęrarium referantur, ne Pont. Max. ob eiusmodi uectigalium cupiditatem causa cooptationis surrogationisq; tollendę detur: idq; multo fiet in hac tota descriptione cautius, si ita. S.C. sanciatur, ut cum Pont. Max. libeat progredi in senatu cooptando longius, uectigalia in senatum lectis de ærario suo dare cogatur, quo nihil cogitari potest in tota senatoria ratione tutius: quare ita censemus, cum senatores sic Rei pu. administrandæ cura occupentur, ut non multum eis supersit, uel ad custoditiciū fanorꝫ munus, uel ad prędia colēda, siue ad cætera negocia pertractanda temporis, cumq; ob id in numerato annua uectigalia possidere debeant, quo expeditius uersari in Re pu. administranda possint, Pont. Max. senatuiq; placere, uti senatoria uectigalia in Monachorꝫ prefecturis collocentur, hisq; tutelaria fanorꝫ patrocinia reddantur, eaq; ad priscam normam legemq; uitæ reuocentur: quæ est sanctissimorum hominum considerata prouisione lata: quo nihil ęquius decerni in uectigalium constituendorꝫ ratione potest: si quidem perspicuum esse debet, senatoria uectigalia ab his pendi debere magis, quibus minus persolutio dinumerando obsit, atqui cum eiusmodi generi hominum minus noceri uectigalinm exactione possit, cum inter omnes opum magnitudine abundantiq; fortuna præstent, satis est argumenti, ab his posse uectigalia minori iactura sumi: Atq; etiā in his fanis senatoria uectigalia constituenda sūt, quę minus ęditui assiduitate egent, at cum eorum sacraria longe minus præsentē ędituū q̄ pontificia, aut pagana fana reposcāt facile existimādū est, ī eorū fanis sēatoria uectigalia collocari debēre potius: nec multo q̄dē secus ītelligędū ē, oēm uitę degēdę rationē ad naturę esse accomo

Q d̄ collegiū habet hodie ī redditibus quadringenta .90. aureorꝫ milia

Q d̄ numerus .40. Car. est cōueniens.

Q d̄ singuli Car. debent habere .12. milia aureorum in redditibus

Prima ratio .1.

Rationes probātes q̄ redditus Car. debent collocari in Abbatiis monachorꝫ

Secūda ratio .2.

Tertia ratio .3.

dã li modũ, sed cũ natura nihil feriatũ esse uideamus, sic fateri cogi mur, nihil in uita esse debere ociosũ, at cũ eorũ cõditio parsimonia & tenuitate delectari hisq; cõtẽta esse debeat, quę sũt ad uitę necessitatẽ data, dubitationem nõ habet, si in his quippiam ditius aut affluentius redundat, quin inertissimum fortunarũ ocium uideri possit, & quin ad Rei pu. usum transferri tributaria lege debeat: Ex quo iure Raphael Riarius senator, homo ad hanc recentem ingeniorũ expolitionẽ fa ctus, ĩmanem eorũ censum mare mortuum uocare solet, quo scilicet nec Rei pu. suppeditari possit, nec liceat ad uitę cõmoda perfruenda uti: eodẽq; modo ea debet temperantię uideri causa, quę incontinen tię mala depellit, at cum extenuatio diuitiarũ & sũptus incõtinentię ra dicem euellat, facile sciri potest, multo esse ex eorũ abũdanti copia for tunęq; florentis luxu detrahendum magis: Quin etiam id in eorũ ge nere ęquum uideri debet, quod eos ad pristinam illorũ legẽ deducit, a quibus est uiuendi circũscriptus finis, at cũ illi ita descripserint opũ possidendarũ modum, ut nõ insolentius extra modestię fines insolẽti ostentatione redundaret, sed ut esset ad diuinitatem cõtemplandam satis, si ex eorũ regia gaza adimatur, quod redũdat, dubitari nullo mo do post, quin latorũ promulgationi pareatur, quę eos esse iubet tẽpe rantia continuata frugi: Quare cum satis notum sit, ex tanta pręfe cturarũ multitudine senatorium exigi posse uectigal, sciri maxime de bet, tributariam ferendam esse legem, qua eiusmodi hominũ generi uectigaliũ soluendorũ onus imponatur: in quo erit senatorię dignita tis cõstituta salus: siquidẽ hac uectigaliũ collocatiõe senatores nec pręe diario exhauriẽtur sumptu, nec in pecuniarũ importatitia aut traiecti tia ratione laborabunt, nec item uerendum erit, ut eis aliquid contẽ tionis sit cum uillicorũ aut cũ eorũ hominũ genere futurum, qui aut in diem senatoria prædia emunt, aut agrorũ mancipes in annos fiũt: eodem accedit, q eiusmodi stipendiariorũ uectigalia minus possunt, aut coeli tempestate quati, aut belli calamitate præmi, cũ eorũ prędia ita disseminata in omnes fere Europæ regiones partita fanorũ ratio ne sint, ut uerisimile putandũ sit, nunq̃ uno tẽpore ex omnibus eorũ prędiis malũ nuntiũ audiri posse: quin etiã circumliminium ius agriq; colendi & ædificandi cura, uel propter longinquitatem: uel pro pter uitæ occupationem, minus a senatorum genere seruari potest.

Raphael Riarius Car. tt. S. Georgii Sabinen.

Quarta ratio. 4.

Quinta ratio. 5.

Quæ bona pro ueniant ex hac collocatione, & quæ mala ui tentur.

Qđ Car. ma le possunt tue ri beneficia pro pter assistentiã circa Papam.

Quis.n.Iulio.ii.maior ędificator in ſenatoria dignitate fuit?at cū ſę
pe tamen queri ſolitum fuiſſe ferunt,q̄ nō dum ab eo eſſet tertia fa
norum ſuorum reconcinnata pars:Q̄d ſi hoc ei eueniſſe ſcimus,qui ui
debatur ad fana excolenda & exędificanda natus,quid putandū eſt
illis accidere,qui aut propter fortunę tenuitatem extruendi facultati
nequeunt ſuppeditare ſumptus,aut minus teneri ędificandi cupidita
te ſolent?eademq; fere eſt legationū decernendarum ratio:in qua quidē
intelligi debet,nihil eſſe certę pecunię pręter uiaticum ſenatorię lega
tioni decernendū,nequa inter ſenatores cōtentio de legaticia utilitate
fiat:Nam propter eiuſmodi legationum quęſtum non modo ſępe in
ter ſenatores ſolent cauſę diffidendi,ſed etiā inuidię inurendę gigni:
Qualis nuper certatio inter coniunctiſſimos homines Aſcaniū Sfor
tiam & Federicum Sanctoſeuerinatē de Bononienſi legatione fuit.
Etenim cum ſenatoribus legaticia uectigalia decernuntur,ſatis ſciri
poteſt,eos,qui minus legationum gerendarum ratione excellant,cū mi
rifice cupiant cōmodorum ſuorum uoluptate frui,malintq; nō uti honori
bus,q̄ minus uideri digni,libente aliis curam legationis obeundę con
ceſſuros,cōtraq; alios,qui doctrinę & ingenii ubertate prę ſtēt,libenter
legationis munus obituros,cū in eo locū ſibi intelligāt,uirtutis utendę
& ingenii experiundi fore:eodemq; modo eſſe debet Pōt.Max.roga
tione cautum,ne his,qui a pontificia urbe aſſectatoriaq; uita abſint,
plus uectigalium q̄ ex ſemiſſibus obuenire poſſit,neue his in illorum bo
na,qui uita migrarunt,ius familię erciſcundæ detur:cū apertum ſit na
turę eſſe pręſcriptione latum,ne tantundem pręmii decernatur his,q
a Rei pu.munere,ocioſa uoluptate abſūt,quantum his,qui ī aſſecta
toria uita quotidianaq; Rei pu.adminiſtratione ſint:ſed cum de reci
piendorum uectigalium ratione diſputatur,intelligendum eſt.S.C.eſſe
faciendum,quo ſodalitiorum pręfecturę uectigalium mancipes in an
nos diplomatum conſignatione fiant,hiſq; pro rata parte impona
tur pecuniæ diſſoluendæ onus,utq; pecuniarii & trapezitæ pro his
prædes ī ſatiſdando dentur,ac ita ſtipulari nominaq; facere cogan
tur,ut niſi ad diem prę ſtitutam monente debitione ſoluant,ex ęra
ria formula poſtulari poſſint:cum autem decretarū pecuniarum per
ſolutionem ex permutatoriis litteris fieri ſolere uideamus,ſciri etiam
poteſt,perſolutionē nundinū ſequi debere pretiū,quæ maxime apud

Iulius.ii.

Q̄d nō ſūt danda ſalaria Car. legatis.

Aſcanius Sfortia Car.

F.Sanctoſeuerinas Car.

Q̄d Car.abſentes nō debeāt participare niſi pro medietate.

Q̄d Monachi debēt ſatiſdare p Mercatores Romanā curiā ſequentes.

De modo ſo'uēde pecuniæ

De Cambio

Allobroges & Lugdunenses anniuersaria celebritate fiant: in quibus bini aut terni nũmi permutationis nomine exigi in singula cẽtena solent: quod quidem temporis causa fieri solere scimus: cũ perspicuũ sit haud quaq̃ eadem semper in prouinciis nũmorꝝ, uel egestatem, uel affluentiã negociando dari, cũ dubitari nullo modo possit, quin ĩ maritimarꝝ urbiũ genere plus auri exportari ĩ nauiũ onerariarꝝ solutione q̃ ĩ terrestri negociatiõe soleat: Quod quidẽ genus questus ex nostris magni homines. D. Thomas, Antonius Florẽtinus, & Riccardus Villa, si modo legitima ratione ineatur, haud quaq̃ ab honesta cõcessaq; lucrandi utilitate seiungũt: At uero hodie id genus questus hac morꝝ peruersitate obsoleuit: Nã cũ ita homines ad malitiam edolati sint ut nihil fieri possit eorꝝ ueteratoria calliditate uafrius, satis existimari potest eos uersari ĩ foeneratitio quodã certo genere prede q̃ in ambigua lucrandi ratione malle: Quo magis cauendum esse puto, nequid eiusmodi mali a senatu exigendo, aut mutuãdo cõtrahat, ex quo sit aut mentis morsum, aut animi discrimen aditurus: Quod tamẽ facile uitari in pontificia ciuitate potest, que ita quotidie pecuniaria oportunitate eget, ut semper multum questus in importatitia & traiectitia per solutione fiat: quare hoc loco non alienũ uideri potest ut lex de exigendorꝝ uectigaliũ ratione feratur, que erariis comitiis ex senatu que storem capi sortito iubeat, qui ex familia rationales homines ad eraria munia administranda decernat, quiq; curam adhibeat, ne his in perscriptionibus & lituris causa interpolandi & fraudandi det: quo magis erat Ascanins Sfortia senator in hac precauẽdi sedulitate laudandus, qui ad Ephimeridem quotidiani sumptus in membranis tante magnitudinis aduersaria cõfecerat, ut facile ex his sexquihora annua ratio reddi sũma deducta posset: ob eamq; causam curandũ erit ut questori ex senatu cognitores rationales triumuiri eraria lege dent quibus potestas rationis reposcende & mulcte irrogãde permictatur, cureq; eis sit, ut cognoscant, que sit ex aduersariis in rationum librũ ducta & conflata fraudatio, quid ue etiam sit ex minutarꝝ sũmularꝝ fraude corrasum, opamq; dent, ut mulctatitia pecunia, uel ĩ senatoriũ erarium referatur, uel in ualitudinariis, aut fanis construendis elocetur, que sint ad improbissimi peculatus infamiã sempiternã testes, ad hominũ auaritiam notandam, signa perfidie.

S. Thomas:
B. Antõius Archiẽps Floren.
Riccardus d̃ media uilla:
De Vsura cauẽda

Q d̃ creari d̃bet camerarius Cardinalium

Ascanius Sfortia Car.
Q d̃ debẽt creari cognitores Cardinales ad cognoscendas rationes camerarii
Q d̃ pecunia pene camerarii falsarii debet conuerti ad edificãndas ecclĩas & hospitalia.

QVALIS ESSE DEBEAT DOMVS CARDI- NALIS.

SED Quoniam satis de uectigalium ęquandorum ratione disputatum est, deinceps sequitur, ut de Senatoria domo dicendum sit, quę maxime uiuendi rationi seruit, in quo quidē illud primū a multis quęri disputādo solet, quonā maxime urbis loco senatoria domus statuenda sit: siquidē multi cum patritiam uitam putent in humanorum commodorum genere tuendo uersari, facile affirmant, eius domū in urbis oculis esse debere sitā quo negocia gerentibus facultas commodior adeūdi sit: contra autē alii cum eorum studium contineri maximarum artium cognitione statuant, eos illius domus uolunt commoditate frui, quę longe ab hominum frequentia quotidiana absit, quo in genere eam esse dicunt, quę ad aquam uirgineam a Iulio secundo est ędificata summa dignitate domus. Nos uero cum senatoriæ domus extruendę locū, palatinarum ædium ratione metiamur, facile confiteri cogimur eam non ita a uaticano abesse debere longe, ut cum legitimo senatus die, aut flaminalibus comitiis, uel palatinis feriis, siue extraordinario euocatorum accitu Rei pu. constituendę causa in senatum ueniēdum sit, magna temporis iactura eundo & remigrando fiat: qualem Sixti quarti domū fuisse in Cliuo exquilino dicunt: At uero cum senatoribus est proprii magistratus utendi ius, nihil causę esse potest, quin affirmandum sit, in urbis oculis eorum statui debere domum: quo locus commodior negotiantium frequentię adeundi sit: quales modo, aut Sixti Ruerę Pontificii Proscribę, aut Raphaelis Riarii præfecti ærarii domus uideri possunt: quorum alteram in uia Florida, alteram in Theatro Pōpeii constitutam esse cernimus: qbus in locis maxime quotidiana hominum frequentia uersari negociando solet. Quod idem est de eorum senatorum domo dicendum: quibus ex. S.C. est, aut causarum noscendarum ius, aut arbitria priuata extra duodecimuirale iudiciū Pon. Max permissu dātur: ut ea Petri Rhegyni senatoris conficientissimi hominis domus numerari potest, quæ est in celeberrimo eiusdē Pompeii Theatri constituta loco: At eorum domus, quibus non sit, aut libellorum

In quo loco sit locāda Domus

Domus. S: Apostoli.

Iulius. ii.

Domus. S. P. ad uincula

Sixtus. iiii.

Q đ Car qhabēt officia debēt habere domū ī loco celebriori. i.

Domus Vicecācellarii.

Sixtus uicecācel.

Dōus. S. L. ī Da.

Raphael: Riarius camerarius

Q đ Car. q tractāt negocia debēt habere domū in loco celebriori .2.

Petrus Reginus Car.

Q đ Car. q non tractát negocia debant habere domũ ĩ loco remotiori .3.
Domus .S.L: in Lucina
Georgius Por. C
Q đ Car. debẽt esse directores familiæ .4.
Q đ domus Ca. debet abesse ab iuitamẽtis gulę & luxurię .5.

obsignandorum, aut noscendarum causarum, siue proprii magistratus cura gerendi data, dubitationem non habet, quin sit ad eam situs reuocanda partem, quę nec longe a senatu, nec a quotidiana hominum assiduitate distet: quo non modo liberior ratio uacandi, sed etiã locus sit ędificãdi laxior. Qualis ea domus uideri potest, quę modo in uia Flaminia Georgii Vlysponensis senatoris fuit: Idq; eo fieri utilius probari ratione potest, quo certius ultimi ratione constituitur: Nam cum perspicuũ sit, senatores, principes familię in ultimũ dirigendę dari, ab esse nullo modo potest, quin fatendum sit, ab his ea in domus statuẽdę ratione adimi debere prouidendo, quę maxime sint præstitutum impeditura finem: atqui cum apertum sit, animam sensuum perceptione in intelligendo uti, satis sciri potest, ea esse, a familię conspectu remouenda, quę sensus sint ad eos turbidos impulsura motus, quibus constitutus finis interuersum iri possit: quare iure dicendum est, senatoriam domum non modo ab eo inuitamentorum genere distare debere longe, quę sint gulę & ueneris excitatura malum, sed etiã ab earum esse rerum auditione semotam, qua & obscoenarum rerum memoria euocetur, & libera animi uacatio impediri obstrepẽdo soleat, quo in genere ea maxime improbari debent, in quibus malum utrumq; soleat finitima contagione nasci. In quorum altero unguentarii cupedinarii, fartores, mellarii, dulciarii, pulmentarii, coci, in altero ferrarii, lignarii, argentarii, loricarii & id genus nominari possunt, quorum maxime strepitu uidemus auditus obtundi solere sensum, qui prẹter cęteros disciplinę in intelligẽdo seruit. Sed cũ maxime habẽda sit domus statuendę ratio: quo hominum incolumitas seruari uiuendo possit, intelligendum est, duplex esse in urbe domus collocandę genus, unum quod coeli natura, alterum quod uentorum uarietate expendatur: Itaq; cum urbs haud quaq̃ multum sit ab infero disiuncta mari, facile probari potest, eas ędes, quę sint ad meridianum solem constitutę, minus uideri debere salutares, cum minus matutino sole illuminatę caleant, & meridie constanti diuturnoq; torreri solis ardore soleant. Eodem ꝑ modo ea ædium genera, quę ad obeuntem solem locata cernimus, quales Hieronymi Ruerę senatoris in Pratis Flaminiis sitę uideri possunt, cum matutino tepescant aduentu solis, & meridianis uespertinisq; temporibus solis flagrantia collustratę feruecant, minus

RATIO ASPECTVS COELI

Q đ ĩ domo collocanda debet attendi ratio cęli & uẽtorum .i.
Q đ domus meridionales minus sũt sanę .2.
Q đ domus occidẽtales nõ sũt ꝑmultũ sanę .3.
Hieronymus de Ruere Car.

probari seligẽdo possunt/at uero si sint ad nascentem constitutę so lem/ut ea est Millinorum dõus/quę modo a/Benardino Caruagiallo senatore habitatur/cum mitigetur caloris moderatione temperati/us/nec meridiano uespertinoq; calore torreri possit/dubitationem nõ habet/quin præter cęteros ad incolumitatis conseruationem aptior iudicari debeat:in quo tamen intelligi potest/ędiũ collocationem nõ solis aspectu/sed incolentium usu esse metiendam/quo familiæ incolumitati consulatur:nec.n.modo Federici Sanctoseuerinatis senatoris domus ob id pestilentior uideri debet/proptereaq; sit ad meridianum collocata solem/cum ab ea coeli parte maxime sit auersus omnium prope membrorum constitutus usus:eademq; est uentorum considerandorum ratio:in quo quidem cum satis notum sit/ãustrum unum/e/multis afflare solere pestilentius/propteraq; multo cęteris sit meridionali natura calidior/contortoq; spiritu soleat cogere perflando nubes/ex qua crassa concretaq; coeli natura soleant hominũ corpora tabefactata mori/nihil causę esse debet/quin senatoria domicilia sint ab ea coeli remouenda parte/quę maxime feriri austro perflante solet:quod cum in cęteris Italiæ ciuitatibus/tum maxime est in urbis natura fugiendum/quę fere tota austro sauciante euelata & nudata patet:Ex quo maxime possit tabificum morbi excitari genus.Descriptio autem domus duplex uideri debet/una quę ĩ membrorum partitione consistit/altera quæ in ornamentorum genere uersatur: partitio.n.mutari temporum conditione solet:nec.n.dubitari debet/quin perspicuum sit:non modo dispari ratione temporum/alium apud Gręcos/& alium apud Romanos fuisse ędificandi modum/sed etiam illos ipsos inter se uno tempore dissimiles in ędificandi ratione extitisse/cum ex his alii Ionico/alii Corinthio/alii Dorico/alii Thuscãico construendi genere uterentur. Postea uero temribus ita flagitãtibus/non modo est ex prisca symmetriæ ratione deflexum/sed etiam ratio est ędificandi importata noua:siquidem Federicus secundus Parthenope est germanica/symmetria in campana domo describenda usus.Eademq; nouitatis ratione a/Martino quarto domũ ĩ phalisceis gallico genere ędificatam ferunt:quod idẽ a/multis uidemus extraordinaria cupiditate factum/quo aut aduęntitię symmetrię usurpatione/aut cõmenti nouitate placere ędificãdo pos/

Qđ domus oriẽtales sunt saniores ·4·
Domus Millina
Bernardius Caruagiallus Car.
Qđ attendi debet usus habitãtium
Domus Federici Car.de.S·Seuerino
RATIO VENTORVM
Qđ uentus auster est pestilẽ
Qđ uẽtus Auster est fugiendus.
Qđ Roma offẽditur Austro
DESCRIPTIO DOMVS.
Qđ modus describende domus uariatur secũdũ ętates & secula
Græci:
Romani
Federicus.ii.
Castrum Capanum
Martinus quartus

Q đ cubiculum ꝑalafernariorũ debet eſſe in ueſtibulo .1.

Q đ munitio armorum debet eſſe in ueſtibulo .2.

Atrium .3.

Q đ cubicula hoſpitũ debẽt eſſe in porticu atrii propter cõmoditatem .4.

Cubicula hoſpitum:

Federicus Ca. de S. Seuerino

Clades ad Garilianum

Q đ bibliotheca debet eſſe in porticu propter comunẽ utilitatem & commoditatem .5.

Q đ ſchola legẽdi debet eſſe ĩ porticu ꝑpter cõmoditatẽ .6.

Q đ ſchola debɇt eſſe fornicata & rotunda propter uocem .7.

ſent: Nos autem cum modo uidemus inſtauratitia ſedulitate priſcę ſymẽtriæ renouari genus/facile affirmamus/id ſenatores debere in domo partienda ſequi/quod maxime priſcoꝝ deſcriptioni tempoꝝ q; rationi congruat. Itaq; in ſenatoria domo cõſtituenda is eſt deſcribendus partiendi modus/ex quo intelligi poſſit eam ædium partem/quę ſit ad ſolem naſcentem conſtituta/partiri ſolere aptius / ſi id cubiculum ſit in adeundo primum/quod circumpedum generi in deſcribendo datur:quo priuatim ſeruari/aut britãnici ſenatorii equi/aut tullutariæ mulæ ephippia dorſualiaq; ornamenta poſſint / ſitq; commodior excubandi locus: eiq; tantum ſpacii adiungi triclinii fornicati debet/quod ſatis ſit Armamentario faciendo loci:ut ſiquid periculi/aut motus naſcituꝝ uideatur/tẽporis cauſa arma ſint prouiſa & deſcripta ratione prõptiora/domuſq; in aditu ſit in obſiſtendo & repellendo tutior:Eademq; ratione ex ueſtibulo aditus eſt in Atrium tamq; in forum ſtatuendus / cuius menſio quoquouerſus ad compluuium quadrata pateat/porticuſq; tranſitoria ambulatione cingatur. Ex quo cauſa affirmandi ſit/hoſpitalia cubicula ſub porticu in eadẽ eſſe domus collocanda parte/quo a/ſenatoriæ familiæ uſu/ſecretior libertas hoſpitibus degendi ſit/& quo locus ianuæ uicinior eundi & redeundi detur.In quo eo ſolet laudari menſio conſiderata magis / quo cõmodius & honorificentius ab hoſpitum genere habitari poteſt/& quo ſępe ſenatori eſſe poteſt occaſio gratificandi maior: ut munificentiſſimũ hominem Federicum Sanctoſeuerinatem ſenatorem feciſſe uidimus/a/quo/ſunt duceteni uiceni quini parthenopei hoſpites lyriana clade recepti/& a/quo eſt tantum opis profugoꝝ egeſtati latum/quantum ab homine præſtari in illa tempoꝝ aſperitate poſſet: In eademq; ambulatione ob eam cauſam his eſt ſenatoria Bibliotheca adiungenda/ut & legentibus matutino ſole illuminata ſeruiat/& cuiuſq; generis litteratę multitudini a/ianua pateat ĩ Bibliothecam gratuitam uia:quo nihil excogitari poteſt ad eruditoꝝ hominum egentem auiditatem maius:Nihiloq; diſiunctius/domeſticum:auditoriũ eſſe debet/idq; eſt rotundum ad circinum teſtudinea ratione faciendum/ne diffuſa uox in legendo elabatur / neue uaria inciſione angulorum/lacunoſoq; cõſpectu poſſit uidendi abalienari ſenſus:at in ea domus parte/quæ eſt ad ſeptemtrionum plagam cõ

ſtituta/nulla cauſa dubitandi datur/quin æſtiua cubicula muſicaq; tri clinia collocanda ſint:in quo℞ alteris cũ meridiandi locus/tum ma xime coclearius pſeudotirus conſtitutus ſit/in alteris etiam fornix ro tunda concameratione ſtatuatur/ne causa uoci errandi & elabendi ſit/ideoq; multis curæ fuiſſe legimus/ut in eiusmodi tricliniorum cellis ænea uaſa/aut fictilia dolia muſica ratione collocarẽt/ex quibus uox tanq̃ e/medio nata commeans uaſaq; caua feriens multo fieret ca nẽdo & ſonando dulcior. Atq; ex hoc intelligendum eſt etiam/ĩ eiu ſdem tranſitorię ambulationis angulo ad aquilonem ſcala℞ ſtatui de bere gradus:ex quibus ab interiori ędium parte facultas in tectũ aſcẽ dendi ſit/in quo quidem genere ad cõmoditatis diligentiam/hę ma xime probari conſtruendo ſolent/quę flexuoſa aſcendendi ratione conſtant: quales maxime iudicari poſſunt/quę modo ſunt a Iulio.ii. in ſuburbano palatino uia fornicata factę:in quibus ita ſunt grada/ tionis areæ/rata interualli ratione conſtitutę/ut non modo in his cau ſa cõmodior interquieſcendi detur/ſed etiam maxime decipi ſo/ leat uidendi in aſcendendo ſenſus/ne uno aſpectu ſcala℞ altitudine deterreri poſſit:quod contra in his ſcalis uſu nobis uenire cernimus quę sunt ad Deę Matris ędem in cliuo capitolino conſtitutę:in qui bus perſpicua altitudo tota aſcendendi patet:idq; maxime fieri ratio ne ſcimus:cum ſatis apertum eſſe poſſit/homines/ad ea moueri ſo/ lere tardius/quæ natura aduerſante fiunt/at qui cum corporum ge/ nus ſuperiora natura repugnante capeſſat/facile cognoſci poteſt/ho mines/quo difficiliorem ſcala℞ gradationem oculo℞ terminatione metiuntur/eo ad aſcendendum moueri ſolere lentius:quo circa uidẽ dum eſt/ut his finitimum decurionis domus cubiculum ſtatuatur/ quo ſit multitudini adeunti notius/& quo tanq̃ quidam ſit conſtitu/ tus iuris dicendi locus/ad quem a/famulantium genere ſit in litium diſceptatione corrępendum/in eoq; quaſi lex ſit contubernalium de ſcripta uitæ/qua non modo ſonti iurgio℞ poena/ſed etiam diſcubito ria mulcta irrogetur/quo in ſenatoria domo poſſit tranquilla ratione uiui. Quod idem fere dici de pręfecti popinarii cubiculi deſcriptio/ poteſt/qui ei prope eſt muneris cognatione in domo adminiſtranda pari:ita q; iure affirmari poteſt/in eadem ambulatione porticus his tri cliniis non modo cellę obſonariæ/ſed etiam colinę delibatoriiq; mem

Q đ Cubicula eſtiua debent eſſe ad ſeptemtriones .8.

Q đ cubiculũ muſicę debet eſſe fornicatũ & rotũdum propter uocem .9.

Q đ cubiculum muſicę debẽt habere uaſa musica ĩ pariete collocata ad cõſonantiam .10.

Q đ ſcalę debẽt naſci in porticu ad aqlõem .11.

Q đ ſcalę debẽt habere inflexu ſpatia quietatoria .12.

Scalę .S. Mariæ in ara coeli.

Ratio naturalis

Q đ cubiculum magiſtri dõus debet eſſe ĩ calce ſcala℞ .13.

Q đ cubiculum architriclinii đ bet eſſe iunctũ cum cubiculo magiſtri dõus,ꝑ pter cõformitatẽ magiſterii.14

Q đ colina cella dispēsatoria & cel a cenatoria debēt esse ī porticu .15.
Q đ ista tria mē bra debēt esse ī porticu ꝓpter ꝓximitatetē magistri domus& architriclinii.16
Q đ aula debet es se magna .17.
Q đ cappella debet esse ī aula& aperta propter audientes missam. .18.
Q đ cubiculū audientię debet esse ī aula .19.
Q đ cubiculū audiētię Car. debt habere. portas fallaces ꝓpter nūtios extraordinarios .20.
Q đ ī cubiculo audiētię nō debnt esse fenestre cā cellate, quemadmodū utebatur Paulus.ii.2i
Q đ melius ī cubi.audiētię col'o cāt fistulę uisorię et auditorię .22.

bra esse uincienda, ut si quippiam euenturum sit, cui occurri tempestiua medicina debeat, eorum alter amboue ita proximi tricliniorum uicinitate sint, ut repente rascenti malo mederi explorata remediorū ratione possint: eodemq; modo hisdem scalis in superius peristylium ascendi debet: ex quo maxime ducta & directa pateat in publicam aulam eundi uia: in aula autem ea est laxitatis adhibenda cura, ut non ad priuatæ commoditatis dil gentiam, sed ad hominum celebritatem & conuentum facta esse uideatur: in ea ad hybernum nascentem solem sacellum est in primis penatium diuo℞ statuendum quo nihil in ea prius adeuntium multitudini occursurum sit, memoriaq; euocetur salutandi diuos: Ideoq; non sine causa intelligendum est id ita fenestrarum dispertita ratione patere debere palam, ut facile ex his, a, uentitantium genere spectari possit flamen in ara litans: nihiloq; dicēdū est de salutatorii descriptione secius: quod quidem, ea est symmetriæ ratione faciendum, ut non modo clandestinum hostium peristilio adiunctum habeat, quo temporis causa tabellarii internuntiiq; commeare extraordinario ingressu possint, sed etiam in eo quidam sint abstrusi constituti loci: ex quibus maxime causa hominum pernoscendorum detur: Ideoq; multos in hoc salutatorii genere exploratoriis fenestris usos fuisse cernimus, quo apertius non modo hominum sermonem, sed etiam gestum & uultum notare animaduertendo possent: quales in tricliniorum palatinorū descriptione cernuntur. quæ sunt, a, Paulo secundo Germanica ratione factæ: quod quidem ob id minus a, multis probari solere scimus, propterea⁊ in his nimis perspicuus sit fallaciæ meditatæ dolus, intellectoq; astu causa salutantium generi ab habitu naturæ discedendi sit: ex quo ratio detur hominum naturæ pernoscendæ difficilior, cum satis in promptu esse possit, homines, cum se occulte a, principum oculis obseruari suspicantur, non modo uocem & uultū sed callide, etiam mutare solere dissimulando mores: quare in hoc genere honestiori fallacia parietum structurę, aut spectatorię fistulę collocantur: aut auscultatorii includūtur tubi exquibus ante salutationem senatori causa hominum naturę explorandæ sit. Idq; tum minus fieri suspitiose potest, cum earum ora solent peripetasmatū operimento tegi: nequa appareat in obstructa calliditate fraus: Huic au

tem cenationem & cellam argentariam adiunctum iri debere dici/mus:quarum altera xistum & topiarium subiectum spectet/quo eorum iucundo aspectu sit accubatio futura lętior.altera ita dispertita abaci ratione constet/ut uno conspectu possint argentea exposita uasa cerni/facultasq; harum rerum studiosis/emblematum considerandorum ar/gentiq; tractandi sit:idemq; prope est de lucubratorii dormitoriiq; cubiculi ratione dicendum:quę quidem triclinia eo/q in his sit con/iunctus uitę partiendę usus/recte erũt finitima propinquitate nexa/& q utrorumq; usus maxime esse debeat ab interuentorum interpellatio/ne liber/non sine causa utrumq; triclinii genus erit in intermedia do/mus descriptione situm:Itaq; iure in lucubratorio/non modo tubulos auscultatorios/sed etiã coclearias scalas esse debere censemus/ex quorum alteris in auditorio disputantes audiantur/ex alteris intestinum sit descendendi in bibliothecam iter : eademq; ratione paulo supra annecti dactylotheca debet:in eaq; ita sunt gemmarũ arculę descripta ratione statuendę/ut in his commode possint aut aurei seruari nũmi/aut gemmarum genera signata & anaglypta condi:quales eas tabulas in Federici Sanctoseuerinatis senatoris dactylotheca esse cer/nimus/quas tricies mille uenisse auctionaria licitatione ferunt: in peristylio autem ad septemtriones dubitari nullo modo potest/quin librarii senatoriiq; scribæ triclinia collocanda sint:nam cum ea do/mus pars maxime sit a solis auersa cursu/commodius uti constanti luminis ęqualitate potest:quocirca iure his adiunctum iri Ratiocina/rium artificumq; officina debẽt/quorum alterum ea est armariorum descriptione construendum/ut facile modus ex his codices & aduersaria inspiciundi sit:ex quibus celeriter deduci mestrua accepti expensiq; summa possit:altera pictorum/graphidum/encaustuum/toreu/tuumq; officina sit:qualis nobis pueris ea uideri potuit/quę in Io. Aragonis senatoris domo erudita fuit:in qua a/Caradoxo Mediola/nense anaglyptum atramentarium antiquo opere ex argento cęla/ri uidimus. Quin etiam in eadem peristylii ambulatione ad aquilonem/eorum sunt triclinia statuenda/qui maiorum gentium in familiam conscripti uideantur:quales flamines/admissionales/anteambulones/archiatri, & id genus nominari possunt:quod idem est de superiorum tricliniorum ratione affirmandum:quæ sic quoquouersus de

Q đ cella cẽato/ria debt esse supra uiridariũ.23

Q đ cel.repositoria argẽti debt esse propinqua cenatorię 24

Q đ cel.locubratoria & dormitoria đbẽt eẽ ꝓpinq̃ ꝓpter alternationẽ studii & sõni .25:

Q đ iste cel.đbẽt habere scalas quę descẽdãt in bibliothecã & scholam .26.

Q đ scalę debẽt habẽ fistulas auditorias ex qbus audiãẽ disputãtes ĩ schola .27

Q đ his debt eẽ ꝓpinqua cella gemmarum .28.

Q đ cel. secretarii & scriptoris đbẽt esse ad septẽtriones ꝓpter ęqualitatẽ luminis .29.

Q đ cel.ratiõarii & pictoris đbẽt esse ad eãdẽ cęli partẽ ꝓpter eadẽ rationẽ:

Caradoxus Mediolanenſis aurifex.
Q đ cubi. cappellanoꝶ ſcutiferoꝶ & ſimilum debẽt eẽ in ꝑiſtylio ꝓpter propinquitatẽ aulę. 31
Q đ cubicula reliquę familię debẽt eſſe ſupra ꝓpter defẽſionẽ domus 32

DE ORNAMENTO DOMVS.

Q đ duplex debẽt eſſe genus ornamẽtoꝶ.
Coſm9 Medices
Federicus Vrbi.
Sixtus .iiii.
Robertus dux Salernitanus.
Iulius .ii.
Ornamentũ ex lapide tiburtĩo:
Raphael Riarius Car. tt. Georgii Sabineñ:
Hadrianus C tt. .S. Griſogoni Bathonieñ.
Ornamentũ ex lateribus

bent tranſitoria ambulatione necti, ut facile ex ea facultas familiæ ſit, aut in ſeditione tuendæ domus, aut in interregni tempeſtate repugnandi: ornamentorum autem genus duplex eſſe poteſt: unum quod extrinſecus in excolendorum ratione uerſatur: alterum quod in interiori ornandi deſcriptione conſiſtit: Ornamenta enim quæ extrinſecus adhiberi ſolent, temporum conditione diſcendiq; progreſſione mutantur: ſiquidem patrum memoria Coſmus Medices, qui auctor Florentiæ priſcorum ſymmetriæ renouandę fuit, primus Traiani fori modulo eſt in ornandorum parietum deſcriptione uſus: poſtea uero, a magno homine Federico Vrbinate ex manubiis bellorum multa ſunt renouata ſolertius, quod idem eſt a, Sixto quarto in libellionum plumbariorumq; tricliniorum deſcriptione factum: Nec multo quidem longe Robertum Salernitanum ab ea ſymmetrię ratione diſceſſiſſe in parthenopea domo ædificanda ferunt. At hodie plura pręſtantius a, Iulio ſecundo in uaticano palatinoq; ſuburbano conſtituta cernimus, eoq; uidemus ędificandi deſcriptionem artifitioſius abſolutum iri, quo fit ingeniorum ſedulitas temporis progreſſione maior: Itaq; cum ĩ hoc genere uarius celebretur ædificandi modus, multumq; ſit ratio in ornando diſpar: facile intellectu eſſe poteſt, alios ad amphitheatri ſymmetriam tiburtino lapide ſolere in parietum ſtructura uti: quales ædes Raphaelis Riarii in Theatro Pompei, & Hadriani ſenatoris in uaticano numerari poſſunt: nonnullos, qui laudem in ædificandi frugalitate ponũt, intercolunniis lateritiis addere mutulos epiſtyliaq; tiburtina uelle, quoſdam etiam, qui cementitia ſtructura delectentur, tectorio uti ſcalpturato malle, qualis modo eſt .F. Alidoſii Ticinenſis ſenatoris, artificio concinna magis, q̃ mamorum copia ſumptuoſa domus: quare hęc ornamentorum genera ad eam ſunt prudentiæ terminationem reuocanda, in qua non modo quidam inſit deſcriptioni lepos, ſed etiam is ſumptus in ædificando fiat, qui imperitam multitudinem, quæ ad ſenatorum cædem, aut ad eorum bona diripienda imminere uideantur, potentiæ magnitudine opumq; admiratione deterreat: nam cum perſpicuũ ſit, indoctam hominum multitudinem ſenſu ſolere magis q̃ ra-

tione meditata duci, satis sciri potest, eam, cum sumptuosas senatorum ædes spectando admiratur, perfacile solere ab iniuria inferenda reuocari: cum senatoriam potentiam estimet sensus imbecillitate tanti, ut nullo modo locum sibi patet ad eos pellendos, aut ad eorum bona diripienda dari: At uero cum homines a senatorum genere cernunt modicas habitari ædes, easq; subito credunt oppugnatum & disturbatum iri posse, facile prædæ peruersæq; libertatis spe de eorum statu conuellendo & labefactando cogitant: Ut patrum memoria Eugenio Quarto contigisse legimus: qui cum in domo transtyberina habitaret, propter contemptum non modo est ex domo deiectus a plebe, sed etiam ex urbe est tribunitia seditione pulsus. Quod si hoc Pont. Maximo plebis aspernatione contigit, quid putandum est senatorum generi euenturum, qui sine fascium metu, sine p stipatorum custodia armata uiuant? Itaq; si in alterutrum incidendum est, dubitari nullo modo debet, quin magis sit optanda in senatoria domo ornanda ratio, quæ dignitate sic oculos præstrinctura plebis, q̄ quæ contemptum mediocritate paritura uideatur: Interiorum autem ornamentorum genus multiplex adhiberi solet: siquidem multi plastices ratione, nonnulli statuaria, quidam etiam gypseo uti ornamento malunt: nobis uero frugalius & utilius id genus uideri in senatoria domo ornanda debet, quod pingendi ratione constat: nec enim dubium esse potest, cum homines aliquo picturæ genere teneantur, quo possint tanq̄ præsenti historiæ eruditione frui, quin in his ex uehementi imaginum similitudine, aut animi appetitio præparetur, aut motrix euocetur uirtus: quandoquidem Aristotele auctore imaginatione & intelligentia rerum dicatur contineri uis: Quocirca in atrio, quod est in hominum conspectu constitutum, ea debent rata intercolunnii mensione pingi: quæ maxime sunt a nostrorum imperatorum genere, christiana ratione gesta. Quid enim est aut tam admirabile q̄ spectare pontificię maiestatis uerecundię Constantino Cęsari cauiam fuisse, urbis omniū gentiū principis deferendę Imperiiq; in Thraciā transferendi datā? aut tam iocundum cognitu, q̄ Carolum Magnum. S. C. ac

F. Aldosius Cā. Papieñ.
Q̄ď domus. C. debet eē sūptuosę
Q̄ď plebs insurgit cōtra Car. ꝓpter cōtēptū.
Eugenius.iiii.

ORNAMENTA INTERIORA.
Q̄ď triclinia debēt magis pingi:

Arist. de motu animalium.
Q̄ď in atrio debent pingi gesta Imperatorū Christianorum & ducum .i.
Constantinus Cęsar

Carolus Ma-
gnus.
Q. d i ambulatio
ne debet repre
sentari historia
& scriptura .2.
Q d i aula debet
pingi principes
q fuerut rebel-
les eccliæ & do
miti sunt .3.
Federicus .ii.
Mafredus Rex
Neapolitanorum
Q d i aula debet
pingi principes
q humiliati ue
nerut ad miseri
cordia eccliæ.4
Herricus.iii.
Canosu oppidu
Gregorius .vii.
Q d i cappella d
bent pingi prin
cipes q profe-
ssi sunt religio
nme mendi-
cantu & seruili
bus officiis fu-
cti sunt .5.
S.Lodouicus
S.Thomas

cersitum cernere ad Longobardos Italiæ possessione pellendos, hostesq; ab eo fugatos, & Italiam diuturna barbarorum uexatione liberatã, eumq; deinde ex. S.C. terrarum orbe partito, imperatorem fuisse Pont. Max. referente factum: in peristyliis autem & ambulationibus ea exprimi pingendo possunt, quę uatum nostrorum consignata traditione constant, non quæ priscarum fabellarum narratione pingi fingendo solent: At uero in aula eorum est species pingenda notatior, qui cum imperium Pon. Max. S. Q. delere conati essent, graues iustasq; Rei pu. dedere poenas, qualis ex eo genere Federicus secundus numerari potest: qui cum diu maxime acerbus in Re pu. uexanda fuisset a Manfredo filio est propter fruendi regni cupiditatem interfectus: nec item minus homines in eo picturę genere admoneri admirãdo possunt, in quo eorum solẽt repręsentari casus, qui cum sępe Rem pu. labefactando aflixissent, animi postea morsu scelerumq; recordatione fracti ad Pont. Max. S. Q. potestatem compressa superbia redierunt: ut Herricum tertium fecisse in Gregorii septimi fide imploranda ferunt: Nam cum ad eum gratię reconciliandæ causa in Canosum Galliæ oppidum uenisset, intellexissetq; se ab eo reiectum & repudiatum iri, triduo dicitur piaculi causa extra pomęrium nudis pedibus mansisse pe nulatus: quo quid potest esse in superba foelicitate maius: quid admirabilius q̃ Imperatorem Po. Ro. maximo exercitu summaq; belli disciplina prętantem, eius se subicere potestati uelle, qui sine ullo armorum militumq; præsidio, execraria tantum potestate niteretur: in sacello autem id picturę genus maxime probari debeti, in quo aut Deæ hospitalis imago, aut diuorum potest representari uita: quid enim uel splendidæ fortunæ contemptu, uel demitæ superbiæ exemplo tam admirabile spectatu esse potest, q̃ in sodalitiorum conturbernio, aut Lodouicum Neapolitanorum regis filium cernere colinaria lauare uasa, aut. D. Thomam Theologorum ducem olera spectare sarrientẽ: ex quo quidẽ intelligi potest senatorium sacellum eo pictum esse debere eruditius, quo facilius animi, oculorum admonitu ad factorum imitationem excitari spectando possunt: quale illud uotiuum sacellum historiæ ratione iudicari potest, quod est a clarissimo homine

Sixto quarto in æde palatina constitutum : aut quale illud Oliue/ rii Carraphæ senatoris uideri debet / quod est in Mineruæ de u/ bro ingeniosa argumentorum ratione pictum . In salutatorio uero id maxime solet picturæ probari genus / quo principum dissimi litudo in postulantium genere audiendo ostenditur : ut si modo Petrus Soderinus Florentinus dictator cernatur assidere solere sem per / quotiens uideat salutatorem aduentare senem / quo ei hono rificentior causa sit / senem recipiendi sessum : uel contra spectare/ tur Paulus Secundus homo urbana calliditate uafer / cum postu / lantem audire solere ambulando /quem id esse petiturum iudicaret/ quod ei esset priuata utilitate negaturus / quo causa oculorum ob/ tutus fugiendi esset / negandiq; pudor posset ambulando dilui: aut rursus Lodouicus Sfortia cernatur / a / lumine auersus audire con suesse postulantes / quo lucidius & certius hominum naturam ex oculorum motu notare iudicando posset . Siue Ioannem Medicē senatorem cernamus hoc auditorio tempore in aulam / aut sixtum uenire solere semper / quo omnibus sine ianitore pateat adeundi uia. Eodemq; modo de dormitorii cubiculi descriptione dicendum est : in quo ea maxime esse debent uirtutum expressa signa / qui/ bus animi ad similitudinem factorum matutina commonitione ex/ citentur . Vt si . F . Sfortiam spectari debere dicamus / quotidie collimare solere iaculantem / qnod maxime sit in bellorum exitu pręsentiendo / prudentiæ cogitatæ signū:in quo quidem multa eius generis inueniri possunt / quæ domestica senatori sint proposita exempla ad imitandum domi: Atq; idem fere est æstiuorum tricli/ niorum describendorum modus : in quo genere eo est pictura putā da litteratior / quo subtiliori mathematica ratione constat : ut siqd modo spectetur hydraulica / aut ethesibica machinatione pictum / in quo ratio subtilior considerandi sit:quod idem est de ductaria / trac toria / oppugnatoria / siue corriuatoria ratione dicendū:ut nos apud Ianenses sumus in Cortesii Oppidi lacu construendo cōmēti:ex quo humum scrobibus aqua corriuata eduximus : Nec item minus eru ditæ iucunditatis habet / aut mundi depicti pinax / aut eorum descri ptio locorum/quę nuper sit nostrorum hominum audaci circum / uectione nota/ qualis ea modo iudicari potest quæ est ab

Sixtus.iiii.
Oliuerius Carra pha Ca.Ostieñ
Q đ in cubiculo audientię debēt pingi principes diuersi mode dantes audien/ tiam .6.
P.Soderinus
Paulus.ii.
Q đ in cubiculo dormitorio de bent pingi prin cipes cum acti bus diuersimo de significanti bus uirtutes .7.
F.Sfortia
Io.Medicesdia/ conus Car.Ma rię in Domica
Q đ in cubiculis ęstiuis debent pingi īstrumēta mathematica.8
Q đ in his debēt pingi mappa mūdi & descri tio terrę noui/ ter īuentæ .9.
Oppidum Cor/ tesium:

Emanuel Rex Portugallensiũ

Emanuele Lusitanorum Regem de Indiæ peruagatione facta: Eadē q́ est zographiæ describēdę ratio: qua diuersorum exprimitur animantiũ natura notatior: in qua eo est commenti sędulitas laudanda magis, quo minus nota animantium genera exprimi pingendo solent. Eodem q́ modo in hoc genere ęnigmatum apologorum q́ descriptio probatur qua ingenium interpretando acuitur, fit q́ mens litterata descriptione eruditior

DE FAMILIA CAR DINALIS.

NVNC AVTEM Sequitur Vt de Familia Se natoria statuatur: In quo quidem intelligendum est homines ceterarum artium similitudinem debere in familia administranda sequi: Nam quemadmodum artes uidemus instrumentorum genere egere, quibus absoluere possint artificii sui munus, sic senatorem dicimus familiæ egere comitatu, quo uti in domo gubernanda possit, quare quemadmodum nulla est ratione dubitandum, si fabrilis artificii sit patefacienda notio, quin prius de instrumentorum genere statuendum sit, ita dubitari nullo modo debet, si ostendenda sit domus administrandæ ratio, quin prius decerni de familiæ ratione debeat, quæ tanq̃ instrumentum sit ad domum regendam constituta: Itaq; intelligendum est omne famulantium genus quadripertita ratione contineri: quorum unum natura, alterum præscriptione legum, tertium mercede, quartum animi uirtute famulans nominari possit: ex eo enim genere quod suapte naturæ conditione seruit, hi maxime numerantur, qui cum ob consilii prudentiæq; uacuitatem, uitæ regendæ ratione careant, iure alterius potestati naturæ præscriptione committuntur. Eorum autem qui sunt lege constituti serui, triplex potest numerari genus: quorum unum belli iure, alterum emptione, tertium ortus seruitute constat: belli enim iure hi astringi seruitute solent, qui sunt legitima belli ratione capti: quales nobis pueris hi uideri poterant, qui sunt ad Iñocentiũ octauũ a Ferdinãdo Hispanorũ Rege, betico bello missi at ex emptione eos dicimus seruitute necti, qui aut inuiti uenesit, aut

Q đ Car. debẽt sequi modum naturæ in administranda familia. .1.

Q đ familia quadripertito diuiditur .2.

Q đ sũt qdã serui naturales .3.

Q đ sũt qdã serui legales .4.

Q đ quidã sunt serui belli iure .5.

.D.i.c.ius gentium

Q đ quidã sũt serui empti .6.

.ff.de lib.ca.c.si quis sciens.

qui se libera animi optione uendunt, quibus emptionis modo, aut pacti dissimilitudine, ius libertatis amittendæ, aut retinendæ datur Ex nascendi autem conditione hi seruitute colligari debent, qui ex mancipii connubio sunt in legitima seruiendo ratione nati, cum perspicuum sit, natura foetum sequi solere matrem: quo in genere ius heris seruorum liberandorum datur: at ex mercennariorum nu, mero hi maxime nominari possunt, qui cum aliquo artificii gene, re excellant, quæstus mercedisq; utilitate seruiunt, quales Ar, gentarii, Pictores, Statuarii, Musici, & qui sunt generis eiu, sdem uocari solent. Ex animi autem uirtute sciri debet, numerari solere eos, qui aut gentilicio splendore, aut magnitudine doctrinę præstant. Itaq; intelligendum est, ex eo hominum genere, qui fa, miliæ uetustate excellunt, quosdam natura, a, seruiendo auocari, quosdam, ad famulandum suapte ingenii procliuitate duci. Siqui, dem Romani, quibus summa est ferocitatis uis natura inflammata sata, minus lenta patientia uti in senatoria seruitute possunt: Nea politanorum autem genus ociosę ingenuitati natum difficile auel, li ab illa placida uiuendi ratione solet: at Florentinorum natio, cum temporis curriculum utilitate metiatur: plusq; sibi commo, di arbitretur, ex negocio q̃ ex officiosa ambitione nasciturum, nul lo modo adduci potest, ut in ambigua fati expectatione uiuat: Veneti uero cum propter imperium late dominantis urbis, qua, si suapte frui libertate uelint, uerecundia peruersa solent eiusmo, di aspernari famulandi genus: contra autem Galli, qui fanorum multitudine abundant, ualde sua interesse putant, ut in gratuito se natorio famulatu sint: quo eis facilius iter dignitatum adipiscen, darum detur: quod idem est de Britannorum Germanorumq; genere affirmandum: sed præter cæteros ab Hispanis hoc hono rificum famulandi genus expeti ambiendo solet, nam cum am, bitionem opinentur lentæ fortunæ esse debere calcar, ingenii cal, liditate freti, prouisa meditataq; sedulitate seruiunt: quocirca dan da est opera, ut hi, a, senatorum genere in maiorum gentium numerũ ascribantur, qui aut familiæ splendore, aut doctrinæ dignitate præ,

Q d̃ quidam sũt serui ex ortu. 7.
Q d̃ quidam sũt serui mercen, narii .8.
Q d̃ quidam sũt serui ex uirtute. 9
Nobilitas ex doctrina.
Differentię ser, uientiũ ꝑ genus
Q d̃ ROMA, NI nõ seruiunt naturaliter
Q d̃ Neapolitãi nõ seruiũt propter cõsuetudinem nobilitatis nõ occupatam
Q d̃ Florentini nõ seruiunt ꝓpter certitudi, nẽ facilioris lucri & certioris
Q d̃ Veneti nõ seruiũt ꝓpter magnitudinem imperii.
Q d̃ Galli & Germani seruiũt ꝓpter spem be, neficiorũ, qui, bus abundãt
Q d̃ Hispani cõsulto seruiũt:
Diuisio nobilita.

ſtent: nobilitas enim duplex nominari poteſt : una quæ hominum opinione iudicatur / altera quæ perpendi ueri extimatione ſolet : Ea enim quæ multitudinis approbatione ponderatur / maxime poteſt ex ſtirpis opumq; uetuſtate nasci / nam cum hominum uulgus res humanas opum poteſtate metiatur / facile eos excellere nobilitate putat / quorum ſit opum poteſtas diuturnitate nota : ea autem quæ ueri integritate nititur / maxime in morum ratione uerſatur : Itaq; ſi ex alterutra eſt famulantium ſeligendum genus causam du/bitandi nõ habet / quin hi ſint in familiam aſciſcendi potius / qui mo rũ ratione excellant / q̃ qui ſpectatu nobiles uideri poſſunt: Eademq; eſt doctrinæ habenda ratio / nam cum maximarum artium ſtudium in uacationis quadam præſtantia conſiſtat / ſatis intelligi poteſt eos / qui ſe doctrinæ dediderunt / conſtantius ſolere famulari / cum minus abduci a uitę perpetuitate ſoleant : quis enim diutius cum quoq̃ q̃ aut Manilius Rallus cum Marco Barbo / aut Bartholo/meus Salicetus / cum Aſcanio Sfortia / ſiue Io . B . Almadianus cum Oliuerio Carrapha uixit : quorum duos nihil nuq̃ niſi mors herilis ab aſſectando auocauit / alter ita eſt in famulando conſtan/tia continuata fidus / ut idem ei prope conſtitutus uideatur uiuen/di & aſſectandi finis : quin etiam peſpicuum eſſe debet / hoc ho/minum litteratorum genus maxime abſtinentiæ florere laude: ſiqui/dem cum ab his pluris mentis q̃ opum uſus in uiuendo fiat / facile in promptu eſſe poteſt / eos in illa rerum genera incumbere ſo/lere uehementius / quæ comtemplandi ratione conſtant / q̃ quæ ſint uulgi ęſtimata ſenſu : Beſſarion quidem Nicenus Senator homo in famulantium abſtinentia ponderanda ſapiens / cum quinquies mil le doctiſſimo homini Theodoro Gazæ cuſtodiendum commiſiſſe diceretur / rogareturq; poſtridie a / quodam cur ei magis tan/tam pecuniam q̃ aliis ex familia crediſſet / quia a / Theodoro in/quit pluris fieri doctrinæ q̃ pecuniæ ſtudium in bonorum extima tione ſolet . Atq; etiam apertum eſſe debet / eos / a / quibus con teritur contemplando ætas libidinum ardore duci ſolere tempera tius / cum ſatis intelligi detur / his qui in ſtudiorum aſſiduitate / uerſantur / perpaulum eſſe in uenere perfruenda loci .

Nobilitas ex antiquitate diuitiarum

Nobilitas ex morum ratione

Nobilita ex doctrina:

Q đ litterati ſũt cõſtantiores in ſeruiendo .1.

Mãlius Rallus

Bartholomeus Salicetus

Io. B. Almadianus:

Q đ litterati ſũt abſtinẽtiores .2

Beſſarion Car. Nicenus.

Theodorus Gaza.

Q đ litterati ſũt tẽperatiores .3.

Q đ litterati sūt uerecūdiores.4.

Eodem accedit, q̄ hi eo facilius eiusmodi uoluptate carent, quo magis pręter cęteros solēt uerecundię admōeri sensu, nequid flagitii fruēdo contrahant, quod eis probro futurum sit: eademq; ratione sciri

Q đ litterati sūt minus ambitiosi. .5.

potest, ambitione eos exedi solere minus, nam cum opum honorūq; prestantiam haud quaq̄ putent fieri debere tanti, quanti fieri doctrinæ magnitudo debet, moderatius id appetere ambiendo solent, quod

Q đ litterati sūt utiliores. .6.

ab his minoris ęstimando fiat: Quod idē est đ doctrinæ utilitate dicendum, qua non modo edicta consignata legum, sed etiam Mathematica, Phisica, Theologicaq; quęstionum genera enodari possunt quare iure est in hoc genere cauendum, ne quis in maiorū gentium

De numero familiarium Car.

numerum referatur, qui minus sit aliqua magnarum rerum disciplina doctus: Sed maxime hoc loco de famulantium numero disputari potest: in quo quidem multi, cum senatorię ostentationis uelint mo-

Multi dicunt sufficere.60.

derari uentum, exiguum famulantium numerum pręfiniendum esse censent: contra autem alii usq; eo deducere numerū amplificando uolunt, quoad sexageni ex senatoria familia numerari possint: Nos autem non modo temporum rationi, sed etiam familię absolutioni seruiendum esse arbitramur: nec.n. dubitari debet, quin mutatis modo

Q đ debet augeri numerus Familiarium ꝓpter rationem temporū

Italiæ temporibus causa honestior. Familiæ augendæ sit, q̄ auorum memoria in illa temporum tenuitate fuit: quandoquidem laus frugalitatis sit non hominum modestiæ, sed temporum illorum rationi data, quis.n. modo tam peruersa frugalitatis simulatione reperiri posset

Oliuerius Carrapha Car.

Io. An. Alexandrinus Car.

qui aut Oliuerium Carrapham, aut Io. Antonium Alexandrinum senatores modestissima senectute graues ob eam causam laudandos putaret, proptereaq; in senatum uenire denum tantum assectatorum comitatu uellent, cum ea famulantium tenuitas, aut eo contemptius despectum iri posset, quo est uulgi sensus in iudicando languidior,

Numerus familiarium debet augeri propter perfectionem

aut eo uideri posset oculos hominum offensura grauius, quo eiusmodi simulata ostentatio odiosior esse solet: At ob familię absolutionē eo amplius numerus debet augeri secernendo, quo famulātium uirtus cumulatius a pluribus absolui in munere fungendo potest, ut .n. in tractorio genere uidemus a plurium multitudine onera grauiora duci, sic in senatoria familia dicimus plurium multitudinem inter se

Q đ numerus đbet esse .120.

in domus onere ferendo suffragari solere fortius: Itaq; iure ex famulantibus sexagenos in maiorum, & octogenos in minorum gentiū

numerum conſcribi debere cēſemus/quo ſatis & negotiorum rationi & uirtuti utendę fiat:nihil .n. magis poteſt ſenatoris eſſe probi / q̃ famulantium multitudine erudita frui/nihilq; tam eſt liberalitatis cō ſideratę proprium/q̃ pecuniam in eam familiam erogare/quę ſit om nibus tanq̃ quoddam ad imitandum conſtituta ſignum/quo circa nō ſine cauſa queri hoc loco poteſt / num famulantium generi a / ſena tore ſit annua decernenda merces:in quo quidem intelligendū eſt iu re operi ſtatui debere pręmium/atq cū perſpicuum ſit/ſenatoriam fa miliam in ea quotidie munerum functione uerſari/ qua maxime ſo / leat contineri domus/nihil cauſæ eſſe debet/quin familię annua a / ſenatore pecunia conſtituenda ſit:atq; etiam cum pręclare notum ſit ſcribarum apparitorumq; generi mercedem prę.oria lege dari/ quo rum tātum interſit uni seruire urbi /dubitari nullo modo debet/quin multo ſit magis premium ſenatorię familię decernēdū/cuius maxime interſit/omnium gentium inſeruire commodis:Eodemq; modo ſciri poteſt/eos qui in ſenatorio famulatu ſint / cęteris uiuere debere ex / peditius/ſed cum perfacile iudicium ſit/egeſtate ſolere ſeruiendi im / pediri uſum/ſatis argumenti eſſe debet his omnino opus eſſe mer / cede/quo liberiores in famulando ſint: Quin etiam his eſt merces ſtatuenda magis/de quibus mag s dubitari poteſt / ne in improbum ſordidumq; quęſtum ambitioſa mendicitate cadat / atqui cum ſatis apertum ſit/maxime ambitione famulantium urbanorum exedi ſole / re mentem/facile concedi poteſt/pręmio affici debere eos/ ne pro / pter ambitionē eis causa ad ſordidum quęſtum delabendi ſit/dein / ceps quoq; his eſt maxime annua referenda gratia / in quibus ualde uerendum ſit/ne propter meritorum confidentiam iure queri ſeruiē / do poſſint:at cum infamumulantium genere locus uerendi detur/ ne propter cumulatā ſeruiēdi aſſiduitatē cauſa poſſit querendi naſci / du bitationem non habet/quin fatendum ſit/his certum quoddam ſta / tui debere pręmium/quo querendi cauſa tollatur:eodemq; modo prętereundum non eſt /id ſenatores debere magis in familia honeſtan / da ſequi/quod magis ſit ad uirtutis imitationem excitandam aptum ſed cum palam intelligi poſſit/homines nulla re q̃ præmio ad uirtu tem capeſſendam excitari magis/in promptu eſſe debet/eos/ſi famu lantium generi merces/a/ſenatore ſtatuatur/pręmii cupiditate uehe/

Num debeat da ri ſalarium fa / miliæ

Qđ dādum eſt ſalariū propter opus .i.

Qđ dādum eſt ſalariū propter exēplū aliorum .2

Qđ dādum eſt ſalariū propter expeditiorem uſum .3.

Qđ dādum eſt ſalariū ad uitā dam ambitio / nem .4.

Qđ dādum eſt ſalariū ad uitan dam querelam familiarium .5.

Qđ dādum eſt ſalariū ad exci tandos alios ad uirtutem .6.

mentius ad uirtutem excitatum iri: Idq; eo fore utilius, quo ex urbe q̃ ex cęteris ciuitatibus latius sit dimanatura fama: postremo id est maxime a senatore fugiendũ, in quo uerendũ sit ne muneralis ambitus postulari possit, sed cum facile intellectu sit, senatores si minus familię pręmium annua mercede constituant, fanorum datione solere in beneficiorum genere remunerando uti, dubitari nullo modo debet, quin eiusmodi ambitus postulari possint, quãdoquidem externa beneficiorum genera spiritus bonorum hostimento ęquari uideantur: quo nihil senatori esse potest in uita degenda grauius: quare ob eam causam iure dicimus his qui ĩ maiorum gentiũ genere numerãtur, annua nũmũ quinquagena esse statuenda: quo sit honoratior in seruitute uirtus: Ideoq; sapientissime est. S.C. lex mercennaria lata, qua potestas famulantibus opitulãdi est ex patritia gaza senatori datur: ex quo multis antiquissimũ fuisse scimus, ut famulantiũ generi non modo mercedem, sed etiam annuam strenam darent, ne iustitia obsoleuisse remunerandi intermissione uideretur, neue in tã libera urbe iure queri posset senatorię auaritię obtrectator cętus: Sed quęri maxime hoc loco solet, quẽadmodũ famulantiũ generi fana decernenda sint, in quo primum est intelligendum illud, num uni plura fana mandata sint, nam si uni plura ascripta sint, abesse non potest, quin apertũ sit, eum minus cunctis facere posse satis: eodem accedit, q ex fanorum accretione, non modo occasio custoditicii muneris negligendi datur, sed etiam causa iniustę partitionis excitandę nascitur, cum palam exploratũ est, uni plura decerni, & alteri ne ullum quidem mandari fanum, qui tamen sit doctrinę morumq; ratione par: ob eamq; causam iure est lege abrogatoria latũ, ut hi qui minus in custoditicio munere uersantur, fano mulctatũ iri possint: quod quidem tum maxime euenire posse diceretur, cum famulantiũ generi esset ab affectatoria assiduitate discedendũ: at uero eos qui diu in senatorio famulatu uiuãt, facile affirmari auctore Ostiẽsi senatore potest, abrogatoria lege excipi, quominus fano spoliatum iri possint: eademq; ratione cauendum est, ne famulantibus id ualitudinarii genus senatoria suffragatione decernatur, quod aut ad ęgros sanandos, aud ad expositios infantes alendos constitutũ uideatur, quandoquidem facile in promptu esse possit: id fanorum genus eo magis ualitudinarii pręfecti assiduitate egere, quo est pluriũ tuendorum ac-

Q đ dãdum est salariũ ad uitã-dũ simoniã .7.

Q đ cappe'lanis & scutiferis debent dari .50. aurei ãnuatim

Quomodo familię sint dãda benefitia

Q đ nõ sũt danda benefitia ei q̃ ht plura c .i.

C. ultimo de cle. nõ resi. & .c. significatum.

Q đ familiares Car. qui non residẽt non priuantur:

Cardi. Ostiens Io. An.

Q đ nõ sũt danda hospitalia .2

cessura cura: Nec multo secus est ꝗ eo fanoꝝ genere dicẽdũ, quę mo nachoꝝ sacris, aut gentilicia potestate continentur: cum eoꝝ altera ad priscam uitę sectam reuocanda sint, ut supra est a nobis disputatum, altera debeant largitoria lege defendi, ne alteri inuitis heris extraordinaria datione ascribantur: Quare in hoc genere mandando minus est tum senatoria suffragatio habitura mali, cũ famulantibus decerni ea fana solent, quę aut mancipes ĩ años fiunt, aut minus animoꝝ tuendoꝝ procuratione egent. Ac in pontificatu minoꝝ gentiũ mandando, duplex est adhibenda cautio, una qua beneficioꝝ acceptoꝝ ratio expenditur, altera qua candidati peritia põderatur: Itaq; cũ satis est experiundo notum, eum qui ex familia pontifex dici senatoria suffragatione debeat, non modo meritoꝝ ratione, sed etiã prudẽtia pręstare mentis, dubitationem non habet, quin ei sit pontificatus senatoria nominatione dandus, modo ita sit sacerdotium initurus, ut minus ei causa custoditicii muneris deferendi sit: at uero si affectator candidatus appositior ad urbana munera obeunda uideatur, ut si quispiam sit uel ad obsignationem pontificiam, aut ad expiatoriam censuram, siue ad duodecimuiratus iudiciariam rationem aptus, abesse nullo modo possit, quin in pontificiũ minoꝝ collegium cooptari liberatoria lege debeat qua ei Rei pu. causa sine piaculo sit abesse a custoditicia procuratione licitũ, quandoquidem plus sit uniuerso hominum generi in urbano q̃ in pręfinito prouincię munere profuturus. Sed maxime sciri hoc loco debet, senatoris interesse sapientis naturę ritum in familia dirigenda sequi: nam cum perspicuũ sit, reꝝ creataꝝ generi, non modo id a natura dari, quod sit in finem dirigẽdi princeps, sed etiam remoueri solere ea, quę ultimum impeditura uideantur, satis intelligi potest, senatori summę esse debere curę, ut in extremo adipiscendo tam ab eo famulantium institutioni adhibeatur, quod profuturum sit, q̃ quod sit nociturum adimatur: quare in senatoria familia regenda duplex est instituendi adhibendum genus, unum quod in doctrinaꝝ uirtutumq; ratione consistit, alteꝝ quod in contrario genere repellendo uersatur: Ideoq; ĩ extremo adipiscendo danda est opera, ut domi non modo magnaꝝ artium studia, sed etiã uirtutum genera cultum iri uideantur: nec. n. est satis doctrina acui intelligendi lumen, nisi turbida animoꝝ appetitio mitigetur, qua ma-

Marginal notes:

Q ꝗ nõ sũt dãdę abbatię .3.

Q ꝗ nõ sũt dãda benecefiia de iur patrouatus .4

Dist. xvi. q. vii. .c. filiis.

Q ꝗ dãdę sũt pẽsiones & beneficia sine cura:

Glosa ĩ. c. gratia ꝗ rescripti. l. vi.

Quomodo sit familiari dãdus episcopatus

Q ꝗ q sũt apti uł ad signaturam uł ad similia possunt abesse ab episcopatu

Quomodo sit a Car. dirigenda familia

Q ꝗ litteratura & mores faciũt ad finẽ familię

Q ꝗ in domo Car. debet esse lector quotidianus.

ximе hominum mores euersum iri uiuendo possunt: At in eo genere repellendo, quo extremus solet impediri limes, dubitationem non habet, quin domi id genus hominum sit a familiæ societate depellendum, quod sit aut animi morbo, aut uitæ institutione prauum: quorum imitatione maxime animi proborum auocari a proposita uiuendi ratione solent: Sed in promptu quoque esse hoc loco debet, minus seruari posse familiæ beatę statum, nisi ei quidam pręscribatur in obtemperando modus: nam quemadmodum eos uidemus, qui aliquo morbi genere uexantur, nisi medicorum prouisę curationi pareāt, uolūtaria ęgrotatione angi sic senatoriam familiam iudicare possumus, nisi sibi putet senatori esse parendum, uoluntaria morbi inuitatione occasuram: itaque existere quęstio hoc loco solet, num semper senatori a famulantium genere parendum sit: in quo quidem intelligendum est quędam pręceptorum genera superioris imperii auctoritate impediri: quemadmodum ligneam materiem minus exustum iri solere cernimus, si eam maior uis aquę impeditura sit, ut si litterato homini Marino Carazolo, aliud ab Ascanio Sfortia, aliud ab Alexandro Sexto imperatum sit nihil causę esse uideatur quin ab eo sit Alexandro .vi obtemperandum magis: sed sciri tamen debet, non ita inferius genus superiori subdi, quin ei optio parendi detur, ut si patrum memoria Laurentius Valla Tricaricensi senatori minus obsecuturus in fanorum nundinatione putaretur, proptereaque causa ei uerendi esset, ne muneralis ambitus postulari posset neue ea delicti uideretur inquinari tabe, qua esset animi discrimen aditurus: At in rerum iussarum ratione tum eo est grauior pręcepti aspernandi modus, quo res uideri potest imperata melior, ut si Nicolaus Fliscus senator homo modestia litterata probus, ei puellę trecenties centū dinumerari iuberet, quę minus parentum egestate nuptura uideatur, nihil abesse possit, quin multū negocii ab erogatario contrahatur, si languidius eius studium in persoluendo & dinumerando sit: Quo circa in hoc parendi genere primū est uidendū illud, ne imperandi modus lędi contradicēdo possit: quemadmodū si modo F. Alidosius Ticinas senator homo de Bononiēsiū Ciuitate Pon. Max. cōseruāda cogitans, domestico affectatori iubeat, ut comitialibus diebus eius nomine Bononiensium suffragationi intercedat, ne hi in sexdecimuiratum legantur, qui Venetorum

DE OBEDIEntia FAMILIAE.

Nū sēp familiares debeāt obedire Cardinali

Marinus Carazolus.

Alexander .vi.
Ascāius Sfortia

Quādo non sit paredū Cardi.

L. Valla
Car. Tricariceñ

Nicolaus Ca. de Flisco. tt. S. Lu. in Septemsolis

Contradictio .i.

F. Alidosius .C. Papiensis.

Rei pu.fauere uideantur/is contradicere argumentando audeat/cur
id minus faciendum ſit: Eodemq; modo eſt ſenatori ſine cunctatio Cunctatio .2.
ne parendum/quandoquidem tarditas ad extremum adipiſcendum
obſit/minuſq; conficiendi occaſionem nanciſcatur/quin etiam maxi
me eſt obliuio in obtemperando cauenda:cum perſpicuũ eſſe poſſit Obliuio .3.
ei/qui minus ſit ſenatorii mandati memor/aut cauſam contemnendi
dari/aut inſitum eſſe ſtolidę naturæ malum/quoꝝ utrũq; eſt in me
ditata obſequẽdi ratione fugiendũ/nequid ob alterutrum de exiſti
matione deperdatur:Nec item ea eſt probanda in parẽdo excuſatio/ Excuſatio .4.
quæ ſit uel dolum occultatura/uel exitum impeditura reꝝ:Eademq;
ratione nec laudari triſtitia in parendo poteſt/cũ pręclare notum ſit/
eos qui ſine uultus alacritate pareant/ad obſequendum uideri ſo Triſtitia .5.
lere natura repugnante cogi:Quod cum ita ſit/perſpicuum eſſe po
teſt/perinde ſenatori a familia ut capiti a membroꝝ genere deberi
obtemperandi modum/quo ei facultas domum in ultimum dedu
cendi ſit.

DE AMICITIA CARDINALIVM.

N VNC Autem sequitur ut de Amicitia dicendum sit: quæ maxime ad senatoriam uitam pertinere uideatur: Nec.n.aut prosperis, aut aduersis rebus quicq̃ aptius amicitia uideri debet: Qui .n. modo Lodouicus Gallorum rex quo nemo est in Europa fortunatior imperii sui magnitudinem tueri sine hominum amantium coniunctione posset? quandoquidem regũ fortuna, quo altior esse solet, eo minus longe a delabendi discrimine, aut ab inuidię peruersitate absit, quæ maxime est regalis imperii constituta: labes contra uero quod subsidium amicitia esse potest in rerũ asperitate maius? Quomodo.n. in urbe Pii Tertii interregno tot parthenopei dynastæ lyriana clade abesse ab inopiæ calamitate poterant? nisi eis tantũ opis fuisset ab amicorum liberalitate latum, quantũ tũ esset pręsenti egestati satis: Atq; hoc etiã facile potest in ętatum dissimillima ratione cerni: cum perspicuũ sit, officiosa amicorum prudentia adolescentes a delictorum genere ab insolentiq; uoluptatũ cupiditate auocari. & senes ętate languefacta occidentes in uita iuuari solere melius, ac eos, qui constituti in intermedia ætatis tempestiuitate sint. absolutius inter se muneris uicissitudine studiorumq; cõmunitate necti: qualis nobis pueris inter doctissimos homines Angelũ Politianũ, & Picum Mirandulam coniunctio litterata fuit, cum ab altero astrusus elici soleret ex gręco splendore nitor, ab altero uicissim sapientię suppeditaretur lumen, quo studiorum societas esset in absoluta doctrinę ratione par. Sed cũ de amicitię ratione disputatur, uaria hominum opinio esse solet, siquidem multis amicitiam similitudinẽ esse placet, qua homines inter se naturę pronitate coniungãtur, quãdoquidem cętera animantium genera lętari sui similium comitatu soleant: ut in Gruum, aut Hirundinum genere cernere licere dicunt, quę similiũ & sui generis societate gaudent: contra autem nonnulli affirmant similes inter se aduersari solere diffidendo, ut facile uidere licet inter eiusdem artificii homines dissidium ęmula ęqualitate

Lodouicus Gallorum rex.

Q d̃ amicitia est regib9 & prĩcipibus nessaria .i.

Q d̃ amicitia est necessaria egẽtibus .2.

Q d̃ ami.ẽ utilis omnibus ętatis gradibus .3.

Angelus Politianus

Picus Mirãdula

Opinio uaria de amicitia

nasci: Quidam etiam amicitiam contrariorum genere seruari uolunt ut si dicamus Hermolaum Barbarum hominem quotidie natura me ditātem, & suapte bilis affectione tristem, libenter delectari Iulii Pōponii familiaritate solitum, proptereaq; is maxime esset faceta iucū/ditate letus: ex quo quidem censendum est, in amicitia similes deside rari natura semper, ex aduentitio autem contrarioꝝ genus expeti so solere magis: ut si affirmemus Albertum Pium hominem doctrina & placida grauitate dulcem, natura optare semper Ioannis Lascaris consuetudine erudita frui, ex aduentitio autem municipis mei Virgi lii Nobilii illiterata uti familiaritate malle, proptereaq; is unus inter multos sit naturæ hilaritate & perpetua festiuitate comis, eiusq; sem per iucunda interuentione soleat negociorum angor & tristitia litte/rata tolli, ob eamq; causam, cum diligendi ortus quæri ex trium reꝝ ratione possit, quoꝝ una in certo bonoꝝ genere, altera in uoluptate, tertia in utilitate uersetur, perspicuum esse potest, minus in bonorum genere diligi solere id, quod animæ natura careat: nec.n. affirmari de bet quicquam auro esse posse in amando loci: cum nec amori respō surum sit, nec sui sed nostri causa amari soleat: Quod quidem ualđ auersū uideri ab amicitię descriptiōe potest, cū amicitię maxime ītersit, aliqđ amico cupere eius, non amantis causa euenire boni: ideoq; faci le causa affirmandi datur, amicitiam esse debere diligendi remunera tione parem, non ea colendi obscuritate tectam, qua sit iudicium in amando anceps: ut si modo multi ob id sibi Maximiliani Cæsa ris amicitiam colendam putent, proptereaq; his sit constanti omniū fama & auditione persuasum, eum ingenioꝝ sedulitati suffragari so lere semper, maximeq; liberalitatis & munificentię prębstare laude: ex quo causa sperandi sit, eum sibi quandoq; aut dignitatum ornamen tā prębiturum, aut magnę utilitati fore: quocirca fatendū est eos, qui inter se amare utilitatis causa solent, facile inter se accipiendorum cōmodoꝝ ratione coli, quatenus scilicet alter ab altero bona quęstuo sa capit, quę in mutuū cōmodū reditura sint: Quod idem ē de uolup taria amicitia dicendum: ex quo in promptu sit, utrunq; amicitię ge nus utilitate, aut uoluptate sublata diffluit: quandoquidem homines nō eadem semper ęquali habitus natura constent: ut uidere licet, eos, qui hilaritae naturę, aut dicaci festiuitate pręstent, interdum gestire sole/

Hermolaus Barbarus

Iulius Pōponius

Qđ similitudo naturaliter expet tur in amicitia .4.

Albertus Pius Carpensis.

Ioannes Lascaris Grecus.

Qđ dissimilitudo p accidēs expetit in amicitia .5.

Qđ triplex est amicitia .6.

Qđ ami. debet esse mutua nō obscura .7.

Maximiliāus Cęsar

Qđ q amāt ,p/pter utilitatē nō amāt p se sed secundū utilitatē,pueniente .8

Qđ causa sublata tollit amici. utilitatis & uo. luptatis. .9

re lętius, interdũ moestitia repentina angi, eosq; tum amari solere minus, quo magis a faceta dicacitate absunt: idq; etiam apertius in utili cõiunctione patet: cũ non idem semper hominũ genere utile futurꝫ sit, sed quędã utilia temporibus & locorꝫ ratione fiant, ut si dicamus ęgrotanti medicũ, aut nauiganti utilem nautam futurꝫ: in quo quidẽ cũ hi haud quaq̃ per se, sed ea diligi utilitate soleant, quę ad amantiũ cõmodũ peruentura sit, facile intelligi potest, sublato amicorꝫ usu, eorꝫ quoq; amicitię dirimi solere fidem: itaq; iure dicimus, eã amicitiã, q̃ explorata utilitate constet, maxime expetere consuesse senes, qui cũ diuturnitate sint & decursa ętate fracti, magis utilitate solẽt, q̃ blanda corporis uoluptate duci, quatenus scilicet utilitas sit, aut eorꝫ egestati opitulatura, aut cadẽti occursura uitę: contra autem adolescentes uidemus, cũ maxime sint incõstãti uoluptatũ appetitione leues, nec dũ rationis iudiciũ sint in prima uitę ingressione nacti, uoluptaria solere familiaritate iungi: Ideoq; hi quo appetentius incõsulta amãdi facilitate rapiuntur, eo celerius desinere amare solent: Nã cũ ascendentẽ adolescentiũ ętatẽ uideamus celerrima cõmutatione uti, satis affirmare possumus, cõmutata adolescẽtiũ ętate, facile quoq; eorꝫ amicitiã solere, aut ętate cõfirmata dirimi, aut noua appetitione labi, idq; eo crebrius solere nasci, quo dissimilior uitę ratio, aut studiorꝫ diuersitate, aut fortunę cõditiõe fiat, qua maxime sit uiuẽdi genus ætate cõmutata dispar. Nã Borsius qdẽ Aestensis homo rerꝫ tractatione & solertia natiua prudens, cũ esset eorꝫ hominũ genere delectari ab ineunte ętate soli tus, q ex auripigmẽto aurꝫ cõficere incerta magis q̃ intractata ratione uolũt, atq; ex his unus ad eũ iã imperiũ adeptũ & ętate confirmata uenisset, nec perinde ei uideretur esse ac fuisset puerili ętate gratus, q̃sissetq; ex eo, quid nã causę esse posset, cur nõ tũ tanti ab eo ęstimãdo fieret, quanti esset ab ineũte ętate factus, respõdisse dicit̃, ętate mutari solere amicitiã. At uero beniuolentia quę uirtutis ratione cõstat, cũ per se soleat nõ aduentitia importatione niti, facile absolutior iudicari potest, cũ perspicuũ sit, id natura uideri debere prius, quod per se priuata absolutione cõstet, q̃ quod sit aduentitia inuectione natũ. eamq; causam iure affirmamus: eorꝫ hominũ amicitiã, quę sit ĩ uirtutis absolutione sita, facile cõstantiori cõiũctione necti, cũ in ea nec locus mutãdi, nec causa querendi det̃, quibus maxime rebus soleat ami

Q đ senes appetũt amicitiã utilem .10.

Q đ adolescẽtes appetũt amici. delectatiõis .11.

Borsius Aesteñ.

Q đ amicitia uirtutis est perfectior .12.

Q đ semp id est prius, quod est per se, q̃ quod est per accidẽs

coꝝ claudicare fides: Ex quo qdē iure est hoc loco Marcus Senogaliē sis senator adhibendus auctor, qui cuidā hispano affectatori quęrēti ꝙ minus in urbe amicoꝝ fidelitatē reperire posset, respodisse fert, homo philosophię ratione & theologica disciplina pręstans, minime id sibi uideri debere miꝝ, cū sciret minus ab eo amicitiā in uirtutis ab solutione statui, quę esset habitus in amicitia seruāda cōstans: ex quo existimari potest, nihil eiusmodi amicitię abesse solere boni, quod ad absolutionē cumulatā ptinere possit, cū sola cuncta bonoꝝ genera cō plexa sit, quę cęteraꝝ amicitiaꝝ ratione contineri solent: quandoquidē notū sit, eos, q uirtutis probitate pręstēt, uicissim inter se prodesse & de lectare solere semp, quę sit coniunctio ī amicitia mansura firmior: quo circa nō sine causa affirmat, hęc tria amicitiaꝝ genera inter se confer ri expēdēdo posse, ut si dicamus amicitiā, q̄ suapte natura delectatura sit, absolutiōis similitudinē amādo cōseq, quatēus scilicet hi, q uirtu tis ꝓbitate pręstant, inter se delectationē prębituri gestiendo sint, quod idē đ ea amicitię ratiōe dicitur, quę maxime sit utilitatis latura fruges causaq; probandi datur, hęc amicitiaꝝ genera ob id inter se necti so lere diuturnius, proptereaq; idem inter se sint relatura par: ut si dicāus homines facetos ob id inter se delectari solere uehemētius, ꝓptereaq; inter eos sit delectandi uicissitudo futura in iucunditate referēda par: quod minus accidere in ueneria cōiunctione solet, in qua sępe amā tes nō eadē delectari uoluptate cernimus, ut si affirmetur Paridem Helenæ conspectu gestire solere lętius, & contra Helenam dicatur Paridis suspirio & obsequio inflāmato duci, dubitari nullo modo pos sit, quin his sublatis, amoris sit quoq; cessatura fax: ex quo fatendū sit, ea amicitiaꝝ genera, quæ utilitate & uoluptate constent, tum maxime diuturna fore, cū ab altero alterius diligi moꝝ similitudo po test, eaq; eo durare solere magis, quo magis est amor consuetudine cō tinuata uetus: ut si causa affirmandi sit, Ladislaum Neapolitanoꝝ re gē hominē ueneria cupiditate flagrantem, libenter esse solitū. L. Tro iani consuetudine libidinosa frui, proptereaq; sibi diu esset matronaꝝ attrectatiōe & stuproꝝ assiduitate notus: At cū ī amicoꝝ genere nō đ lectatio iucunditatis uicissitudine, sed utilitas delectationis remunera tione ęquatū iri solet, facile tū sciri cōparando debet, ea amicitię gene ra esse duratura minus: ut siquispiā pecuniā gallico choraulo dinume rare dicat, ꝓptereaq; sibi in saltatione ad doricū sine dithyrābo tym

Marcus Saoneñ .C. Senogalieñ

Quomō cōparant alię amicitię ad amicitiā uirtutis. .13.

Amicitia ueneria

Quādo durant amicitiæ delectationis & utilitatis .14.

Ladislaus Neapolitanoꝝ rex.

Qđ q nō recompēsant delectationē đlectatione, sed delectationē utilitate sint minus amici .15.

Q đ ꝓpter delectationẽ & utilitatẽ diuersi moribus sũt ami. .16
Q đ ami. bonoꝝ nõ mutat̃ .17.
Laus rara Oliuerii Carra. Car. epi Ostieñ.
Q đ in cęteris amicitiis potest male credi de altero. .18.
Q đ ami. potest cõparari quãtũ ad habitũ & q̃tũ ad oꝑationẽ .19
Gabriel fáeñ. C. Vrbinas. tt. S. Agathæ
Io. Stephanus đ Ferrariis: C. Bonovieñ. tt. S. Sergii & Bacchi
Alex. Farnesius. C. S. Eustachii
Lodouicus Tessira Portugalleñ
Oppidum Cortesium
Emãuel. R. Por.
Q đ longinq̃tas tollit usum nõ memoriã amicitiæ .20.

panizet/necessario seq̃t̃/eos ĩter se propter minorẽ similitudinẽ amare cõsuesse minus: Quo cognito intelligendũ est propter delectationẽ etiã & cõmodũ inter se amicos esse solere eos/qui maxime inter se moꝝ natura/aut fortunę cõditione distẽt: ut sępe uidemus improbo cũ ꝓbo amicitię ĩtercedere solere ius/atq; cũ in prõptu sit/nihil in improboꝝ hominũ uita reperiri posse/quod amandũ sit/facile etiã concedi debet/cõmodoꝝ tantũ causa eos inter se amicitię coniunctione uti: Quare nihil abesse potest/quin fatendũ sit/proboꝝ amicitiã mutari nullo modo posse/quandoquidẽ existimãdum sit/amicitiam mutari solere sępe/proptereaq; multa interdũ in altero reperiri inexpectata possint/quę inchoatę beniuolentię aduersatura repugnãdo sint: quod minus euenire in bonoꝝ amicitia continuata solet/cũ nec oblatę criminationi credat/nec de eo male suspicari subtili coniectura uelit/q sibi diu sit amicitia ꝑiclitata & uita explorata cognitus: Qui. n. modo a/quoq̃ male de Oliuerio Carrapha iudicari subtili suspitione posset qui octuaginta iam prope ãnos sit incolumi existimatione & ꝑpetua uitę ĩtegritate notus? At ĩ cęteraꝝ amicitiaꝝ genere facile homines male de altero iudicare suspicando possunt: Quotus. n. quisq; in eo genere est tanti fama peruulgata factus/qui minus perstringi simulati aut clandestini criminis suspitione possit: Itaq; iure amicitia habitu & munere expendi comparando solet/siquidem quidã in amicitię mũere fungendo pręstant/quatenus scilicet cũ amicis mutua delectatiõe uiuunt/& quatenus ĩter se utilitate suppeditata iuuãt: ut si in amicitia dicamus Gabrielẽ Vrbinatẽ/aut Ioánem stephanũ Bononiẽsẽ/Alexãdri Farnesii erudita gręcoꝝ litteraꝝ expolitiõe frui/ĩ qua utrinq; delectãdi sit uicissitudo ęq̃ta sata: q̃dã etiã habitu amici nomĩari possũt/quatenus scilicet ad amicitię munera cessando propẽdẽt: ut facile de eo amicoꝝ genere iudicari potest/qui longe gentiũ consuetudine seiugata absũt: ut si modo dicamus/Lodouicũ Tessiram Lusitanũ iurisperitoꝝ consideratissimũ & concinna doctrina comptũ/a nobis abesse usu dirẽpto longe/eum tamen in Lusitania dicamus reminisci solere nostri/ac Emanueli Lusitanorum Regi narrare consuesse sæpe/non modo quantus/a/nobis sumptus in Cortesio ædificãdo fiat/sed quantũ etiã tẽporis quotidie soleat in horum librorum scriptiõe teri: Ex quo pręclare notum sit/diligendi usum non amicitię memoriam

locorum longiquitate dirimi, nisi homines ita longe gentium consue tudine desperata absint, ut nūq̄ facultas eos inter se fruendi detur, sed cum de uaria amicitiarum ratione disputatur intelligendum est homines fortuna pręstantes, ita amicoꝶ uarietate uti, ut eis ex eo genere qdā uoluptati, qdā usui futuri sint: At cū minus euenire solet, ut eiusdem hominis sit & faceta simul loquacitate uti, & negocioꝶ cō ficiendorum pręstare laude, cum id pluris ab utroqꝫ æstimando fiat ad quod quisqꝫ sit naturæ procliuitate factus, satis consentaneum est ab his uaria diligentium genera in amicitiam recipi solere semper quo dispertito usu & quorūdam festiua dicacitate & quorundam offi ciosa uti sedulitate possint. Q̄d si causa dicendi sit, eos qui uirtutis ra tione pręstant a principum genere ad amicitiam adiunctum iri posse proptereaqꝫ ab his fiat uoluptatis & utilitatis rationi satis, quæ ma xime sit coniunctio in principum amicitia retinenda constans, fa cile putandum est os, nec principum generi amicos esse posse, nec inchoatæ amicitiæ nexum duraturum: Nam cum principes se intelligunt natura aduersante dominari, maximeqꝫ uelint cæteros angustioris esse sensus, quominus multis sit inscitiæ expendendæ locus, satis existimari debet, nihil causæ esse posse, quin ab his deductio in eiusmodi familiaritate fiat, cum apertum sit, mini me eos inter se deferre concessu posse, quasi utrorumqꝫ imperii na tura interesse soleat, & alteri fortunæ potestate, alteri uideantur naturæ debere dominari ritu: At cum in eiusmodi amicorum gene re principes uirtutis ratione præstant, dubitari nullo modo potest, quin inter eos amicitiæ firmitas futura sit, cum perspicuum sit, fa cile idem inter eos posse analogica collatione reddi, quo coniun ctio fiat distincta dignitate par, ut si modo dicamus Franciscū Sode rinū senatorem a Dominico Crispo homine erudito coli, abes se non possit, qn inter eos sit amicitiæ duratura fides, cum ab alte ro tantum alteri tribuatur, quantum sit eius præstans fortuna ex cellensqꝫ postulatura uirtus, ab altero tanti alterius familiaritas in amando fiat, quanti a principe potente fieri amicitia litterata debet: Itaqꝫ cum in amicitia homines inter se pręstantię dignitate distant, du bitationem nō habet quin amor sit ea analogica collatione metien dus, qua præstantiores amari magis q̄ amare debere uideantur:

Q̄d principes d̄lectat̄ uarietate amicoꝶ .21.

Q̄d prīcipes nō uirtuosi nō pos sūt habere ami citiam cum uir tuosis .22.

Q̄d nascit̄ cer tatio īter princi pes nō uirtusos & uirtuosos amicos .23.

Q̄d īter prīcips uirtuosos & uirtuosos po test durare ami citia .24.

D. Crispus Pisto riensis

F. Soderinus. C. Basilicæ. xii. Apl̄oꝶ Volate.

Q̄d uirtuosiores debent magis amari q̄ ama re .25.

Qđ q̃ uolũt honorari ĩ amicitia amãt adulationem .26.
Qđ adulator ostẽdit se magis uelle amare q̃ amari .27
Quaŕ đſideraŕ ĩ amicitia honorari a principibus .28.
Cõſtantinus cominatus Dux.
Maximiliãus Cę
Io. An. Alexã. C
Laurentius Puccius Florenti.
Quomõ naſcũtur querelę in amicitia .29.
Qđ ĩ amici. uirtutis nõ eſt querela .30.
Qđ ĩ ami. delectiõis nõ ſũt magnę q̃relę .31
Qđ ĩ ami. utilitatis ſũt magnæ querelæ. .32.
Quomõ uitãtur q̃relę ĩ amicitia utilitatis .33.
Auguſtinus Ghiſius Senenſis.

At cum id ſolet ex honoris cupiditate naſci, ut ſcilicet quo quiſq; eſt loco & fortuna maior, eo plus honoris flagitaturus ſit, facile ĩtelligi poteſt, homines libenter tum ſe ſinere ſolere blãda aſſentatione capi, quandoquidem adulator ſit amicus ueritate ponderata minor, minoriſq; natura interſit, aut aſſentando blandiri, aut ſe eum fingere ſolere adulando, qui amare q̃ amari malit: obeamq; cauſam multi in amicitia honorari diuerſa cupiditate uolunt: ſiquidem pleriq; ob id a principum genere honorari cupiunt, quo teſtatius amicitia probata pateat: ut ſi dicamus Conſtantinum Cominatum ingenio & bellica laude pręſtantem ob id a Maximiliano Cæſare honorari uelle, quo honos ſit teſtimonium gratię, & cognitæ uirtutis index: Quidam etiam ob id a ſapientium genere honorari uolũt, quo eoꝝ probitatis opinio ſit ſapientium teſtimonio probata firmior: ut ſi dicatur Laurentium Puccium Duodecimuirum compendiarium hominem erudita probitate grauem a ſapientiſſimo uiro Ioanni Antonio Alexandrino honorari auere ualde, proptereaq; eius teſtimonii auctoritate ſit firmior probitas futura ſua: Sed cum triplex ſit amicitiæ genus, intelligendum eſt, in ea amicitia, quę uirtutis ratione conſtat, minus hominum generi cauſã querendi dari: nam cum hi qui inter ſe uirtutis ratione amãt, maxime ſint ad bene de altero promerendum prompti, ſatis argumenti eſſe debet, nihil poſſe ex ea coniunctione naſci ex quo amicorum alienatio, aut diſiunctio futura ſit: cum perfacile ſciri poſſit, homines in ea amicitia neminẽ offendere natura uelle, qui amans ſui uirtute probata ſit: Eodemq; modo nec in ea amicitia magnæ eſſe cauſę querendi ſolent, quę uiciſſim delectatura ſit, quando quidem in ea uiciſſim utriq; ſatis delectando fiat: At uero in ea amicitia, quæ utilitatis confectatrix eſſe dicatur, abeſſe non poteſt, quin querendi cauſa multiplex futura ſit, cum perſpicuum ſit alteri ſe minus capere iri ſolere uiſum, q̃ ſit amicitię fidenti ſatis, alterum minus ſe opinari tantum impertiri largiendo poſſe, quantum alterius neceſſitas exactura ſit: Quod quidem facile uitari in amando poterit, ſi ut quiſq; ab altero eſt accipiendo adiutus, ita ſit in reddendo analogica collatione par: Vt ſi ego Auguſtini Ghiſii locupletiſſimi hominis mutuaticia liberalitate ſim quadriennium in ter centum fruendo uſus, permagni

permagni mea interesse putem/ut ei quandoq; sim in gratia referē/da par:Sed in eo amicitiarum genere/quę inter se prętantię dignitate distant/facile intelligi debet/maxime tum causam solere quęrendi gigni/cum ita est inter superiorem & inferiorem contentio de bonoꝝ genere dispertiendo nata/ut sibi quisq; plus iure deberi oportere putet:Quod idem euenire in ea familiaritate solet/quę sit cōmodoꝝ utilitate constituta/cum persuasum est/plus iure dari debere ei/qui plus cōmodi allaturus amando sit/ut si dicatur in negociantium societate ab eo plus exigi debere lucri a/quo plus pecunię in societatem sit summa deducta latum:At uero contra ab inferioꝝ hominum genere affirmari solet/plus amico egenti debere in promerendo dari/quandoquidem facile notum sit/nullam utilitatem in amicorum familiaritate fore/nisi quippiam inferiori sit ex superioris abundanti fortuna latū:itaq; quo hęc dissimilis officii debitio ęquari dissoluēdo possit/ītelligi debet/ea esse remuneratiōe ī gratia referēda utēdū qua & indigoꝝ hominū generi plus opū/& locupletū foelicitati plus honoris partiēdo dat᷑:Nā Franciscus qdem Philelphus poeta/ut illa ętate heroico sono & dactylica exaggeratione grandis/cū ei Frāciscus Sfortia quingenties centū natalitia largitiōe dedisset/quęsissetq; ex eo quonam remunerationis genere sibi esse posset in gratia referenda par/respondisse dicitur/satis se fuisse eo panegyrico carmine in remunerādo gratum/quod esset ad pręsentē eius famā glorię maturę pręco ad memoriam æternam/tuba uirtutis: ex quo perspicuū esse debet/amicitiā ea ęqua seruari promerendi partitione posse/quæ & fortunatorum hominum generi honorem allatura/& inopum egestati occursura sit:in quo tamen intelligendum est/ minime id officioꝝ genus ęquari pecuniæ mensione posse/ quod ab animo amante manat: Quod enim Georgio Rothomagensi senatori beneficii genus a/Lodouico Gallorum rege præstari par/ in gratia referenda potest/qui ꝑ omnes ętatis gradus uariisq; tempoꝝ casibus/sic est in Lodouici incolumitate tuenda uersatus/ut nunq̄ eius desiderari posset/aut in prouidēdo consiliū/aut in cōstātia seruāda fides?: quę itē nuꝑ gratia par a/ Ferdinando Hispanorum Rege referri Gundisaluo Cor/dubensi poterat ? in quo ranta apparuit in parthenopeo regno ei conseruando & relinquendo uirtus/ut facile amando declara//

Quomodo fiūt q̄relę ī amicitia supexcellētię .34

Quare fiūt q̄relę ī amicitia utilitatis .35.

Quando inferiores q̄rūt᷑ .36.

Quomō potest fieri recōpensatio īter superiores & īferiores .37.

Quomō supiori ē dādus honos īferiori lucrū .38

.F.Philelphus

.F.Sfortia

Quomō difficile recōpēsat᷑ affectio animi & seruitiū 39

Georgius.C.Rotho.tit.S.Sixti

Ferdinādus rex Hispanoꝝ.

Gūdisaluus Ferdinandus

Quomodo non fit recompensatio quādo non datur secundū petitionē .40.

Iacobus Sanazarus poeta Neapolitanus.
Pōtani Vrania.
Quomodo recōpensatio debet ęstimari ab accipiēte nō a dāte
Hieremias cusatrus poeta Cremensis
Descriptio metrica Oppidi Cortesii
Qđ recōpēsatio debt fieri q̄ sit secūdū dignitatē utriusq;.42.
Lactantius Cortesius
De multitudine amicorum
Qđ qdā dicūtq; ī amicitia utiles nō debent esse multi amici.43
Qđ qdā dicūtq; ī amicitia delectābili nō debēt esse multi amici. 44
Qđ qdā dicūtq; ī amicitia uirtutis nō debēt eē multi amici.45
F.Sāctoseue.C.

ret se & uincere bellando scire,&imperando desinere regnare posse: Atq; etiā eodē modo ęstimari debet,maxime tū causam amicitię dissuendę nasci,cum ab altero non id quod expetitur,sed aliud quippiam dari in amando solet,quod minus ab altero concupitum sit:ut si Accius poeta Seraphino cithardo canenti spondeat pecuniam se pro octastico carmine daturū,ac ipse postea uicissim Iouiani Pontani auguralia metra canat,quo uoluptas sit recinendi remuneratione par,satis intelligi detur,cum ab altero lucrum,ab altero canendi delectatio petatur,abesse non posse,quin ęquatio sit futura dispar:quocirca quo quisq; plus est ab altero suffragando adiutus, eo plus ab eo reddi in gratia referenda debet:idq; est accipientis nō dantis ęstimatione ponderandum,ut si ego Hieremio Cusatro poetæ tam opū q̄ criminum egestate pręstanti,pro Cortesii Oppidi topographia numismata signata raddam, quę ab eo minoris ęstimando fiant: Ex quo satis signi sit,in gratię referendę modo,munera perinde esse metienda semper,ut utriusq; dignitati apta futura sint:ut si a Lactantio Cortesio fratre Alphonso minori multum bello latino sit in militari egestate latum,ęquum officii pręmiū uideri in dissoluendo possit,si ab eo in equestrem ordinem sit legitima auctoritate lectus: sed quęri maxime hoc loco potest, num senatores amicorū multitudine abundare debeant:in quo quidem pleriq; in ea amicitia, quę cōmodorū utilitatem paritura sit,angustius amicorū numerum pręfiniri debere putant,nam cum in ea officiorum genera ęquanda esse opinentur,confirmare audent,haud facile amanti euenire posse, ut ei causa omnibus gratię referendę sit:eodemq; modo nonnulli amicorū copia in ea familiaritate carendum esse uolunt,quę sit homines delectatura lętius, quandoquidem perinde in uoluptate amicitiam familiarium paucitate, ut in gustu epulas sale condiri debere credunt, cuius paucitas sit q̄ copia in condiendo gratior:quin etiam multi eam amicitiam contineri familiarium paucitate uolunt,quę uirtutis ratione constat:Nam cum amantis permagni interesse putent,amicorū prosperis lętari rebus,& uicissim acerba calamitate angi,satis ī prōptu esse dicunt,fieri nullo modo posse,ut eiusdē hominis sit,eodem tempore cū quodā amicorū genere lętari,cū quodā lugēdo āgi:ut si dicamus Federicum Sanctoseuerinatem senatorē, cū lyriana clade ad eum,

Galeacius Palauicinus, & Albericus Carrapha salutandi causa uenissent, quorum alter Ligusticum oppidum esset Lodouici Gallorum Regis liberalitate nactus, alter principatum cedendo amisisset, facere nullo potuisse modo, quin contraria affectione moueretur, cum eorum alteri gratulandũ, cum altero dolendum esset, sed cum perspicuũ sit, eodem modo ex sũma amicorum copia: quosdam prospera solere fortuna uehi, quosdam afflicta calamitate quati, satis apertum esse dicunt, amantium numerum astringi debere contractius, ne uno tempore in diuersa amicorum fortuna simul & lętandum & dolendum sit: Nos autem cum senatoriam amicitiam uideamus ad eum diligendi referri debere sensum, qui sit in extima foelicitate situs, facile caritatis præscriptione affirmamus, in ea diligendi ordinem debere statui, qui in deum tanq̃ in orsum & fontem referatur: Atqui cum apertum sit, homines quo magis uirtutis ratione præstant, eo uirtutis pręrogatiua ad deum accedere solere propius, satis existimari conferendo potest, eos imprimis debere senatoria familiaritate iũgi, qui uirtutis absolutione florent, quo amicitia sit ęquata uirtute firmior, sed cum perfacile iudicium sit, homines quo absolutius uirtute cumulata præstent, eo reperiri solere rarius, quandoquidem omnia absolutiora raritatis cõmendatione pręstent, dubitari nullo modo potest, quin causa affirmandi sit, per paucos a senatorum genere reperiri exquisita selectione posse, cũ quibus uirtutis cõmendatione sit amicitia futura diu: At si dicatur ea mensione amicitię expendi debere sensum, qua quisq; diligi partita propinquitate solet, facile tum intelligi distinguendo potest, eo senatores amicorum multitudine abundare debere affluentius, quo pluribus opitulari suffragando debent: ex quo genere anteambulones salutatores deductores & qui eius generis sunt, nominari possunt, qui aut diu ĩ senatoria affectatione uiuunt, aut quos nunq̃ est assiduitatis inchoatę pigitum: in quo maxime uidendũ sit, quantũ sit cuiq; pręstare fas. Itaq; ob eam causam intelligendum est, maxime inter amicos quotidianum intercedere debere usum, quo amicitia fiat in conuictu dulcior: Idq; maxime expeti in uiuendo solet, cũ amicorum uti opa officiosa licet, ut si ego quotidie aut Seuero Placẽtino gręco paraphraste, aut municipe meo. M. Margatto Ianẽsi syllabico cognitore utar, quo societas uitę sit studiorum cõiũctione lętior.

Galeatius palauicinus.

Albericus Carrapha

Q đ Car. ratiõe ritatis debẽt diligere uirtuosos .46.

Q đ Car. nõ possũt diligere multos propter raritatem .47.

Q đ Car. debent multos diligere ratione caritatis erga proximum .48.

Q đ Car. debẽt maxime diligere curiales suos .49.

Q đ amici debent conuersari inter se .50.

Seuerus monachus Placẽtĩus Michael Margattus grãmati.

Q đ Car. debent maxime inter se amare .51.

Quare cum senatores unis moribus, ac quotidiana eiusdem muneris functione, eademq; prope inter se studiorum ęqualitate uiuant, facile sciri potest, ea debere eos inter se amoris agglutinatiōe iungi, qua fratres, inter se necti germana æqualitate solent: nam quo magis inter se sunt, aut experiundi periclitatione noti, aut uiuendi ratiōe similes, siue dignitatis potestate pares, eo inter se arctius astringi beniuolentiæ coniunctione debent, quo senatoria uirtus sit studiorum uicissitudine & amoris æqualitate maior.

DE VICTV QVOTIDIANO.

QVIBVS quidem expositis, deinceps est de uictu quotidiano dicendū: In quo quidem intelligendū est, senatorum uictum affluentia & uacuitate contineri: affluentia.n.est, qua corpus nimis infarciri cibo & potione solet, ut si dicamus a Casano Scytharum Rege, uel congium meri potando hauriri uel hędum uorando mandi, quę minus stomachi calore possint extenuando coqui. Vacuitas uero bipertito describitur, una qua quippiam de ciborum magnitudine demitur: ut si Baizetū Turcarum regē sexq librā uitulinæ edere cęnando dicamus, modo ab eo affirmemus dimidiatā eximi solere partem, altera quæ anni quadripertita mutatione continetur, ut si dicatur, homines difficile ęstate famem solere pati propterea q eo anni tempore hominum corpora maxime siccescere aduētitia ariditate soleant: eodemq modo est de corporei habitus natura iudicandum: ut si affirmetur eos, qui frigida humidaq natura cōstant ex quo genere patrum memoria Eugenius quartus, & Paulus secundus numerari poterant, inediam ferre solere magis, quandoquidem id quod humidum liquidumq sit, facile possit in sanguinis naturam suapte procliuitate uerti: ut satis ex ursorum uulpiumq natura iudicare licet, qui cum humida natura tabescant, hyeme sine potione aut cibo uiuere latendo solent, quod longe secus equorum, aut leonū generi accidere uidemus, quorum cum sit natura feruidior, satis apertū est, hyeme eos carere nequire cibo: At uero hi qui calida humidaq natura constant, quo corporis habitu Franciscum Sfortiam summū imperatorem pręstitisse dicunt, q̄q̄ cęteris diutius uiuere posse iudicētur, nihilo tamen cęteris diutius famem continendo ferūt: nam cum humidum quod eorum corporeę naturæ inest, aeria tenuitate constet, dubitari nullo modo debet, quin sensim consumptum iri fame insidente possit, ex quo facile sit, eorum occasura uita: ut ab hinc ānos quinque apud municipes meos Ianensens, in summa annonæ caritate his usu uenire uidimus, qui cum eiusmodi corporea natura constarēt, celerius tamen uiderentur flaccescere solere fame, & natura exi-

Q đ uictus Car. cōsistit uel ina nitione, uel in repletione .i.

Casanus Rex Tartarorum.

Baizetus Rex Turcarum.

Q đ humidi & frigidi magis ferunt inediā .2.

Eugenius .iiii.

Paulus .ii.

Q đ calidi & humidi nō ferunt inediam .3.

Caritas annonæ 1504.

Q đ frigidi & sicci nõ ferũt inediam. .4.

Q đ tẽperati nõ ferũt inediá .5.

Q đ Car. debẽt esse parci ĩ edẽdo .6.

Vtrum semel ĩ die comedendum sit.

Arist. de gene. & cor.

Ioannes .xxii.

Michael Sfortia

Renatus Andegauensis Rex Massiliæ

Alia opinio medicorum

Calistus .ii.

Alia opinio

nanita labi, quod idem est de eorum corporis habitu dicendum, qui aut frigida natura siccescunt, aut quibus est corporis natura moderata temperatius, cum eorum alteri enecti humidi egestate sint, nec propter inopiam obsistere uitæ cadenti possint, alteri maxime extremorum oppugnatione elidãtur. In quorum generum altero nuper Dominicus Taurinus senator corpore arefacto fuit, in altero nobis pueris maxime Ioannes Aragon natura temperata floruit: quare si hoc loco quæri uideatur, utra edendi ratio in senatorio uictu adhibenda sit, abesse nullo modo potest, quin fatendum sit continentiæ esse debere proprium, perinde frugalitate in edendo uti, ut corporis incolumitati profutura uideatur: hisq; causam sæpius exuriundi dari, cum plane bene notum sit, ab his ob ociosum uitæ genus tantum crudi humoris sedendo colligi, ut facilior his modus inediæ ferendę, q̃ negociantium opificumq; generi in rerum tractatione & uita operosa sit. Sed dubitari hoc loco solet, num semel in die uesci sit homini ad uiuendum satis: pleriq; enim cum quodcunq; corpori offuturum sit, rarius adhibendum esse credant, cumq; Aristotele auctore id maxime cibi potionisq; genus esse opinentur, facile iudicari posse dicunt, satius esse in die semel hora pręstituta uesci, idq; exemplorum multitudine confirmare uolunt: quo in numero Ioannem uigesimum secundum, Michaelem Sfortiam & Renatum Massiliæ Regem fuisse dicunt: qui cum essent hac præfinita edendi ratione sic usi, centesimum prope annum eadem corporis incolumitate uixisse ferantur: contra autem alii affirmant ter in die hominum genus fieri debere saturũ, nam cum hominem cęteris animantibus natura feruidiorem esse opinentur, satis argumenti esse putant, sępius in die cibo humanum egere corpus, in quo genere multos fuisse referunt, a quibus sępius in die edendo sit uita perducta longior, ut Calixto secundo contigisse dicunt, qui cum octogesimum iam ageret annum, quotidieq; soleret diurna ientatione uti, ac quæsitum sæpe esset ex eo, cur homo id ætatis quotidie extraordinaria uellet comessatione uesci, respondere solere ferebatur, se fouere uelle comessando uitam: Atq; rursus pleriq; cũ animantiũ genus semper comsumptũ iri opinentur, quandoquidem satis perspicuum esse dicunt, corporis humorem ignea

depasci auiditate semper, dubitari nullo modo debere credunt, quin fateri necesse sit, homines in die ientare debere semper: idq; multorum minutorum animantium exemplo se posse confirmare credunt, quæ nunq̃ edere uigilando desinant: At uero Galenus, cui est principatus in medicina datus, haud quaq̃ se ualitudinis ratione bis in die uesci solitum fuisse negat: Idq; probari ratione potest, nam cum præclare pateat, cibi potusq; genus ad depulsum alimentum restituendum dari, concedendum est, id restituendi genus diurni nocturniq; interualli ratione contineri, cui sit bina edendi ratione occurrendum, ex quo facile intelectu sit, cibi habitusq; corporei ratione edendi esse dispertiendum modum, quo ualitudinis integritati seruiatur: siquidem cum quędam interdum crassa concreta ꝗ ciborum genera edi prandendo solent, ut difficile conquoqui exterendo possint, dubitationem non habet, quin fatendum sit, tum omnino esse edendum semel: quo uia longior cibi coquendi & detrudendi sit: eademq; ratione cum quidam pingui crassaq; corporis natura constant, edereq; affluentius suapte corporis pronitate soleant, abesse etiam non potest, quin bina accubatio maxime sit eorum læsura corpus: ut si auorum memoria diceretur Martinum Aragonem, quo nemo est habitus illa ætate pinguior bis in die edere consuesse affluentius, nihil loci esse posset, quin causa affirmandi esset, eum breui oppidana edendi pręscriptione moriturum: At uero his, quos arido corporis habitu siccescere solere cernimus, facile affirmare possumus, cibum in die adhiberi debere crebrius, cum difficile diu cibo carituri sint, multũq; corporeę tenuitati continendo noceant: Nam Hugonem quidem Candidum Senatorem in philosophia præstantem, nonagesimum annum ientando uixisse ferunt: ex quo facile perspici dossit, in hac edendi ratione, ętatis usus q; seruari debere modum: nec enim dubium esse potest, quin sæpe senectuti occidenti cibus tanq̃ lumini oleum adhiberi debeat, aut quin diuturnæ consuetudini parendum sit: ut si dicamus Ioannem Antonium Alexandrinum hominem uita temperata frugi, bina accubatione uti, qui sit semel epulari solitus, fieri nullo modo posse, quin multum illi sit ea mutatio præbitura damni: nihiloq; secius est de loci mutatio,

Opinio & cõsuetudo Galieni

Quomõ sit diuidenda epulatio. .7.

Q đ homines pingues nõ debent comedere bis in die .8.

Martinus Rex Aragonum

Q đ sicci debẽt edere sepius. 9.

Hugo Cãdidus Car.

Q đ debet seruari ĩ edẽdo ratio ętatis & consuetudinis: .io.

Io. An. Alexandrinus Car.

Qđ eſt attendē da ratio loci.
Maximilianus Cæſar.
Benardinus Car uagiallus Car. .S.Cru.
Vtrum cæna de beat eſſe maior prandio .ii.

ne dicendum, cum maxime humanorum corporum, loci muta, tio & natura interſit: ut ſi Benardino Caruagiallo ſenatori homini ſemel in die litterata præſcriptione epulanti, in Germaniam ad Maximilianum Cæſarem proficiſcendum ſit, cauſa binæ accuba, tionis utendę decur, cum maxime ſit loci naturæ ſeruiendum: ſed exiſtere quæſtio hoc loco poteſt, num cæna prandio eſſe debeat in accubando maior: multi enim cum noctu abſolutius putent cōco qui ſolere cibum, proptereaq; calor in ſtomachi detrudatur imum, facile confirmant homines cænare q̃ prandere debere affluentius: quin etiam cū cibū maxime ſomno confici ſolere dicant, quando, quidem ſomno omnia naturæ munera foueri uideantur, haud qua q̃ dubitari debere putant, quin copioſior cæna ſit hominum ge, neri obfutura minus: at uero hi qui magis ī medendi ratione conſide rati ſunt, ſalubrius affirmant prandendi cænandiq; modum habitus debere uarietate mutari: ut ſi Ioanni Andegauenſi ſenatori, qui humida pinguiq; corporis natura conſtaret, lex eſſet præſcribenda uictus, facile ſibi affirmandum putant, plus fuiſſe ei de cenæ q̃ de prandii ratione demendum: At uero ſiquem pręſtare corporis ſic citate dicant, qualem modo Aſcanium Sfortiam ſenatorem fuiſ, ſe uidimus, haud quaq̃ negandum eſſe cenſent, eum eſſe damno minore cænaturum. Nos uero id arbitramur non modo ſtomachi natura, ſed etiam conſuetudinis ratione eſſe metiendum, quo ſit aſſiduitate & experiundo notum, utrum plus prandendi an cæ, nandi ratio obfutura ſit: At uero his quibus datur rerum tracta, tio occupatioq; operoſa uitæ, ut multos uidemus palatinorum ne, gociorum tractatione aſſiduaq; libellorum obſignatione occupari, dubitari nullo modo debet, quin ſit cæna laxior pro, futura magis, cum perſpicuum ſit, eos qui exercitationibus in re, rum gerendarum ratione utantur, frugalius prandendo debere ue, ſci, ne ciborum genera exterendo coaceſcant, neue locus ęgri, tudinis excitandæ ſit: Nec enim multis alia cauſa ęgrotandi fuit, niſi q; cum quotidie in adminiſtrandarum rerum occupatione uer, ſarentur, ne tātulum quidem cibi detrahere ex quotidiana prandē di pręſcriptione uellent, quo nihil eſſe homini perniciosius in im, pedita uita & opera occupata poteſt. Antonius quidem Corteſius

Qđ homīes hu midi debēt mi, nus cęnare .12.
Io. Andegauen̄. Car.
Aſcanius Sfor, tia Car.

Qđ homines oc cupati nego, ciis debent plus edere ī cęna .13

Antonius Cor, teſius uicecor, rector cancella rię Aplicæ:

pater meus duodecimuiꝝ compendiarioꝝ & scripturarię cēsurę prin ceps, cum præ negociorum interuentorumq; magnitudine, fere semper minus prandere solere diceretur, rogareturq; a quodam, cur in tāta opum affluentia & abundantia fortunæ, ea carere eden di uoluptate uellet, propter quam opes experi ambiendo solent, re spondisse fertur, se libenter semper ea uoluptate cariturum, quæ es set aut labefactatura uitam, aut opum euersura finem, qui magis es set in uirtutis utendæ q̃ in uoluptatis perfruendæ ratione situs: Quocirca si senatoriæ uitæ seruandæ ratio ineunda sit, satis intelli gi potest, ꝙ quanq̃ senatorum generi consentaneum sit bis in die accubando uesci, salubrius tamen uideri, ab his cænando q̃ pran dendo edi debere largius: Nam cum mane senatores magnarum artiū studiis occupari debeāt, cūq; incidentiū negocioꝝ assiduitati prę sint, qbus maxime rebus tolli oportunitas prādēdi solet, nō est dubita re fas, quin ab his sit magis ex matutina accubatione detrahendum, idq; eo fieri utilius confirmari potest, quo continentioris prandii co ctioni absolutius est diei opitulatura lux, q̃ si esset accubitū matutina obsonatione largius: Inquo tamen intelligendum est, præ ne gociorum ratione discumbendi esse uicissitudine utendum, nec. n. ita senatores astringi edendi tempore præfinito debent, quin ab his quippiam interdum remitti de consuetudinis assiduitate possit: In quo genere maxime Franciscum Soderinum senatorem præstare cernimus, qui sic promiscua uti epulandi accubatione solet, ut nihi lo plus prandēdo aut cęnādo edat, q̃ sit studioꝝ negocioꝝq; ratiōi sa tis, eadem quoq; ratione est in hoc genere cauendum, ne in quoti dianum epulandi sumptum nimia pecunia profundatur, neue nimis exquisitæ elegantiæ obsonando seruiatur, quibus rebus maxime so leat: aut hominis corpus ęgrotari, aut ingenii retundi lumen, siue certa fieri iactura sumptus: Nam patrum quidem memoria uitio est Lodouico Patauino senatori datū, ꝙ sybaritica mēsa uteretur, ꝙq; uigegies nummum quotidiano edendi sumptui expensum ferre so lere diceretur: idq; eo est pernitiosius putatum, quo eius exemplo nihilo est postea frugalius epulari desitum: Quare iure lex erit sena torii sancienda uictus, qua certus præfiniatur epulandi modus, ne quis sumptuosior luxus repręhendi in edendo possit, aut nequa ap

Q đ Car ī genere debent plus edere in cęna q̃ in prandio .14.

Q đ est prādēdū & cęnādū secū dū exigētiā negocioꝝ & studioꝝ .15.

F. Soderinus Basilicæ. xii. Apl̄orum. C. Vulte.

Lodouicus patriarcha. tt. S Laurētii ī Damaso:

Q đ ē adhibēda in edendo .16.

pareat edacitas in uita moderata uorax: qua senatores contemptum iri fama peruulgata solent, ex quo putandum sit, utilius hunc sumptum conuiuiorum generi reseruari posse, quibus aut patritiatus auspicatu publicaq; magnificentia uulgo prandia gratuita dantur, aut quibus temporis causa principes hospites suscipi epulando possunt, in quibus tam auaritia peruersa, q̃ frugalitas intempestiua sit: Sed cum sæpe homines, aut spe commodorum suorum, aut honorum cupiditate, siue iniuriæ ulciscendæ causa ad insidiandum adducantur, cumq; difficile sit in tam periculosa urbe ambitiosorum hominum uitare fraudem, intelligendum est, cauendum esse senatori, ne quid loci contra eorum uitam ueneficæ fraudi sit, quocirca cognitum esse debet, uenenorum genera tripertito solere secerni, quorum unum ex lapidum, alterum ex arborum, tertium ex animantium natura dimanat: ex lapidum enim genere id homines necandi causa esse potest, quod aut ex magnetis, aut ex armenii lapidis natura cõstat: ex belluarũ autem genere ea sunt celerem allatura necem, quæ maxime ab hominum natura distant, quales Serpentes, Viperę & marini Lepores numerari solent: at ex arborum natura ea uideri possunt hominum generi offutura magis, quæ facilem sunt naturam conuertendi nacta, ut helleborum, opium & quæ eius generis nominari possunt: Itaq; eorum omnium generum, alia feruidiora, alia gelidiora, alia sicciora, alia humidiora putantur: feruidioris enim naturæ duplex genus considerari potest, unum quod interius ustulando exurit, alterum quod extrinsecus adiectum in uenas dimanat, ex quo genere Lepores marini numerãtur, quo ueneni genere Curradum Cæsarem a Manfredo fratre necatum fuisse dicunt: gelidioris autẽ naturæ ratio bipertito quoq; discerpi potest, una qua cor a motu stolida obstupefactaq; cessatione desertum iri solet, quod maxime ex opii datione gignitur, altera quæ sic anhelitum obstruẽdo contrahit ut nequa detur ad respirandum uia: quod sæpe fere solet ex plumbi usti datiõe nasci, ut Venceslao Cæsari homini edaci cõtigisse diximus, cui cum esset id plumbi genus in saccharea placenta datum, mane eum inuentum necatum eiusmodi spiritus obstructione dicũt: at siccioris naturæ genus duplex quoq; uideri potest, unum quod corpus seiugando labefactat, alterum quo humidum cordis consum-

Q đ reseruãdus est sũptus ad cõuiuiorum necessitatem

DE VENENIS

Q đ ĩ cęna uenena sunt cauẽda a Cardina.

Q đ sũt tria genera uenenorum .1.

Venenũ ex lapidibus .2

Venenũ ex animalibus. .3.

Venenũ ex arboribus: .4.

De uenẽo calido

Curradus Cęsar Manfredus.

De ueneno frigido

Venceslaus Cæsar.

De ueneno sicco

ptum iri poteſt, quod maxime fieri ex recenti calce comeſa ſolet, quo quidem ueneni genere Barnabouem uicecomitem necatum uolunt, nam cū leucophago delectari ſolere diceretur, calcem ei eſſe recentē affirmāt ī leucophago hiſpano datā, qua breui ſit cordis humido areſacto mortuus: at uero id quod humidiori natura conſtat, quanq̄ pleriq; negent ueneni dici debere genus, proptereaq; minus quarti limitis naturam aſſequatur, in quo maxime dicatur gigni ſolere uitus, conſideratiſſimus tamen medicorum Galenus affirmat quoddam ueneni genus ex humida natura naſci, quod maxime liquidum abſtruſæ tabis occultatione fiat, itaq; ob hanc tardiorem inſidiarum fraudem Benedictus undecimus & Herricus Cęſar eiuſmodi lenta tabis ratione necati fuiſſe feruntur, cum id ueneni genus, eorū alteri in ambroſia ficu, alteri in litatorio libo datum eſſe diceretur: quo cognito intelligendum eſt, duplex eſſe ueneni cauendi genus, unū quod in remedii alterum, quod in prǽſidii ratione uerſatur: remedia enim ea iudicari debent, quibus ei generi, quod comeſum aut epotum ſit, medicoꝝ obſiſti diſciplina poteſt: prǽſidia autem ea dicūtur, quæ ſunt ueneni exploratura, aut indicatura fraudem: quo in genere dracōis cornu, idq; genus numeratᷣ, quod in ſmaragdi meditullio inueniri ſolere fertur: in quoꝝ utroq; dicitᷣ tū ſatis oſtendi parati ueneni ſigni, cū eius conſpectu, aut alterū ſudare, aut alterius uideatur hebetari nitor: Nam Caſtrucius quidem Lucenſis homo in inſidiaꝝ genere uitando cautus, & qui eiuſmodi ſmaragdea gemma in anulo ad uenena præcauenda uti ſolere diceretur, cum Piſis apud Bauarum Cæſarem cænaſſet, exploratacq; gemma ſenſiſſet, uenenum ſibi in potione dari, repente dicitur, a poculo retraxiſſe manū, in mediacq; cæna exclamaſſe, ſe eius gemmę beneficio diem effugiſſe necis: ſed cum omnia præſidiorū genera inueſtigando quæruntur, ſatis iudicari poteſt, nullum eſſe ſenatori præſidium in ueneno cauendo maius, q̄ ab amantium aſſectatorū genere eius cuſtodiri uitam: nec enim legimus cuiq̄ ſenatori quicq̄ eiuſmodi inſidiarum eſſe factum, quod non ſit a domeſtico ſcelere, aut ab eorū occulta coniuratione natum, qui uel in aſſectatoria aſſiduitate, uel in ſenatorio famulatu uiuunt: idq; eo crebrius euenire ſolet, quo maior his cauſa metuendi & dubitādi ea

Barnabos Vicecomes.

De ueneno humido.

Opinio Galieni de ueneno humido.

Benedictus .xi.

Herricus Cęſar

De remedio ueneni

De prǽſidio ueneni.

Caſtruccins Lucenſis:

Lodouicus Bauarus

Q đ maximū pſidiū eſt amari a familia.

Q nare famulantes inſidiantur Cardinalibus.

tur, nequid grauius in eorum fortunam senatoria acerbitate cadat, ex quo eis causa aut percūdi, aut in erumnas incidendi sit: ut.n. bęluas uidemus metu ad insidiandū duci, sic homines formidine præmente cernimus quærere solere insidiandi locū: ex quo satis debet esse signi, senatorum genus famulantium amore oportere esse septum, quo eorum uita sit in fraude uitanda tutior: quandoquidem propriū amantis sit, prouidere & cauere excubādo, nequid ei, quem diligat, in uita degenda obsit: Quod cum ita sit, intelligi debet, in hac quotidiana accubandi ratione silendi requiri oportere modum, quo aptius naturæ legi pareatur: nam cū hominū generi ob id sit lingua a natura data, quo ea separatim in loquendo & gustando utatur, satis argumenti esse potest, homines utriusq; actione simul natura repugnāte uti: ex quo facile in promptu sit, commodius hoc accubandi tempore locum auditus utendi dari, qui sensus maxime præter cæteros sit ad disciplinam percipiēdam aptus: Ideoq; iure affirmari potest, hoc epulandi tempore Anagnosten a senatore esse adhibendū, quo utriusq; sensus rationi seruiatur, conditiorq; sit edendi & discendi societate uictus: nec.n. quēq̄ senatorem epulandi ratione præstitisse legimus, apud quem sit sine lectione cænatum: Itaq; ob eam causam duplex legendi genus uideri potest, unum quod exotericon, alterum quod acroamaticon nominatur, exotericon.n. est, quod in ludo foris in enarrandi enodandiq; genere uersatur, quale Romæ est a Iulio Pomponio elegantissimo litteratore celebratū, aut quale nobis pueris Petri Marsi & Sulpitii Verulani fuit: quorum matutina, aut postmeridiana lectione semper est iuuētus exculta litteratius: Acroamaticon autem est, in quo domi ratio semotior discēdi datur: quo genere modo Benardinū Caruagiallū senatorē uti oppugnatoria & apocrisaria ratiōe scimus, ab eoq; tāq̄ a doctore solere anacephaleosis iniri usū quo res utrinq; fiat disceptādo & renodādo certior: Quā ob rem cū permagni senatoris intersit theologica disciplina erudiri, iure affirmari potest, eiusmodi accubatoriam lectionem quadripartita debere descriptione secerni, qua discentiū rationi satis apta temporum oportūitate fiat: Itaq; cū āni partitio æstate, autumno, hyeme & uere describatur, causam dubitandi nō habet, quin æstate hi theologorum

DE LECTIONE AD MēSAM

Qđ duplex est legendi genus: Iulius Pōponius Petrus Marsus. Io. Sulpitius Verulanus.

Qđ Benardinus Caruagiallus Car. S. Cru. post prādiū audit disputātes & ipse recapitulat

Qđ lectio est diuidēda secūdū q̄driptitā distinctionem āni.

QVODLIBETA.

Qđ quodlibeta sūt legenda in æstate.

cômentarii legendi sint/q sũt omnigena doctrina referti/quo mẽs rerũ uarietate sit exhilaratura lętius: quales hi omnifarii cômẽtarii uideri possũt/qui uel ab Herrico Gandẽse/uel a.D.Thoma sũt fortuita & promiscua ratione scripti. Nã siqd est uel extraordinaria ratione disputatũ/uel mẽdaci opinatione scriptũ/quod aut retexẽdũ/aut recinẽdũ sit/id omne ĩ eiusmodi cômentarioꝝ genus referri dictãdo solet/nequa themata ĩ Theologia possint/aut intractata tegi/aut memoria uacillãte labi: eodẽq; modo autumno hi Theologi audiri accubãdo debent/qui uatum nostroꝝ prædicta côsignata patefaciũt: nã cũ ea sint quadripartito distincta sensu: quoꝝ unus historicus/alter allegoricus/tertius tropologicus/quartus anagocicus dicatur/dubitari nullo modo potest/quin eoꝝ explicatio maxime sit audiẽtiũ delectatura mentes: quid.n.delectationis nõ habet ea descdritio quadripertita sẽsuũ/qua affini coniunctione fiũt in intelligendo gradus? ut sid icat Hierosolymã/& urbem/& Rem pu.& animã & coelitũ significare sedẽ/nihil absit quin cumulate sit hoꝝ sensuũ patefacta notio/& qn ea maxime descriptio delectationẽ paritura sit: cum ex ea facile intelligi audiendo possit: quo uitæ ordine fiat in coelũ ascendẽdi iter: At uero hyeme ea sũmaria legi interponẽdo debent/quæ sũt synteretica ratione scripta: Quid est.n tã necessariũ q̃ scire quãdo ea quę a ratione dictãte manant/aut legi hæsura/aut aduersatura sint? qd tam iucũdum cognitu q̃ intelligere ab homine eũ teneri iustitiæ debere modũ/quo sciri possit/quomodo debeãt bona aliena sublata reddi/aut quomodo lesę sit restitutio faciẽda famę? quid tã utile q̃ audire quomodo sine animi morsu sit/aut in testimonii dictione seruanda fides/aut in ambigua disceptatione iudicãdũ? siue quid itẽ tã in hominum societate commune/q̃ uendendo scire quomodo sit uel emptori præstanda iactura/uel cauendus in dissimulando dolus/ne quid ueneat cælãdo & reticendo pluris/q̃ ęstimari expendendo debeat? In quo quidem cum prope infinita eius generis numerari possint/quę sũt synteretica ratione scripta/facile côfirmari potest/nihil esse debere causæ/quin hyeme eiusmodi summaria legenda accubando sint/quo propter anni tempus ab interuentorum interpellatione locus liberior côscientię scrutandę & Theologię ęstimãde det:

HerricusGãdẽs.
.S.Thoma.

SCRIPTVRA SACRa
Q d in autumno sũt legẽdi interpretes scripturæ sacræ
Q d quaduplex est sensus scripturę
Hierosolyma.

SVMMAE CASVVM CONSCIENTIAE
Q d sũme casuũ côscientiæ sũt legẽdę ĩ hieme

Qđ in uere sũt legendi libri sẽtentiaꝝ

Atq; etiam uere / quo maxime tempore exuriales sunt anniuersarię indictę feriæ/ea sententiarum genera censemus oportere legi / quæ a/Petro Placentino sũt quatuor collecta libris/in quibus separatim de Deo /de mundi ortu / de instauratione ac de sacris est explicata di / sputatio:quæ maxime audiendo sint uel hominũ ingenia delectatu / ra/ uel diuinaꝝ reꝝ allatura lucem ⁝.

DE SANITATE CON- SERVANDA.

A Tq; ne hoc quidem est prętereundum loco, quemad modum sit corporis incolumitatis seruandæ ineunda ratio: idq; primum ex ea duci medicorum lege debet, qua dormiendi & lucubrandi modus constituitur: Nā cum somnus sit ad quietem inuentu naturæ datus, intelligendum est, non modo cibum absolutius eius interuentione co qui, sed etiam calorem naturę iuuari, & lętius excitari mentem: idq; tum maxime solere fieri, cum tantū initur somni, quantū sit moderatę pręscriptioni sat: Itaq; cum quęritur, quis nam maxime sit temperatus dormitandi modus, nihil est causę, quin existimandum sit, id oportere ętatis & habitus corporei uarietate expendi: nec.n. datur causa dubitandi, quin ei hominū generi, qui sunt ętatis diuturnitate fracti, arctius dormiendum sit, proptereaq; frigida aridaq; natura constent, qua minus cibus soleat lucubrando teri: Ideoq; iure Galenus Medicinæ parens, ea, a senibus edi debere iubet, quæ natura sint allatura somnum: contra autem hi, quorum est corporis natura feruidior, nec uespertino est cibo onusta, nec quotidiano obstupefacta potu, dubitari nō debet, quin negociorum, aut studiorum causa possint dormire minus, cum perspicuū sit, homines, quo edant uiuendo minus, eo minus egere exterēdo opis: quod quidem mihi usu uenire uideo, nam cū ętatis robore calidaq; pręstē natura corporis, cūq; studiorum causa plus semper, ex quotidiano uictu detraham abstinēdo cibi, q̄ aut corporis habitus, aut ętas postulare uideat̄, nulla unq̄ tamen defatigatione adducor, aut a, cōticinio dimidiatam possim dormitare noctem, idq; mirabilius uideri potest, quo minus ullo unq̄ tempore meridiare soleam: at contra nonnullis, quorum ita est gelida natura corporis, aut habeat negocii in cibo exterēdo satis, longior cōcedi solet in cubādo somnus, quo cibus absolutius possit quietis diuturnitate coq: quod prorsus idē de cęterorum hominū natura affirmare licet, ut tātū scilicet cuiq; cōcedat̄ somni, quātū sit cuiusq;, aut corporis, aut lassitudinis flagita-

De somno & uigilia.

De somno moderato

De somno secūdum ętates.

De somno secūdū Galenum.

De somno eorum q̄ sūt calidi

De somno eorum q̄ sūt frigidi

Hippollitꝰ Aestensis Diaco. Car. Ferrarieñ. Bernardinus Caruagiallus tt S. Crucis pbr. C.

tura ratio: Vt si modo Hippolitum Aestensem Senatorem affirmetur esse in Venetoꝝ Eridanica classe oppugnanda fessum, facile ei quoqꝫ suadendum sit, ut arctius dormire in uictoriae securitate uelit, quo corpus sit animi alacritati par: Aut si contra a Benardino Caruagiallo Senatore dicatur in Ioãnis Scoti hypomnematis magnã diei cosũptam esse partem, nihil attineat dubitare eũ proxima oportere nocte dormire minus, cũ in ea sit mẽtis agitatione uersatus, quę sedẽtaria ratione fiat, ex qua minus sit longioris causa futura somni:

Signa somni sufficientis

Quo circa non sine causa Medici id esse uolũt consentaneę quietis signũ quo nõ modo ostendit̃ depulsũ & detrusũ esse cibũ, sed etiam quo aut leuius est corpus, aut oculoꝝ natura lętior. Quod cũ constet, cauendũ esse dicunt, ne ante dormiendũ sit, q̃ cibus ab aditu detrudatur primo, quominus sit aut tumoris gignũdi, aut lyenterię excitandę locus: neue aut sursũ uersus, aut in faciẽ cubando dormitetur, proptereaq̃ ab eoꝝ altero rheumatismus oriturus sit, ab altero uapoꝝ capnos reflecti & impediri soleat, quominus ad caput tãq̃ ad corporis infumibulũ dormitando scãdat: Atqꝫ hoc etiã esse considerandũ uolant, ne totę terantur lucubrando noctes, quo aut torpeat natura arefacta corpus, aut mens possit de gradu deturbata labi: nihil est .n. minus hominũ naturę consentaneũ, q̃ noctes quae sint homini ad quiescendũ datę, ad peruersum conuertere excubãdi modũ, nihilqꝫ item tam corporis rationi contrariũ, q̃ naturę calorẽ nocturna lucubratione deperdi: quo magis hi damnari possunt, quos Gręci ob id lychnobios uocant, proptereaq̃ diurna officia ad nocturnũ traducat usum, gratuitumqꝫ diei lumen animi peruersitate fugiant.

Qđ nõ est dormiendũ pleno stomacho.

Quomodo sit dormendũ

Qđ non est multũ uigilandũ

DE VESTIBVS.

Quot sunt reꝝ genera ex quibus conficiũtur uestes

Eademqꝫ est uestitus habenda cautio: in quo quidẽ sciendũ est sexcuplex reꝝ nũmerari genus, quibus ratio amictoria cõstare uideatur, quaꝝ unum ex pellibus, alteꝝ ex xilino filo, tertiũ ex lino, quartũ ex serico, quintũ ex lana, sextũ ex pilo cõfici depsendo & texendo potest: id .n. genus, quod ex pellibus alutaria ratione fiat multiplex quoqꝫ numerari potest, siquidẽ pelles non modo ex genere noto, sed etiam ex pisciũ auiumqꝫ tergo depsi solere scimus qualis nuper ea anatũ aluta uideri poterat, quę a Petro Medice est ad adasi condepsa usum: Xylinũ aũt genus est quod ex eo filo solet monomita ratione texi, quod ĩ Aegypto ex Gossãpino frutice gigni

Petrus medices.

cōsuesse dicūt, q auorum memoria ī Italia sit traiectitia īuectione satus. At lini genera numerantur plura, quę ad tunicarum usum cortice decusso neantur: Sericū uero nominatur id, quod texere solet araneario ritu bombyx, quod q; dimita aut polymita textrina fiat: lanea autem ea sunt, quorum uilli cū in fila torqueantur, uario conficiuntur textu: At uero ex pilo ea genera Asiana fiunt, quibus cylindro & latice imprimunt̃ undę. Itaq; cū uestis sit ad frigoris calorisq; appulsus pellēdos instituta primū, intelligendum est, eā maxime debere ad āni accomodari tēpus: Ex quo persuasum esse debet, cū uer sępe sit uel loci uarietate, uel āni natura dispar, ut sępe scilicet aut ocius oriturum, aut tardius desiturum sit, cauendū esse Senatori, ne usq; dū hypodytem mutādo exuat, quoad sit eiusmodi āni tēpus incōstā ti uarietate anceps. Idq; fieri periculosius mutando potest, quo sępius frigus solet uere tepente nasci. Ideoq; ex Senatorio ordine multi non tam uere deponere subuculam, q̄ hyeme induere interula the ristra solent, quominus insolita frigoris interuentio sit offensura corpus: quin etiam multi a, cōmunicaris ad quinquagenaria nihil ex sū pto uestitu demunt, quo eodem amictu corpus nulla possit āni uarietate lędi. At uero ęstate, cū calida aridaq; natura constet, dubitatio accidere non potest, quin causa, aut cyprii undulati, aut eius bombycini suppari utendi sit, quod secundario filo ralloq; textu fiat, ne corporis natura sit in alterutro sensura uim: Autūno autem concedi debere Medici certo argumēto uolunt, ut id sit omnino uestis summendū genus, quod hemifila texendi ratione constat, quale potest nominari illud, quod apud Mediolanenses solet stamine dimidiato texi, quodq; multo cęteris est moderata leuitate temperatius: Idq; probari ratione potest, nam cū perspicuū sit, id āni tēpus, & uespertino refrigerari gelu, & interdiu efferuescere solere calens, minus causa dubitandi datur, quin maxime corpori ea coeli inconstantia nocitura sit, quandoquidem satis sit re periclitata notū, perinde corpori ut aquę consuesse euenire semper, quae celerius feruida q̄ gelida conglaciari solet. At hyeme, cū maxime pruina & concreta obrigescat niue, facile concededū est, corpus amictoria munitione septū esse debere diligentius: quo frigoris uis sit damnū allatura minus. In quo tamen existimandū erit nō aeque cūctis uestis unū hybernū

Qđ uestes debent accomodari ad tempus anni.

Quomodo sūt mutande uestes

Qđ quidā Car. non mutant uestem a festo omniū Sanctorū usq; ad Pentecostem

Quibus uestibus utendū sit in ęstate.

Quibus uestibus sit utendū in autūno.

De natura ra tēporis autūnalis

De uestibus hyemalibus

De uarietate uestiū sm̄ actionē

Ascanius Sfor. Car.
Io. An. Alexandrinus Car.
De uarietate uestiũ secũdũ corporis habitũ.

cõgruere debere genus: ut si diceremus nõ perinde Ascaniũ Sfortiã ac Ioãnẽ Antoniũ Alexandrinũ septũ esse debuisse uestitu, proptereaꝙ eorũ alter exerceri quotidiana equitandi assiduitate soleret, in qua maxime motione naturę excitetur calor, ab altero in lucubratorio intelligeretur conteri solitam esse uitam in quo corpora inopia motus, & calore enecta rigent: quæ eadem ratio est in corporis habitu expendendo dispar: ut si affirmari diceretur, non perinde fuisse Ioãnem Andegauensem, ac Laurentiũ Ligurem amictoria ope carituros, quandoquidem eorũ alter pingui corporis natura constaret alterius esset corpus arida siccitate glabrũ: quare illud perspicuum esse potest hyeme ab hominum genere plus integumenti q̃ cęteris anni temporibus requiri debere dormiendo, nam cum somno naturę calor in stomachi imum detrudatur, intelligi necesse est, cętera externa membra a calore desertum iri, faciliusq; frigore nudata lędi quod quidẽ cum cęteris membris, tum maxime capiti nocere solet: Idq; argumento confirmatur, nam cum in homine cerebrũ sit natura frigidius, cumq; uapores ad caput dormiendo ferantur, fatendũ est eos, cum cerebri capessunt sedem, facile in aquam propinqua cognatione uerti, eoq; caput refrigerari solere gelidius, quominus est occipitario operimento tectum, ex quo facile causa fit, aut rheumatismi excitandi, aut dyspepsię gignendę crudę. Ideoq; iure modo illud conopeum & lecticarium tentorium laudari potest, quod nuper est a Galloꝝ genere repertũ, nã cũ ex peristromatis sit ad cadurci institutum modum, sub eoq; clinidion cum plumaria culcitra, aut xylino anacliterio statuatur, facile sciri utilitate explorata potest, id maxime ad eoꝝ incolumitatẽ esse factum, qui cum soli pernoctare soleãt, grauius sint frigoris laturi uim: Nec minus est etiam Medicoꝝ disciplina cautum: ut hoc brumali ãni tẽpore, tantum pectori integumenti adhibendum sit, quantum erit frigori aduentãti satis, cum pectus ossea natura constet, quę maxime aduentitia frigiditate lęditur. Eademq; ratione uolunt, ut diligentius eoꝝ hominum extima tegantur membra, qui in ocio & mentis agitatione uersantur. Nec. n. dubitari debet, si hoc hyberno frigore in lucubratorio, aut minus eoꝝ pedes phæcasiati sint, aut digiti minus byrsea obtendantur theca, quin eoꝝ alteri perniunculo, alteri arti-

Q đ hyeme est utendũ maioribus indumentis in dormiendo.

Q đ frigus nocet capiti in sõno.

Ratio quare frigus nocet capiti in dormiẽdo.

Q đ in dormiendo laudandũ ẽ tentoriũ Gallicũ nuper inuentum.

De integumentis pectoris.

De indumentis eoꝝ q̃ student.

culario morbo uexentur: siquidem q̄q̄ manus sit naturę calore fulta, quo sit ad uariaꝝ artiū actionem apta, multū tamen sedentario algore torpet, quominus scribendi munere perfūctura sit: At cum est de amictus forma & figura iudicandū, intelligēdū est, triplex solere uestitus celebrari genus, unū inusitatū, alteꝝ nouatū, tertiū quod proprium mutuatitia translatione fiat, inusitatum.n. nominari debet, quod iam diu sit usu intermisso priscum, quale illud Nicolai Picinini capitarium operimentum uideri potest, quod Lucę picti in monetaria uia ostendi solet: aut quale Romæ genus potest iudicari illud, quo saturnalibus personati Alpinos metamorphosica imitatione fingunt: In quo quidem partita est coeli ratione iudicandum utrum modo eiusmodi operimenti genus, an secius induendum sit, cū p̄clare sit Mathematicoꝝ pręscriptione cognitū, perinde ānoꝝ interuallo mutari solere coelum, ut proprius aut longius abest accedēdo aut digrediēdo sol: nec.n.tam reꝝ negligēs potest reperiri q̄sq̄ cui non sit auditum notum, non perinde hodie refrigerari consuesse brumam, ut patrum memoria solita erat, aut obrigescere pruina, aut concreta glaciari niue: ex quo facile existimandum sit, quemodo maxime coelum spectari in uestitus mutatione debeat: nouatum autem id nominari potest quod aut cōmentitio gignatur partu, aut fiat coniungendo nouum: quale est illud uestis putandū genus, quod nuper a Cęsare Borgia Imperatore est, ex Italico Hemiclamio & Hispano Bardocucullo factum: At translatum iure dici potest id, quod est luxus aut inopiæ causa mutuando institutū, qualia sunt omnia ea amictus genera iudicanda, quę ex Galloꝝ, Hispanoꝝ, Britānoꝝ, Getaꝝ, & Germanoꝝ sunt translatata uestitu: Itaq̧ cum inquirendo disputat̄, quid nam maxime sit hoꝝ omnium generꝝ ad ualitudinem futuꝝ aptum, sciendum quidem est, amictus utēdi rationē biptito secerni, cuius una sit ad hominū leuiū excogitata luxum, altera suapte utilitate sit ualitudini, & dignitati seruitura uitę: ea.n. quę est delitiaꝝ reperta causa, multiplex nominari potest, quo in genere Capidula, Lacinię, Baltei, Syrmata, Fimbrię & ea genera uersari solent, quę uestitui tanq̄ picturę parerga adhibent̄: cuius quidem generis ita est hodie urbs seculo pariente ferax, ut ab ea potius uideat̄ eiusmodi amictus leuitas dimanatura per

DE FORMA VESTIVM.

Q đ triplex est genus uestis.

Nicolaus Picininus.

Q đ attendenda est ratio coeli in mutandis uestibus

De uarietate effectus coeli nostri tēporis & patrū memorię

Cæsar Borgia Valētinus dux

De translatione uestium ex nationibus

De genere uestiū quę fiunt ad luxum uanum

De genere uestiũ quę fiũt ad usũ & dignitatem
De Thorace Italico
Laus Thoracis Italici

uagatius, q̃ inchoatus in ea desiturus luxus: At ex eo genere, quod est ad usum & ornatum factum Italicus maxime Thorax nominari debet, proptereaq; eo homines maxime sint, a, frigore & a, calore tutiores, & ingredi possint ambulando celsi, quæ est maxime unica corporis humani laus, quod præpter cætera ani, mantium corpora est constitutum ad superarum spectacula contem, planda rerum. Nam id Thoracis genus, quo Galli modo, aut Hispani uti in uestitu solent, minus est ad intuendum coelum, aut ad incolumitatis custodiam prouisa ratione factum, cum ei sit ea extima iuguli præcisa pars, quæ maxime sit, aut ad homines celsos erigendos, aut ad fauces tutandas pectusq; tegendum apta:

Q đ qui nõ utũtur Thorace Italico egẽt aliis integumentis.

Ideoq; sæpe Romæ multis euenire cernimus, ut cum palatinis fe, riis, aut Senatus die in Vaticanum eiusmodi amicti Gallico Tho race ueniunt, aut ceruice deiecta prodant, aut minus sine ricinio & focalibus incedere hyeme aut ęstate possint, cum maxime utroq; anni tempore his uel frigore, uel calore exuratur collum, quo ni, hil potest hominum naturæ aduersari magis: ex quo iure causa af, firmandi datur, Italicum Thoracem diu apud homines esse con, stantia continuata duraturum, cum eum sit uel Medicorum di, sciplina, uel Italica grauitas aspernata nunq̃.

De ueste interiori Car.

At uero earum ue, stium, quæ indui sub byssino amictu possunt, id est maxime in Se, natore hypodytis laudandum genus, quæ xerampellina ratione constat, nam cum & media cingatur aluo, & ad talos rotunda pateat, nihil abest, quin maxime uideri possit ad dignitatis & ua, litudinis instituta curam: Eodemq; modo est de eo amictus gene, re dicendum, quod ad lucubratorium usum constituitur, quo in ge nere Diphtera aluta, & Endromys Parthenopea numeratur: qua, rum alteram ab Hispanis ex pastoricio amictu ad dynasticum usum translatam esse ferunt, altera latioribus manicis ad medios popli, tes præfiniri solet, cui ille maxime agninæ assuuntur pelles, quas ob id prelo comprimi depsendo cernimus, quo expresso adipe excitet lana ęquata leuor.

De uestibus quę pertinẽt ad studium.

De uestibus hybernicis.

Horum autem uicina ea quoq; genera uideri possunt, quæ Gausapina & amphimaschala hyberna uocant, quibus ob eam causam nunq̃ est uti in hac lucubratoria ratione de, situm, proptereaq; maxime ad id anni tempus constituta uideat,

quo sit aut futura pruina, aut hyberna aduentatura nix: nam cum sine manicis soleant ad cycladum modum Britannica ratione te, xi, crassoq; filo hirsutiora fiant, facile censendum est, ea debere ad eiusmodi anni reseruari tẽpus, quo brumæ interuentione sint lu, cubrantium corpora munita diligentius. Multumq; etiam eiusmo, di anni tempori consentanea ea iudicari heteromaschala Florenti, na debent, quæ cum scissis manicis pateant rotunda late, maxime ad triclinalis epitogii transferuntur usum: Quin etiam modo con suetudo increbruit eius xylinæ utendæ togæ, quæ textu reticulato constat: quale genus illud nominari potest, quo his semẽtinis fe, riis Federicum Sanctoseuerinatem Senatorem in Cortesiano uti cænando uidimus, cũ eo uisendi nostri causa uenisset: cuius quidẽ togæ dignitas eo tum est in eo iudicata maior, quo cæteris præ, stat corporis proceritate celsius. Sed maxime est exercitationis ratio ualitudinis conseruandæ princeps: Siquidem corporis exerci, tatione non modo solet insitus euocari calor, & stomachi natura excitari appetentior, sed etiam ex corpore ea abundantia genera depelli, quæ sit ocio contracta affluentius: ex quibus quidem nisi multum sit exercendo detractum, facile intelligi potest, ad ea exte nuanda sequi, ut aut sanguis debeat uena patefacta mitti, aut ea catapocia cathartica adhibenda sint, quæ antidotaria ratione con stant, & quibus semper deductio caloris naturæ fiat, in quo sita sint humanæ fundamenta uitæ: qua quidem medicamentorum ra, tione eo. Medici uti solent in sanando libentius, quo suapte uene, nata natura est compendiosior ad uim morbi depellendam uia: Itaq; cum de legitima exercendi ratione quæritur, constare inter om nes potest eam esse maxime idoneam exercendi horam, quæ sit in, ter litatorium & discubitorium interiecta tempus, eamq; expendi ea lotii significatione debere, quæ sit tempestiuæ exercitationis in, dex: nam cum lotio color olorinus inest, satis potest esse signi, minus esse in corpore exculenta & poculenta cocta, nec dum tem pus exercitationis ineundæ dari: cum autem in eo solet rutilus sub, sidere color, dubitationem non habet, quin iam diu sit tempesti, uitas præteruecta motus: at cum lotium est caloris mediocritate

Federicq.S.Theodori Dia.Car. Scõseuerinatis Oppidũ Cortesiũ ãno 1509 de mense Setembris.

DE EXERCITATIONE CORPORIS

Laus exercitu

Q̃d debet laudari magis exercitiũ q̃ pharmacũ

Quare Medici libentius utũť pharmaticis medicinis

Quę sit hora cõpetens exercitii

Q̃d hora exercitii significať p urinam.

De triplici signo urinę

temperatius, ut ſcilicet, nec aquea natura conſtet, nec ſit calore inflãmato ruffum, facile exiſtimandum eſt, & cibum ſecundaria confectione eſſe coctum, & tempus aptum ad exercendum eſſe: Sed pertinet ad hãc rationem ſcire duplex eſſe exercitationis genus, unum, in quo moderatus eſt quidam modus retinendus, alterum, quod intemperata agitatione fiat, moderatum enim id uideri debet, in quo nec membra defatigari ſentiuntur, nec a, naturæ deturbari gradu: intemperatum autem facile eſt iudicandum illud, in quo perinde corruptum iri membra debilitata ſolent, ut nimio ſtrepitu uel ſplendore cernimus audiendi aut uidendi labefactari ſenſum. Quocirca in omni exercitationum genere ſuſcipiendo maxime eſt corporei habitus consideranda natura, ne ſcilicet maior ſit aut minor ſuſcipienda motio, q̃ corporis natura patiatur: ut ſi dicamus Federico Sanctoſeuerinati Senatori recte a, Berardo Recinate in corpore exercendo conſuli, ut motionis genus ſuſcipiat matutina agitatione amplius, proptereaq; neruorum & lacertorum robore magnaq; uirium firmitate præſtet: contra autem affirmetur quempiam minus ſuſcipere debere motus, proptereaq; feruida corporis natura conſtet, quæ ſuopte calore ſine motu ſit eſum coctura cibum: in quo eo eſt iudex periclitatio q̃ medendi diſciplina certior, quo pluribus gradibus expendi experiundo poteſt, ut ſi modo Alexandro Farneſio Senatori ſuadeatur, ut quotidie matutinis horis in Tranſtiberinos hortos uentitare uelit, quo poſſit corporis incolumitas conſeruari melius, facile intelligendum ſit, animaduerti debere probando, quid in eo biduum, aut triduum exercendo mutetur, ab eoq; tantum exercitationi oportere, uel ſubducendo demi, uel longius progrediendo addi, quantum ſit ad ualitudinem tuendam ſatis, quandoquidem natura earum ſit decempeda rerum, quarum appulſu humanum immutetur corpus: Ideoq; ab ea tantum appeti in uiuendo ſolet, quantum cuiq; conſentaneum futurum ſit: Q đ ſi interdum ab aliquo plus, aut minus expeti ſolere uideamus, q̃ ſit corporis ratio exactura ſui facile putandum ſit, id exconſuetudinis peruerſitate naſci, quæ extra modum uſu continuato prodit, ut ſi quempiam dicamus, cum

Q đ exercitium eſt duplex.

Quale ſit exercitiũ moderatũ

Quale ſit exercitium in moderatũ

Q đ in exercitio ſũmendo eſt cõſiderandus corporis habitus

Berardus Recanatenſis Ep̃s Venuſinus.

Q đ in exercitio certior eſt experientia q̃ medicina.

Alexander Farneſius.S.Euſtachii Diac. Car.

Q đ natura eſt menſura earũ rerum, quę corpori applicanť

Q đ ſępe plus exercitii appetitur propter cõſuetudinem

humida calidiq; natura conflet, qui corporis habitus maxime fit, ad exercitationem ineundam aptus, uehementius propter usum cupiditate flagrare motus, q̄ eius corporis natura postulare uideatur, non alienum sit iudicare eum consuetudini damno maiore pariturum: quod idem fere est de cæterorum hominum natura iudicandum: In quo quidem sciendum est, Medicorum esse præscriptione cautum, ut usq; eo sit corporis duraturus motus, quo ad aut anhelitus moueatur, aut interior euocetur sudor, isq; eatenus sit exercitationis deferendæ limes, quoad sint membra lassitudinis sensura uim: Sed exercitationis genus potest numerari duplex, unum, quod æquali motione constet, alterum, quod fit in membrorum genere agitando dispar. In eo enim in quo nulla est corporis pars motionis expers, cum equitatio & ambulatio, tum maxime is solet numerari ludus, qui pugilatorio folle siue trigonali, aut paganica pila fiat. Equitatio autem bipertito secernitur, ex qua una ad equitandi modum, altera ad equorum naturam pertinet: modus enim perinde multiplex secerni potest, ut est hominum genus coeli uarietate dispar: Siquidem Hispani subductis equitare cruribus, certaturiq; insurgere consistendo solent: quo agilius parma obducti, uel ad uitandos ictus, uel ad facultatem iaculandi, conuoluant torquendo corpus: quod quidem maxime ex ea hippomachia iudicari potest, qua Romæ saturnalibus inter se personati harundine iacta pugnant: quo eodem genere utuntur pannones, Sarmatæ, Getæ, Scythæ, Turcæ, Persæ, Parthi ac tota fere Asianorum natio: in eoq; genere præter cæteros Aphri Numideq; scientia priuata præstant: nam cum in montibus, in saxorumq; asperitate ultro citroq; concursent, ac deorsum conuertationis studio rapide delapsi ruant, sursumq; subsiliant eadem celeritate motus, tum maxime & fragmenta silicis humi interuallis interiecta currentes arripere, & harundinem iactam anteq̄ terram attingat excipere solere feruntur: Ex quo iure Galeatius Sanctoseuerinas laudari debet dux illustri gratia & equestri gloria cognitus, q ab eo sit cum nostris illorum equitandi & iaculandi communicata laus. Sed cum hoc equitandi genere maxime poplites, genuaq;

Quātū debet durare exercitiū

Qd eyercitii genus est duplex

DE EQVITATIONE

Qd eqtatio dupliciter diuidit

De modo eqtādi Hispanorum.

Qd diuerse natiões ĩ eqtādo utūt Hispani, eo modo

De equitatione Maurorum

Galeatius Sanctoseuerinas

Quare sit uitãdus modus Hispanicus ĩ eqtãdo.
De modo eqtãdi Gallorũ
Cur sit uitãdus modus eqtãdi Gallorũ
Quare Italicus modus eqtãdi est laudabilior.
De eqs
Qđ equorũ sũ quatuor genera
Cęsar Bor. dux Valẽtinus
Ferdinãdus Minor.
Ascanius Sfortia Car.
Albertus Pius Carpẽsis Ãno 1510 ĩ quatuor temporibus Februarii.
Lo. Gallo. Rex

lædi contrahendo soleant, nec id uenusse incolumi dignitate fiat, satis persuasum esse potest, minime id ad Senatorium pertinere debere usum: Contra autem Galli cum equitent condulo deducto laxius, facile iudicari debent, nihil afferre eqtando posse, quod ad ualitudinis rationem transferendũ sit, cũ præclare intelligi detur, membra non minus ea consuesse equitatione lædi, quæ deducto, q̃ quæ corpore contracto fiat: At nostri cum nec contrahere, nec remittere soleant equitando crura, nihil abest, quin putari debeat, id maxime equitandi genus attulisse, quod sit intermedia mediocritate temperatum: Ideoq; iure censendum est, Senatores hoc Italico genere uti debere equitando, nequa ualitudinis fiat in alterutra equitatione deductio: At equorum genus quadripertita potest descriptione cerni, quorum unum Præliare, alterum, Gradarium, tertium, Velitare, quartum, Viatorium nominatur. Pręliares enim sunt iudicandi hi, qui cum corporum magnitudine æquata præstent, maxime ad bellicum usum instruuntur: quales nuper eos Cæsaris Borgiæ Parthenopeos equos in Cortesiano uidimus, qui erant Ferdinandi Minoris tudiculati signo. Gradarii uero ob id maxime ad domesticam Dynastarum uectionem deliguntur, proptereaq; ea corporis mediocritate constent, quę tam usui q̃ dignitati seruitura sit: At Velitaribus hi uti bellando solent, qui constituuntur prælii ineundi primi: Ex Viatorio autem genere hi maxime sunt periclitando noti, qui in descriptis statio nariisq; equilibus ad ueredariorum cursum statuuntur: quales nobis pueris hi poterant uideri equi, quibus ab Ascanio Senatore quadringenta milia passuum triduo esse decursa ferunt, cum ex urbe Mediolanum ad complexum fratris aduolaret ęgrotantis: Aut qualibus est his quatriduanis intercalariis feriis homo philosophia & rerum tractatione præstans Albertus Pius equitando usus, cum ex Gallia in urbem uellet properare festinando, quo Lodouici Regis Gallorum nomine Senatum obsecrando rogaret, ne re proclinata cum Venetis pactionem iniret nouam, quæ esset, aut qua tuoruiratus foedus diremptura, aut Italiæ excitatura funus.

Eodemq; modo in equorum genere quadruplex quoq; gradiundi ratio numerari potest, ex qua una, cursus, altera glomeratio, tertia gradatio, quarta tolutatio nominatur: Cursus enim tum maxime fieri solet, cum änterioribus posterioribusq; sublatis cruribus, equorum corpora impelluntur ante: Glomeratio autem est, qua equum binis aduersis sublatis pedibus, alterno gradu moueri solere cernimus: At Gradatio tũ ea uideri potest, qua eodẽ tẽpore hisdemq; lateribus ab equo bini moueantur pedes: Tolutationem uero eam esse dicimus, quæ alterna crurum uolubilitate fiat: Quod cum ita sit intelligendum est: duplex gradiundi genus nominari posse, unum, quod natura, alterum, quod artificii ratione constet: id enim quod a, naturæ procliuitate manat, uaria coeli describi natura potest, siquidem Asiatici, quibus modo utuntur bellando Thurcæ, quanq̃ currendi uelocitate præstent, rata tamen solent pedum motione gradi, qua uectio fiat incedendo blandior: Contra autem Germanici, cum eorum sit corporis natura uastior, succussario incessu uehunt: iter hos uero interiecti Hispanici & hi qui Tieldones minoresq; Asturcones uocant multum hominum consensu laudari possunt, nam præterq̃ q͞ cursu & agilitate excellant, ac sessorum arbitrio quocunq; impellendo torqueantur, nec minus mites & sedati post repentinos impetus, q̃ concitationem uideri soleant, intereundumq; sæpe flexo conquiniscant genu, subitoq; nihilo incõmodius corpore sublato surgant, uehementer in hoc etiam probari debent, q͞ inconcusso dorso placidaq; gradatione uehant: Sed præter cæteros Britannici eo suauius blandiuntur usu, quo est tolutarius motus natura numerosa gratior: Artificiosi autem gradus genera sunt duo, unum, quod manu, alterum, quod frenorum uarietate fit: Manu enim conficitur gradiundi modus, cũ ab Agasone pedatim, aut tolutim equi incedere coguntur, idq; tum maxime fieri uidemus cum habenæ contentius, aut remissius temperantur equitando: At ex frenorum genere non modo Oreæ, Lupi, Postomides, sed etiam Antilenæ, Calcaria, Postilenæ, Clitellæ, & hi canabini

Q đ modus eundi equorum est quadruplex

Quomodo fiat cursus

Quomodo fiat troctatior

Quomodo fiat trahinus.

Quomodo fiat portantio.

De naturali modo eundi equorum

De eqs Turcharum

De eqs Germanicis

De eqs Hispanicis.

Laus equoꝝ Hispanicoꝝ

De eqs Anglicis.

De artificioso modo eundi equoꝝ.

De uarietate frenoꝝ.

compedes numerari possunt, quibus Equisones in tolutaria gradatione utuntur: Itaq; cum de equitandi ratione disputatur, quæ sit uel corpori obfutura, uel ualitudinem conseruatura sanius, intelligendum est, cum equitandi cursum imprimis solere improbari, quo cephalea aut is epiphoræ excitatur morbus qui aeris ictu in oculos reflexo fiat: eodem accedit, q̄ hic excurrendi licentia sæpe sunt uitæ discrimina adeunda, cum perspicuum sit, natura euenire sæpe, ut facilius equi excurrendo possint, q̄ gradiundo labi, quandoquidem apertum sit, euenire solere crebro, ut hi facilius pondere suopte cadant, qui corpore sublato pendent, q̄ qui alterna solent gradatione niti: Ex quo iure est illud hominum sermone tritum, eucharisticum in sinu gerere debere libum, qui eum concitat ad cursum: cum causam currendo exquirat, uel perspicui periculi adeundi, uel sopiti excitandi fati. Ideoq; nō sine causa sæpe Equisones uidemus, qui in excurrendi assiduitate uersantur, uel luxatis uexari membris, uel incedere solere claudos. At uero glomerationem, quæ corpus succussatorio gradu mouet, perinde utendam esse censemus, ut erit experiundo nota, qua scilicet intelligatur, quid ex morbo sit equitando remissum: gradatio uero quanq̄ sit equitando suauior, frequentius tamen esse causa cadendi solet: nam cum in ea equi non altius sexquipugno pedes a terra tollant, facile possunt aut minimis implicari fibris, aut lapide detunso labi, ex qua prolapsione fit, aut corporis luxandi causa oritura, aut iracundiæ nascitura uis, quæ duo maxime ualitudini aduersando obsunt.

Quocirca ob id minus est a multis probro Ferdinando Maiori datum, q̄ nunq̄ sit bis uti eodem equo cæspitatore solitus: At cum de tolutaria ratione quæritur, sciendum est, non perinde gradum debere in Britannicorum equorum, q̄ in Mularum uectione secerni: Siquidem Britannici cum aut altius tollant pedes, aut gradu incedant rotundo uolubilius, corpus mouent gradiundo concitatius: Mularum uero ingressio, cum remissius numerosa feratur, multo est iudicanda in equitandi continui

Marginal notes:
- Qualis eqtatio sit sanior
- Quare sit uitandus cursus.
- De troctatione
- Quādo sit utendū troctatione
- Quādo sit utendū trahino:
- Ferdinādus Maior.
- De differētia portantionis equorū Anglicorū & Mularū

tate melior : Ob eamq; causam senatui datum est Constantini Cæsaris prouisa ratione ius, quo ei esset uti mulionica uectione licitum : Quare cum quæritur, qu d cuiq; sit horum generum consentaneum futurum potius, dubitationem non habet, quin id ad experiundi facultatem referendum sit, ex qua fiat coniectura certior, quid maxime cuiq; sit salubrius equitando futurum, cum præclare intelligatur, quod minus sit hodie pereclitando cognitum cras patere experiundo posse, idq; eatenus iri debere probatum, quoad sit sanationis exploratæ index. At uero uenatio quanq̃ & equitandi sit coniuncta parti, & ualitudini profutura uideatur, ut maxime Galeno placere cerno, atq; ob eam maxime causam natura dicatur iusta, proptereaq; ea fiat præda belluarum, quas ad hominum usum natura gignit, lege tamen est & pontificio sublata iussu, quo prouidendo cauetur, ne flamini sit eius uenationis utendæ ius, quæ sumptu sit, aut apparatione constructior, quale potest id genus uideri, quod sæpe saturnalibus in pratis portunis fiat, aut qualis est ea uenatio iudicanda, in qua senticeta lineis telis obstruntur, nequo inclusus aper elabetur : Itaq; cum ualitudinis causa, a Senatore est suscipienda uenatio, dubitari non debet, quin ea sit dignitati magis consentanea futura suæ, qua plaudorum canum solertia spectari in conturnicum perdicumq; uenatu potest, qui ob id in noualia tonsa deducãtur, quo usq; dum id alitis genus metu iniecto ambitu q; artificioso retineãt, quoad euer riculum possit a uenatore iaci : Nec item minus id uenandi genus laudari debet, quod retiaria ratione constet, quodq; succisiuis temporibus tumq; maxime a Senatorum genere iniri solet, cum est aut atrophiæ, aut cacesiæ formidanda tabes : Ideoq; ob id a multis Viuaria & Theoriotrophia constituta esse cernimus, quo his honestior liberiorq; sit uenatoriæ uoluptatis perfruendæ locus : Quale illud modo officiosissimi negociosissimiq; hominis Petri Rhegyni Senatoris uidemus, quod ab Ascanio Senatore est ad Dioclitianas Thermas in stadii ambulatione factũ : Quod idem esset de accipitraria uenatione dicendum, nisi in ea magna

Priuilegiũ Constantini:

Q d Car. possũt uti mula in equitando

Q d experientia docet qs equorũ gradus sit sanior:

DE VENATIONE

Quare uenatio est iusta.

Q d uenatio sũptuosa est uitãda.

Vt.c.i.de cle.uenat.&.c.ii.&c. Esau.

Quãdo uenatio est licita:

Innocẽtius in.c. dudũ d electiõe Car.Zab.ĩ Cle.ĩ agro d sta.Mo:

Q d uenatio est exercẽde ĩ metu ęgritudinis

Petrus.tt.S Cyriaci.P.C.Re.

Ascanius Sfortia Car.

DE AVCVPATV FALCONVM

quoq; fieret apparatio & iactura sumptus: quid .n. spectatu iucundius esse posset, q̃ a, duobus Falconibus cernere, ita aut aquaticam auem, aut uolitātē intercludi Miluum, ut partito bello, coꝝ alter ruat ex alto preceps, alter deorsum subuolando feriat, idq; eo fieri concertatoria dimicatione mirabilius, quo artificiosius ab his eatenus bellum duci solere uideatur, quoad sint circumuolando nacti auis urgendæ & opprimendæ locum: quod quidem cum minus fieri sine sumptu & apparatu possit, nihil est causæ, quin fatendum sit, id uenationis genus ad Regum potius pertinere debere usum, quorum liberior est in uiuendo dignitas, & fortuna in utendo maior: Sed ex omnium exercitationum genere id est salubrius Galeno uisum, quod lusoria pila fiat: quodq; eo possit laudari tutius, quo est commodius in utendo, aut in tuenda incolumitate sanius: Vt modo est a, municipe meo Ianensi .M. Antonio lecticulario ī adolescentia Medico ī Galeni epitomate notando perscriptū: nam cum in uicissitudine mittendæ & remittendæ pilæ totum corpus equali moueatur agitatione membroꝝ, facile intelligi debet moram ludentibus ad respirandū dari, nec ita eos in gyrum circumferri solere uolubilius, ut capitis uertigo excitetur, nec ita pronos ad terram ferri, ut lumbi, aut ossium commissuræ fatigentur, sed pene rectos tum celerius recurrere, tum tardius moueri, tum sedatius redeundo gradi, quorum dissimillimo motu, nec spiritus intercludi, nec anhelitus moueri, sed potius inter eos cum aliqua intermissione certari: quod quidem minus euenire in luctandi currēdi, aut equitandi ratione potest, quoꝝ generum motibus sæpe uidemus, aut aliquid morbi exercendo contrahi, aut membra perturbari uehementius: Quocirca nostri hoc totū sphere machiæ ineūde genus bipertito secernunt, unum quod pugilatorio folle, alteꝝ quod pila trigonali constet: Folliculare est .n. id, quod auctorum memoria a, Nicolao Aestensi pneumatica ratione institutū ferūt, quodq; modo a, nostris solet quadripertito discerpi: cuius generis unum pugno, alteꝝ lamina pugilari, tertium tripode, quartū pedū ictu & repulsu fiat, quod harpastum a, Grecis nominari sci-

Q đ uenatio falconū esset utilis nisi fieret cū sūptu

Q đ uenatio falconū pertinet potius ad Reges

DE LVDO PILAE

Galenus de parua sphera.

Laus ludi pilæ.

.M. Antonius Montisianus Medicus

Q đ ludus pilæ est duplex

Quare debet uitari ludus pilæ pneumaticæ.

Nicolaus Aestēsis.

mus : quod quidem genus, cũ membra pondere & ictu lędat, nec ſine patritii pudoris iactura fiat, nihil attinet, ut ad Senatoriũ uſũ transferatur : At uero trigonalis pilæ ratio qualis maxime uideri ea Florentina debet, quę eſt farta fullonico tomento diligentius, cum multo ſit ponderis formeq; mediocritate cõmodior, maxime ad Dynaſtaꝝ nobiliſſimoꝝq; hominũ uſum uideri reperta poteſt, cuius quidẽ ludi genera numerant quatuor, quoꝝ unũ incuſſoriũ, alteꝝ trigoniũ, tertiũ parietariũ, quartũ funariũ nominat. Incuſſoriũ .n. eſt, in quo pila humi incuſſa ſolet uolę impulſione mitti, quod cũ ſit progrediendi longitudine incerta operoſius, ſæpeq; in eo corpora deorsum curua ferant, in quo maxime lędi ſoleant natura reclamante lumbi, perfacile iudiciũ eſt, id minus ſeruire corporis ualitudini & uitę dignitati poſſe. Trigonium autem eſt id, quód in ſpheriſterii trigone fieri conſueſſe cernimus, quod cũ ſit breuitate anguſtius, & triquetra figura lacunoſũ, multũ hominũ corpora ludendo lędit, cũ ſatis perſpicuũ ſit, breui progreſſione ocius fatigari corpus, ac triquetra mittendi & retorquẽdi uice, aut hebetiorem uidendi fieri ſolere ſenſum, aut caput moueri uolubilius, ex quo cauſa uertiginis excitandę ſit, At parietariũ id nominari poteſt, quod ad parietem linea deducta ludit, nequid infra ſit pilę mittendę loci : quod quidem cũ fiat, aut excurſione incitatius, aut mittẽdi contentione longius, nemini dubiũ eſſe debet, quin ſit paganoꝝ potius hominũ libertati concedendũ, qui minus ſolent laborioſa uoluptate frangi : Funariũ autem eſt, in quo Aula, aut triclinium fune traſuerſo ſecernit : ſupraq; eatenus mittunt & remittunt pilam, quoad ſit id duplex ludi conſtitutũ ſignũ, quod numerus uincendi & ſuperandi ſit : in quo quidem cũ ęque caput ac lacerti & crura moueant, perfacile iudicandũ eſt, eiuſmodi ludendi genus analogica quadam eſſe ratione conſtitutũ, quę maxime ſit ad ualitudinem tuendam apta : Nã & illa moderata ingreſſio & quaſi ad anapeſtũ gradatio, tũ paſſuũ minuta breuitas, tũ tranſitio & declinatio, & huic fintima nõ longa digreſſio, tũ percũctandi interpellatio, ut quaſi ſubſiſtendũ & expectandũ ſit, maxime ad reſpi-

Qđ utilior eſt uſus paruę pilę

Qđ ludus pilæ diuidit quadupliciter.

De defectibus triũ ludoꝝ paruæ pilæ

Laus ludi funarii paruæ pilæ.

Quare ludus funarius paruę pilę iuuat corpori.

Quare ludus fu narius paruę pilę adiuuat animi letitiã.

Vtrum Card. debeant uti parua pila ad recreationē & sanitatē nos remittemus .S. .D.N.P.

De exercitio quod dissimiliter mouet mēbra

Qđ motiones sũt uitandę quę obstant dignitati

Quę motiones lusoriæ sũt quę obstant dignitati

Ioãnes Tricaricẽ Car.

De sagittatione uitanda.

De ludis prohibitis cauendis

De nocumēto ludi chartarũ aut tesserarũ:

randum & sedatius ludendum ualet: Eodem accedit, quod mēs ludi uarietate delectari potest exhilarata lætius, siquidem & pilæ uenusta petitio, & remittendi iteratio, tum cognitio & quasi diuinatio, quorsum casura sit, tum sinistrorsum repercussio, tum uola retorta reiectio, iucundum habet in utendo & tractando modum: Qđ si quæratur in priuati cura splendoris, utrum hoc totum ludendi genus iniri a Senatore debeat, haud quaq̃ est dubitare licitum, quin id sit .P.M.S.Q. iudicio remittendum nequid possit decernendo & iudicando contrahi, quod iure reciniendum sit: At uero ea exercitationis ratio, quæ est in membrorum genere mouendo dispar, multiplex putari potest, cuius generis nō modo scriptio, sed etiã ea lusoria motio numeratur, in qua cernitur aliquod membri genus moueri solere solum: in quo quidem uidendum est, quatenus sit ualitudini & dignitati satis: ut si patrum memoria diceretur, Isidorum Rutenum Senatorem ea consuesse hasta exterebrata uti, qua spiritu solet cretacea pila mitti, facile quoq; causa affirmandi esset, eum sibi ipsi fuisse & dignitati offuturũ suæ, cum perspicuum sit animam compresso foetere solere flatu, nec aspectu decorũ sit, Senatorem hasta spectare buccinatem: aut si rursus auorũ memoria diceretur, Ioãnem Tricaricensem Senatorem, eo quotidie ludo uti fuisse solitũ, in quo lignea pila ꝑ ferreum orbē malleo impulsa transit, haud quaq̃ dubitandum esset, quin itidem quoq; affirmari posset, cũ in eo ualitudinis fieret & existimationis iactura bonæ: quod idem est de sagittandi studio & uoluptate dicendũ: nam cum arcus intenditur abducendo contentius, facile causa potest, alicuius membri luxandi & discidendi nasci, ut Grimoaldo Longobardorũ Regi euenisse ferunt, quem ad palumbē feriendũ, uehementius arcũ abducentem, lacerti uena perfracta occubuisse dicunt: nihiloq; Senatores utilius ea uti motione possunt, quę in chartario ludo, aut tesseris in fritillo fiat, cũ apertũ sit, eam perinde corpori, ut famæ nocere solere semper, nam cũ in ea manus tantũ reliquo corpore torpescente moueaẽ, nec in reliqua membra diuidaẽ partita ratione labor, cuius exi

ſtimare licet, quantũ ea ſit corpori allatura mali. Q đ ſi incidat quandoꝗ tempus, ut peregrinatio ſuſcipienda ſit, quale nuper legaticiũ in Germaniam iter Bernardini Caruagialli Senatoris fuit, intelligendum eſt, hoc totum itinerarium genus in partes diſtributum eſſe quatuor: quarum una in ueſtitu, altera in uiatoria diligentia, tertia in uictu, quarta in prçſidiorum ratione uerſatur: ueſtitus .n. genus bipertito diſtribuitur, unum quod ad æſtiuum, alteꝝ quod ad hybernum accomodetur tempus: Aeſtiuum enim id primum laudari ſolet, quo cauetur, ne lędatur calore, aut uia puluerulęnta caput, quominus cauſa tabidi morbi, aut cephaleæ gignundæ ſit: Quo ingenere homines diuerſa capitarii operimenti ratione utuntur: ſiquidem Hiſpani eiuſmodi anni tempore negant ſe eo capitatorio amictu uti desituros, quod ex carbaſina tela punico modo conſtet, proptereaq; nec ſit ſudoris cauſa ciendi, nec caput ponderis grauitate lædat: at ab Inſubribus & Tranſpadanis eam larualem caſſidem uſurpari in çſtiua equitatione cernimus quæ cum ex ſerico ſecũdario aut undulato fiat, maxime ſit caloris, aut pulueris depulſura uim: Cotra autem nonnulli eo uti galero malunt, qui ſit uiminea ratione textus: Nos uero hoc ãni tempore a Senatore dicimus eo petaſi genere eſſe utendũ potius quod ita ſit ad ſchiadii ſiue ad cadurci conſtitutũ modũ, ut nec capiti præmendo obſit, nec flagrantem ſinat penetrare ſolem: Ideoq; multi quo cõmodius caloris appulſũ peragrando pellant, arcera ſolent, aut rheda circũſtrata uehi: quo genere his proximis meſſoriis feriis Ioãnem Iordanũ Vrſinũ uſũ fuiſſe ſcimus, cũ ex urbe Mediolanum Lodouico Gallorum Regi ueniſſet in uictoria Tranſpadana gratulatũ: Quæ eadem de eo ueſtiũ genere affirmare licet, quç hoc çſtiuo tẽpore ad Hypoditis, aut Epichlamydis uſũ tranſferri poteſt: cũ perſpicuũ ſit, id genus ueſtis, maxime eſſe aptum ad hoc ãni tẽpus, quod minus ſudorẽ, uel lanç calore, uel pãni grauitate cit, quale ſcilicet eſt illud iudicandũ, quod in Celtis & Britãnia cernimus filo craſſiore texi. At uero hyeme cũ ſoleant morboꝝ genera aculeata naſci, quç acumine ſint hominum uexatura uitam, ex quo genere Syderatio, Opiſthotonos, Paraly-

DE CVRA Itinerantiũ

Bernardinꝰ Caruagiallus Car. .S.Crucis

Q đ cura itinerãtiũ quadrupliciter diuidit̃

Q đ ueſtitus itinerantium dupliciter diuidit̃

De integumẽtis çſtiuis capitis.

De integumẽto Hiſpanoꝝ

De integumẽto Lombardoꝝ.

Ioãnes Iordanꝰ Vrſinus Año .1509. de mẽſe Iunii Lo. Gallo. Rex.

De ueſtibus ſuperioribus çſtiuis uiatoriis

De ueſtibus hyemalibus uiatoriis

fis, pleurefis, tetanos, & pernio numerari poſſunt, dubitari non debet, quin eo in peragrando ſit cura adhibenda maior, quo anni tēpus formidoloſius uiſum iri poteſt: Itaq; hyeme in uiatorio ueſtitu, id in primis tranſlatitium ſolet laudari hypoditis genus: quod nuper ſit ad colobii, aut epheſtris modum Gallorum ſedulitate repertum, quæ gens in amictu nouando ſemper incoſtanter ingenioſa fuit: nam præter q̄ ꝙ præclare ſit tanq̄ thorax ad uim frigoris pellendam factum, corpusq; ſine foeminaliū aut uentralium munitione tegat, tum maxime ad id loci genus laciniæ breuitate aptum uideri debet, quo aut propter decliuum deſcenſum pedibus iter faciundum, aut propter rupis anguſtias ex equo deſiliendum ſit: Nec item eſt id epichlamium probandum minus, quod rotundum ad cycladis ſimilitudinem panno amphimallo conſtet, qualis ille potuit erythreus iudicari cyclas, quo his ſementinis feriis Franciſcum Soderinum polytropum Senatorem amictum & clamidatum uidimus, cum ſe in Corteſianum uiſendi mei cauſa contuliſſet, Eademq; ratione ea eſt Germanica laudanda caſſis, quæ relictis conſpiciliis caput undiq; obſtruendo ſæpit: par atq; idem eſt Gauſapini uſurpandi pilei, & eorum tibialium utendorum modus, quæ cum amentis ex gallica byrſa fiunt, nequa corporis coelo rigente ſit deſerta futura pars Viatoria autem ratio in ea uerſatur procuratione reꝝ, quę ad propoſiti conſtitutiq; itineris uſum pertinere uideatur, quo in genere ea eſt primum cura laudanda, quę in deſcribendoꝝ itinerarioꝝ equoꝝ ratione uerſatur, cum ſcilicet ante eſt prudentia certa prouiſum, quid cuiq; equoꝝ aptum uię rationi ſit, quidue Senatori ſit ad ualitudinem aut ad loci naturam conſentaneū futuꝝ magis, quarum altera pepſide, altera eſt natura metienda ſitus: ut ſi matutinæ dyſpepſiæ occurrendum eſſe dicamus, dubitationem non habeat, quin tolutaria ſit mulæ uectione utendum, quo motio ſit in acido cibo terendo lenior: aut ſi rurſum luteum, aut paluſtrę oſtendatur iter, facile concedendum ſit, negocii eſſe Senatoru, ut equo celſo Parthenopeo utatur, quo tutior facultas ex limo emer

Laus ueſtis uiatorię Galloꝝ

Franciſcus Soderinus baſilicæ .xii. Apl'oꝝ Pb̄r. Car. Vul. Oppidū Corteſiū āno 1509 de menſe Setembris.

Prudentia circa eas res quę pertinent ad iter

Prudentia circa equos uiatorios

Quomō in uia ſit utendū eqs ſecūdū digeſtionem

Quomodo in uia ſit utendū eqs ſecūdū naturam locoꝝ

gendi sit. At contra si alpinum iter faciendum esse affirmetur, non alienum sit fateri, Senatorem debere manulo Britanno uehi, quo discriminis sit in delabendo minus: Eademq́; est corporum expendendorum ratio, ut si patrum memoria diceretur, non perinde Eugenio Quarto, ac Nicolao Quinto eundem esse consentaneum in peragrando equum, propterea quod eorum alter esset, opimi corporis natura crassior, alterius corpus trium tantum pedum & sextantis esse diceretur: Quod cum perspicuum sit, sciendum est, peregrinantis Senatoris esse proprium, ut uarios desultorios equos, sine sessoribus peragrando ducat, quorum dissimilitudine uti, in ualitudinis & loci uarietate possit: quocirca Senatores multi, qui maxime sunt peregrinationis suscipiendæ & itineris ingrediundi gnari, non modo fabriles peras cum follibus & incudicula ferunt, quo equis in longo itinere possint soleæ induci nouæ, sed etiam Hippiatros & Veterinarios ducere eundo solent, quo eorum disciplina sit illorum equorum occursura morbo, qui lassitudine sunt, aut uiarum asperitate fracti, nequid famulantium affectantiumq́; ualitudini sit, equorum ademptione nociturum: Nec item minor est circumpedum habenda cautio: nam cum fere semper eos quaternos in Senatorio comitatu numerari solere uideamus, meminisse debemus, benigni esse Senatoris, his ita equos adscribi iubere trinos, ut equitandi uicissitudine, quadripertitaq́; itineris mensione, tantundem quotidie omnibus, pedestris decernatur uiæ, semperq́; ex his unus ita Senatori equitanti adsit, ut nunq̃ a pedibus discedat usq̃: in quo quidem erit prouisum & eorum ualitudini, & Senatoriæ incolumitati satis, quandoquidem nec unius diei itio debeat uideri longa, quæ sit in quatuor distributa partes, nec iure Senator queri equitando possit, si ex his semper recens ob pedes obuersetur unus: Recteq́; etiam præcipi in hac itineraria ratione solet, ut mulis clitellariis, qui uiatorias famulantium peras eundo ferunt, ita ad itineris rationem onera dimensa imponantur, ut ad eundem cauponem uenire sine lassitudinis difficultate possint,

Quomõ in uia sit utendũ eqs secũdũ habitũ corporis:

Eugenius .iiii.

Nicolaus .v.

Q ð in uia debẽt duci eq ad habenas p Car.

equorum medici

De cura equorum circa mascalciã

De cura parafrenariorum.

De eqs parafrenariorum.

De partitione equorum parafrenariorum.

De cura impedimentorum

ad quem noctu Senator diuerſurus ſit, quo in coeli tempeſtate fa mulantium generi facultas amictuum mutandorum detur: atq; hoc idem de rhedariorum, uehiculariorum, aut eorum dorſuariorum equorum genere affirmandum eſt, qui non modo abacos, mono podia, & hippoperas Senatorias, ſed eas etiam gratas arculas fer, re ſolere cernuntur, ex quarum alteris clinidion cum conopæo ſtatuatur, in alteris id pyxidum adſeruetur genus, in quibus cata, potia, cathartica, & ea antidota temperata inſint, quæ ſunt ad no uos locorum & coeli inſtituta caſus, nequid damni in itinere me, dicamentorum egeſtate contrahatur: Atq; huic generi finitima quoq; eſt Archimagirorum & Veredariorum iudicanda cura: quorum alteri præmitti eũdo ſolent, ut explorare obſonando poſ ſint, quid in quaq; regione cibi ſanius, aut pernitioſius futurum ſit, alteri uelocius equitando præcurrant, quo redeundo moneant, quid in itinere noui ſit aut belli calamitate, aut coeli tempeſtate natum, ex quo cauſa aut diutius in loco manendi, aut celerius feſtinandi ſit: nihiloq; ad hunc uſum inutilius id Itinerarium uideri debet, quod ſit topographica ratione deſcriptum, quale eſt Antonini Cæ ſaris Odoepericon putandum illud, in quo fluminum, ſaltus, ſiluarum, montium, & urbium deſcribuntur ſitus: In uiatorio autem uictu intelligendum eſt, perinde eſſe cibi nouitati indulgen dum, ut eſt ualitudinis obfutura minus, nam cũ quibusdam in lo, cis, aut hominum inſcitia, aut natura loci, ſæpe ea ciboꝝ genera reperiant͛, quæ ſunt, a, cõmuni noſtroꝝ hominũ diſiuncta ſenſu, dubitari non debet, quin ſit Senatoris in peragrando cauti, ſemꝑ ex ſingulis oenopoliis iubere plus quatridui cibum ad ueſcendũ fer ri, ne noui alteriusq; cibi inſolentia ſit corpori nocitura grauius: Itaq; ſi interdum cauſa incidere uideatur, ut propter uim rerum edendarum, abſtinere ſit q̃ edere aut potare ſatius, nihil abeſſe de beat, quin cauſa ſit ea Arnaldi Hiſpani pharmaceutica præcepta conſectandi, quibus modus aquæ eluendæ & inediæ ferendæ dat͛. At uiatoria præſidia totidem numerari ſolent, quot poſſunt mor, borum genera repentina gigni, ut si dicamus cuipiam euenire equi

De cura tabellariorum.

Q uare Car. debent ducere ſe cũ tabellarios.

De habendo Itinerario in uia.

Itinerarium Antonini Pii.

De uictu uiatorio.

De cura uitandi cibi nociui in hoſpitiis

Remedia Arnaldi de Villa noua ad inediam ferendam

De præſidiis in uia.

tanti / ut propter celerem ex calore in frigus transitionem / aut pedum algore torpeat / aut languidius peragrando cernat / facile sit ex Medicorum disciplina iudicandum / eius pedes oculosq; melanthio illiniri debere ante / quo sit in frigore depellendo munitior : eademq; ratione si cuipiam euenire dicatur / ut propter hybernum frigus / causa ei in pernionem incidendi sit / recte etiam existimari possit / frigida eũ aqua collui oportere statim / quo corpori causa sit ad naturam redeundi suam / ut sæpe fieri in pomaria Oporotheca patet / in qua mala frigore concreta latice regelari solent . Quin etiam si in niuium magnitudine ita quandoq; euenturum sit / ut minus homines caligine offusa cernant / præclare intelligi detur / eos aut uitreis conspicilis / aut eo oculario reticulo oportere uti / quod atro colore constet / ne oculis in nimio candore conniuendum sit . Idemq; fere est ualitudinis tuendæ modus/cum temporis est / aut negocii siue Rei pu . causa nauigandum : Vt si his proximis suscitatiis feriis Hyppolito Aestensi Senatori ex . S . C . belli causa in Asiam trasmittendum sit / facilis causa æstimandi detur / sua interresse arbitrari / non modo quid morbi possit ex insolentia marina contrahi / sed etiam quid maxime præsidii nauigando ferat / quo sit ualitudini seruiendum belle : nam cum nauigandi insolentia sæpe / nausea / anonesia / lipothymia / macies / reiectio / uertigo / & cephalea oriri soleant / necessario affirmari potest / prudentis esse in nauigando Senatoris / ea medicamenta ferenda curare / quæ sint ad eiusmodi morborum genera pellenda facta / quale illud nauticum antidotum iudicari debet / cuius maxime Bartholomęus Montagnanus inuentor & amplificator fuit : Idq; intelligendum eo fieri debere diligentius / quo in locorum temporumq; oportunitate Res pu : plus detrimenti capere ex Senatoria imbecillitate potest . Sed multum etiam Medici ea Balneorũ Thermarũq; genera ualitudini profutura credunt / quorũ altera modo artificioso fiant / altera inuentu naturæ sint ad hominum pellendos constituta morbos : eorum enim quæ artificiosa nominantur / genera cernuntur duo :

Remediũ ad usum oculorũ

Remediũ contra pernionem

Remedium contra candorem niuis .

De cura nauigãtium

Hyppolitus Aestensis Car . Ferrariensis . 1510 .

Morbi qui excitant in mare

Q d Car. debent ferre medicinas in naui.

Bartholomeus de Montagnana Medicus

DE BALNEIS

Q đ Balneorũ unũ eſt genus artificioſũ, alterũ naturale.

Q đ artificioſa Balnea dupliciter diuidu ɪť.

Q đ Balneũ aq̃ frigidę debet attẽdi ſecũdũ differentiam ętatũ

Georgius Card. Portugallenſis

Galeottus Frangiottus Lucenſis Car. Iulii .ii. nepos

De prudẽtia Medici circa huiuſmodi Balnea.

Q đ Balneũ aq̃ calidę eſt duplex.

Q đ Stupha eſt duplex.

unum, quod pſycholutrica, alterum, quod caldaria lotione conſtet: Pſycholutricum enim eſt, quod domi in baptiſterio ex ciſternina aqua fieri aut latice fontano ſolet, quodq; non modo obſtruit refrigerando corpus, ſed etiam pedum articulorumq; dolorem extenuando lenit: Itaq; cum cauſa eius utendi datur, intelligendum eſt, id primum debere ætatis ratione ſecerni, ut ſi Alexandrinis temporibus diceretur Georgium Luſitanum Senatorem annos octuaginta natum, quotidie uti fuiſſe pſycholutrica lotione ſolitum, fatendum quoq; eſſet, multum eum fuiſſe uitæ nociturum ſuæ, cum perſpicuum eſſe poſſit, naturæ calorem, qui longe in eo eſſet decurſa ætate minor, nunq̃ aqueæ fuiſſe frigiditati obſtiturum: contra autem ſi proxime affirmaretur, Galeottum Lucenſem adoloſcentem Senatorem, ſingulis quoq; quatriduis conſueſſe latice fontano collui, facile tum inter omnes conſtare poſſet, id ei fuiſſe obfuturum minus: quandoquidem ſatis deberet eſſe notum, naturæ calorem, qui eſſet in imas corporis partes humore aduerſante pulſus, robuſtiuſ in imo reuicturum, ualentiusq; coɔcturum extenuando cibum. Quocirca in hoc genere Medicis nõ minori ſolet eſſe curæ, quemadmodũ in ſolio ſit latex frigiditate moderata blandus, q̃ quemadmodum quantum ſit in eo terendum moræ, nequid morbi euocari abluendi diuturnitate poſſit: At caldarium maxime ſolet numerari duplex, unum, quod aquea humiditate, alterum, quod aerio humore fiat, quod hypocauſtum nominari poteſt, quorum alterum ad infantum, alterum ad puberum lauationem pertinere cernitur: Hypocauſtum enim quod ſit ad uaporem excitandum factum, bipertito quoq; diſcerpi poteſt, unum, coctilitum, alterum quod in caldario ſolio aut labro fiat: Coctilitium enim eſt, i quo præfurnium ita conſtrui ex cyatorum fictilium comexum ſolet, ut ex eo in caldarium erumpat igne ferueſcente uapor, quo genere maxime Germanos uti ſolere ſcimus. Labrum autem cum lignea natura conſtet, ob id maxime Frigidario, & Tepidario ſubiectum conſtituitur, quo cauſa aquæ miſcendæ & temperandæ ſit

ſit ne ita ſit in alterutram propenſura uim, ut corpori lauando & eluendo ſit: quare perſpicuum eſſe debet, hoc uaporariæ lotionis genus multo eſſe pſycholutrico in eluendo præſtantius, idq; oſtendi mulierum exemplo poteſt, quæ in ſudariis, aut calanticis xili, nis eluendis calida magis uti q̃ frigida aqua ſolent, proptereaq; ab ſolutius ea ſit inuſtas dilutura ſordes: quod cum ita ſit, intelligi etiam datur hoc, lotionis genus, q̃q̃ calefacere aduentitio uapore poſſit, natura tamen membra refrigerare & liquare ſolere ſemper, ut facile eſt ex eorum manibus iudicare licitum, qui nouacula bar, bam abluendo tondent, quorum manus molles & liquatas eſſe aſ, ſidua lotione cernimus: Ex quo iure affirmari poteſt, homines quo ſe diutius in ſolium mergendo illuunt, eo magis naturæ calo, rem deperditum & extinctum iri. Q đ ſi percunctando quera, tur, cui nam hominum naturæ, hoc lotionis genus conſentaneum magis futurum ſit, dubitatio accidere non poteſt, quin fateri debeat, id ad eorum naturam accomodari ſolere ſanius, qui aut ſanguinis affluentia præſtant, aut a, laborꝫ aſſiduitate ſe ad ocium requie, ſcendiq; ſtudiũ contulerunt: cum eorꝫ alteri multum ſordium ſua, pte ſudandi facilitate contrahant, alteri in intercutanea humorum affluentia uerſentur, qui maxime dilui lauando debent: quod eodem modo eſt, de uinario, lactario, aut de eo oleario balneo rum genere dicendum, quod in eleotheſio fieri ab alipte ſo, let. At Thermarum genera, cum uaria natura conſtent intel, ligi debet, ob id eſſe hominum generi naturæ prouiſione data, quo tum maxime eſſent hominum uitæ profutura, cum iam non eſſet ultra medicorum opitulatura, aut progreſſura uirtus: ex quo quidem, cum quibuſdam quædam morborum genera minus ſa, nari Thermarum ope cernuntur, facile patere debet, nullum eis relinqui conualeſcendi, aut ex morbo elabendi locum: Itaq; cum aut inſidentis morbi cauſa, aut ęgritudinis uenturæ metu, Senato, res Thermarũ opem periclitaturi ſunt, ſciendum eſt ab his earum maxime, uſũ debere probari, quę non longo ab urbe interuallo diſtẽt quoĩ genere Bononienſes, Lucenſes, Piſanæ, Volaterranæ,

Q đ Balneum aquę calidę magis mundat

De defectu huiuſmodi Balnei

Q đ Balneũ aq̃ calidę magis eſt accomodatum ad ſanguineos.

DE BALNEIS NATVRALIBVS

Q đ quando balneũ naturale nõ ſanat, ſalus poteſt deſperari.

Q đ Car. debent uti Belneis quæ ſũt proxima ad urbem

Senenses, Viterbenses numerari possunt: Bononiensium enim Thermarum genera ea salubriora iudicantur, quæ in Apẽnini constituta cliuo, naturæ inuentu sunt ad morborũ pellendam excogitata uim: ex quo perspicuum esse debet, earum calentium aquarum naturam, non modo aluminis & sulphuris, sed etiam salis & nitri mixtione præstare, easq; ob id morbis mederi consuesse multis, proptereaq; iuncta & concreta natura sint: Ideoq; cum hæ ualitudinis causa potantᶜ, sciri ope probata debet, eaꝝ haustu, hydrocephaleæ, nephretidis, dissuriæ, lithisiadis, & analesiæ sanari morbos, eumq; perinde ęgrotantium generi profuturum, ut erit temperatus in uiuendo modus: nam qui in eiusmodi latice potando, aut Medicorum pręscriptioni paulominus considerate parent, aut uiuunt libidini popinationiq; indulgendo liberius, dubitari nullo modo debet, quin facile sint in perspicuum discrimen incursuri uitæ, ut multis sæpe contigisse ferunt, ex quo iam illud solet decantari uulgo, harum calentium aquarum potu homines, aut ęgritudine liberari funditus, aut fato repentino mori: At in Lucensibus Thermis iudicandis, aliud Gentili Fulginati, aliud Hugolino Catino uideri solet, siquidem eorum alter eas sulphuratas aluminosas, & nitrosas esse censet, alter ita eas aluminosas esse opinatur, ut nihil his sulphuris inesse uelit: quorum utra sit sententia iudicanda uerior, difficile secerni expendendo potest, cum eorum alter semper sit factus Medicorum æstimatione tanti, ut iam ab eo sit omnino dissentire nefas, alteri ita dicatur hoc Thermarum genus fuisse adeũdi assiduitate cognitum, ut nihil ei esset experiundo, & periclitando notius. Quod cum constet intelligendum est tamen, harum feruentium aquarum perfusu ea morborum tormenta pelli, quibus pectus & nerui lædi consuescunt: quo in genere tussis, dyspnoea, orthopnea & ea luxatio uersatur, in qua membra sunt suo diuulsa loco, nec item eos iuuari solere secius qui sunt uulnere accepto claudi, ut memoria patrum Malatestæ Cęsenati euenisse dicunt, qui cum ex uulnere in acie accepto uehementer claudicare soleret, sic horum fontium perfusu adiutus fuisse dicitur, ut facile postea uideretur ambulare re

Balnea Porretana. .i.

De Porretanæ aquæ natura

Quibus medeᶜ Porretana

De periculo huius aquę Porretanę

Balnea Lucensia. .2.

Gẽtilis Fulginas

Hugolino d Mõte Catino.

Differentia inter Gentilẽ & Hugolinũ

Quibus Lucẽn aqua medeᶜ

Malatesta Cęsenatensis.

ctus : Ex Pisanorum uero Thermarum genere id debet iudicari princeps, quod Aqueum nominari cernimus : nam præterq̃ φ ita nitido lucidoq; colore fluit, ut facile in imo possint arenæ ramenta cerni, tum aptissime naturæ prouidentia est ad ea morborum genera pellenda factum, quæ icteros & paralysis uocari solent : idq; ob eam causam Medici euenire credunt, proptereaq; aluminosa & ferrea natura constet, cui maxime insit eius generis morbi arcendi & tollendi uis. Volaterranarum autem Thermarum illę magis probari solent, quæ ad eos sunt proxime constitutæ lacus, quorum natura ita subterraneo igni fumando bullat, ut non modo eius feruido uapore soleant exuri trãsuolando aues, sed sæpe etiam quadrupedum genera ingrediendo mori : Itaq; cum hic calentium aquarum fons ita cernatur aluminis sulphurisq; partita concretione exilire mixtus, ut facile in eo appareat sulphuris inesse minus, dubitationem nõ habet, quin concedendũ sit, eum his mirifice mederi posse, qui aut capitis pectorisq; ęgrotatione languent, aut in lithanico uersantur morbo, ut nuper lautissimo homini Hieronymo Rodulpho municipi meo Ianensi contigisse uidimus qui calculi uitium menstrua eiusmodi aquæ potione dempsit. Sed præter cæteros Senenses Thermarum descriptione & uarietate præstant : ex quo genere id primum laudari omnium sermone solet, quod Petreium nominatur : cuius perfusu tum dicunt fuisse melius Francisco Carmignolę Imperatori factum, cum apparebat Venetorum potentiam perturbatam fore, nisi per hos fontes ei modus ex morbo fuisset, ut celeriter ad transpadanum rediret bellum : Quocirca sciendum est, harum aquarum ui, cum sulphurea natura præstet, tum maxime sanari solere morbos, cum ex epistomio latex in caput assula obuersi stillando fluit, quo ex genere Dyspnoeciaci, Suspiriosi, Cephalici, Pneumonici, & hinumerarari possunt, quorum est in audiendo tarditas, aut quorum aures obtinnire solent : huic autem uicinæ Farinariæ, & Cucurbiticularię Thermæ constitutę sunt, quarum alterę cum feruecant in lauando lenius, ob id consuescunt adiri primæ, quo naturæ ritu gradus in abluendo fiat, alteras ad eum usum institutas esse ferunt

Balnea Pisana .3.

Quibus medet̃ aqua Pisana

Balnea Volaterrana .4.

Quibus medet̃ aqua Volaterrana

Hierõymus Rodulphus.

Balnea Senensia. .5.

Franciscus Carmignola.

Bellũ circa Brixiam inter Venetos & Philippũ Mariam Vicecomitem.

Quibus medet̃ aqua Senensis Petriolana

quo sanguis uitrea cucurbiticula solet cute puncta & tumefacta mitti: Atq; ab his non longe hę feruefactoriæ & caldariæ abesse cernuntur Thermæ, in quarum alteris ob eam causam est Baptisterium fornicatum a Rodulpho Camerte Imperatore factum, proptereaq; ab his sit incommoda pedum ægrotatione fotus: alteris modo homo prudentia & fortuna florens Pandulphus Petrucius, ita ex municipis mei Laurentii Ticinatis præscripto uti in abluendo solet, ut cum est ualitudini prospecturus suæ nusq̃ potius esse uelit: Eodemq; modo de Tomentariarum, Maceriarum, Vrceariarum, & earum Philippearum Thermarum genere affirmari potest, quibus ob id maxime a Gentile Fulginate est abluendi tributa laus, proptereaq; earum naturę sit subtilitate temperata leuior, maximeq; appareat medere solere his, qui nodoso pedum aut neruorum dolore torpent: Ideoq; magno homini Laurentio Medici causa semper huius Thermarum generis utendi fuit, cum eo pedum dolore uexaratur, qui hominum generi obuenire gentilicia hereditate solet: Nec multo quoq; ratio est Viterbensium Thermarum dispar: quo in numero Cryptarię, Heriles, Gabaleæ, Buxeæ, Palatinę, Matrales, Pratenses, Paganæ, & Asinariæ nominantur. Ex quo genere præter cæteras Cryptariis tantum impertit Medicorum disciplina laudis, quantum cuiuis Thermarum generi tribui laudando potest: Nam cum ænea ferreaq; natura fluant, dubitari minime debere dicunt, quin earum concreta mixtaq; natura, tam superuacaneorum humorum consumptrix iudicari possit, q̃ naturæ collyrium uideri lippientum, & quin tantum ægrotantium potui seruitura sit, quantum sit fouendæ purgandæq; naturæ sat. Ex quo non sine causa multos Senatores legimus sæpe ad has aquas fuisse uentitare solitos, cum nihil his uideri posset, aut salubritate utilius, aut urbis propinquitate commodius: Quibus expositis intelligendum est, Senatoris esse in conseruanda incolumitate diligentis, cũ ualitudinis causa eiusmodi Thermarũ genera adeunda sun, Medicos debere adhibere doctos, quorum consilio & disciplina intelligi expendendo possit, quę cuiq; ęgritudini profuturæ sint, aut quo sit anni tempore utendũ his.

Rodulphus Camers

Pandulphus Petrutius

Laurentius Papien̄ Medicus.

De uarietate balneoꝝ Senēsiũ.

De salubritate balnei.S. Philippi

Gētilis Fulginas

Laurentius Medices

Balnea Viterbens. .6.

De uarietate Balneoꝝ Viterbē sium

De salubritate Balneorum de de Grotta.

Quare laudatur usus huiusmodi Balneorum.

Q đ Car. debent uti consilio Medicorum in utēdo Balneo

Siquidem cum perspicuum sit, ut præclare ait grauis auctor Ga-lenus, maxime temporis coeliq; commutatione excitari morbos, fa-cile etiam censendum est, eam uarietatem uehementius tum corpo-ri nocituram, cum ei aliqd adicitur applicando noui, quo maxime mutatum iri solet, atqui cum palam notum sit, nihil ęque ac ther-marū genus mutare consuesse corpus, cum facile appareat, cor-pora eiusmodi calentium aquarum perfusu uehementius sexquiho-ra q̄ uno æstiuo calescere solere die, nihil causæ esse potest, quin concedendū sit, in Thermarum usu maxime spectari debere tem-pus, quo intelligatur quando lotio tempestiua futura sit, idq; ma-xime fieri ex ea notatione potest, qua considerando iudicatur, quæ sit mutatio euentura coeli: Nec enim acci-dere dubitatio debet, cum aut hyemis natura aduersante calet, aut riget arida frigiditate uer, quin antumno sit pleuseris, dysen-teriæ, aculeatorumq; morborum oritura uis, & quin minus tem-pus adeūdi sit: Eademq; ratione si hyeme septemtrio arida frigi-ditate flat, uereq; regio iri soleat austro perflante madefactum, fa-cile existimari potest, æstate ophtalmiæ dysenteriæq; ęgrotatio-nes nascituras, minusq; causam aquæ utendæ fero: at cum æstas inflammato calore flagrat, dubitari non debet, quin loto sit id ge-nus allatura morbi, in quo epiphora & amphimerion uersari so-lent: Ideoq; multi in Thermarū usu eos etiam dicunt exheresi-nios uitandos esse dies, quibus cernimus intercalari mensem: In quo quidem quanq̄ id nullo probari argumento possit, intelli-gi tamen debet id si affirmetur pro certo futurum, ad eam esse coe-li referendum uim, ex qua uaria rerum genera non perinde ac pu-tantur occulta ratione cadunt: idq; esse potest experiundo palam, cum sit communi notatione cognitum, his exheresiniis diebus non modo arbores intempestiue cedi, sed etiam sæpe abortiri sole-re mulieres: Qđ si causa affirmandi sit, id esse euenturum ita, erit etiam fateri necesse, hisdem diebus imbecillius hominum fu-turum genus, id si ita erit, intelligi quoq; poterit, minus Sena-torum generi causam hāc Thermarum utendarum fore, cum ue-risimile putandum sit, homines in aduentitia coeli & aquarum ui, aut imbecillius languefactum iri, aut oppressa natura peritu-

Galenus in tertia Aphoris.

Qđ Balneū ma-gis calefacit q̄ unus dies ęsta-tis.

De pronosticis tempoꝝ & tem-pestatū.

De Bisexto.

Vtrū sit utendū Balneis in bise-xto

QVALIS ESSE DEBEAT MEDICVS CARD.

Vtrum Medicus sit eligēdus practicus an speculatiuus.

Sententia eorum q probant Medicum practicum

Sententia eorum q probant Medicum speculatiuum.

Qd Medici debent esse speculatiui

Qd Medici errant sine uarietate scientiarum

rituros: Sed exiſtit hoc loco quæſtio, num Senatorius Medicus debeat experiundi facultate, an doctrinæ præſtare ratione potius. Sunt.n. multi, qui cum medicinæ ſcientiam uſu inuentam eſſe opinentur, magis eum eſſe exquirendum putant, qui empiricus in medendo ſit, q̃ q ſcientiæ ratione pręſtet, idq; probari argumento dicunt, nam cum medicinæ ſcientiam arbitrentur, ex multarum ſingularum rerum dimanaſſe uſu, facile eam affirmant ad morborum remedia transferri re periclitata poſſe: nec enim dubitari oportere credunt, ſi dicatur rheupontico dilui ſolere bilem, quin affirmari debeat propriam eſſe rheupontici bilis diluere & euocare uim, atqui cum id ad oecumenicam medendi rationem trásferri poſſe, ſine cauſę notione dicant, quo ſcilicet intelligatur, quid ſit euis naturæ proprium, ſatis apertum eſſe uolunt nihil abeſſe poſſe, quin concedendum ſit, ad Senatoriam ualitudinem tuendam eum ſeligi debere Medicum, qui magis ſit uſu explorato cautus, q̃ qui catoſcopus ſine experiundi facultate uideatur: Contra autem alii, cum medicinam ſcientiam eſſe arbitrentur, negant eam debere fortuitu euentu niti, atqui cum empiricos dicant coeco uti in medendo caſu, cum intelligere ſine cauſe cognitione nequeant, aut cuiuſmodi ſit inuecti natura morbi, aut quorſum ſit eius eruptura uis, præclare patere putant eos a Senatoria ualitudine tuenda iri debere reiectum: Nos uero cum uideamus omnia ſcientiarum genera uno utilitatis nexu contineri, atq; ex his alteram alterius egere luce, facile affirmare poſſumus Senatorium Medicum non modo medendi prętare oportere doctrina, ſed etiam uariarum artium ſcientia eſſe debere cumulatum. Quomodo enim eum ęgrotantium generi profuturum eſſe cenſemus, qui ſit lemmatum dialecticorum expers: cum Dialectica ſit lanx ueri falſi expultrix, & libra doctrinæ: atq; etiam quid ei euenturum credimus, qui mederi ſine Arithmetrica facultate uelit: cum perſpicuum ſit, eam eſſe primum artium Mathematicarum diſciplinarum gradum, nec ſine ea fieri poſſe criticorum dierum rationi ſatis. Quid item ei eſt accidere poſſe putandum: qui ſit aſtrologiæ diſciplinæ rudis: cum pefacile iudicium ſit, ſine eius notitia (ut prę clare ait Hippocrates in eo qui eſt de aquæ & aeris natura liber)

minus seruiri diatetice, aut pharmaceuticæ, siue chirurgice rationi posse: nec hoc loco physicen nominare attinet, cum iure concedi debeat, Medicos sine naturę scientia perinde posse initia indagare morborum, ut homines in tenebris sine lumine ambulare duce. Quod cum ita sit, facile relinquitur, a, Senatore Medicū esse exquirendum eum, qui magis enciclopędiacus, q̃ qui empiricus iudicandus sit: Qđ si tamen res secerni comparando debeat, nemini dubium esse potest, quin ex omni Medicorum copia is sit perquirendus seligendo prior, a, quo satis uicissim utiq; fieri rationi potest. Neq;.n. auorum memoria doctrinę magnitudo Thadeum Florentinum a, medēdi usu deduxit: qui ita prestitisse medicę theorię ratione dicitur, ut facile ei delatę sint omnium consensu primę, sicq; empirica tractatione floruit, ut neminem ęgrum feratur, sine quinquagenarii diurni nummi salutasse uade: quod eodem modo đ Petro Hebano, Arnaldo Hispano, Dino Florentino, Gentile Fulginate, Iacobo Foroliuiense, & Hugone Senense iudicare licet, a, quibus nunq̃ est medendi, a, doctrinę ratione seuocatus usus. Sed oriri solet hoc quoq; loco certamen, num ad patritiam tuēdam uitā, unus aut plures seligendi sint, multi.n. cum omnia plurium comitatu fieri absolutiora putent, nullam causam dubitandi esse credunt, quin fatendum sit, tutius eorum incolumitatem seruatum iri, quorum est uita pluriū doctrina & disputatione fulta, q̃ qui Medico nituntur uno, cum consentaneū sit, multos plura scire & indagare posse q̃ unū: At cōtra alii cum semp multitudinē inter se natura dissidere credant, nihilq; periculosius esse discordia in sanando putent facile eā excludi uolunt in medendo turbam, quę inter se natura sit aut iudicando dissensura, aut obtrectatorio certatura bello: Nos autem cum uni haud arbitremur tuto Senatoriā cōmitti uitā, quandoquidem uni facilior locus labendi & nocendi detur, iure eā Medicorum multitudinem laudare possumus, quæ doctrina sociata sit Senatori profutura ęgrotanti, quæq; ad eum Archiatrum præstantē statuatur qui in sanādo sit multitudinis dirigēdę prīceps. Idq; probari naturę ritu potest, in qua uni sēp dat̃ ī regēdo principatus, ut facile cernimus cor ī corpore esse potestate primū, & ī anima dominari mētē, idq; eo fieri naturę gradu, quo ītelligit̃, ab uno plura solere nasci,

Qđ si fieri posset đberet eligi Medicus q pariter esset practicus & speculatiuus

Thedeus Florētiuus

Petrus đ Hebāo

Arnaldus de uillanoua

Dinus Florenti.

Thomas Florē.

Marsilius de Patauio.

Gentilis fulginas

Iacobus de Foroliuio.

Hugo Senensis q oēs fuerūt tā practici q̃ speculatiui

Vtrum debeant eligi unus an plures ad curā Cardinalis

Qđ tutiꝰ plures eligunt̃

Qđ pluribꝰ ē dādus ꝓtomedicꝰ

Ratio quar̃ ē dādus ꝓtomedicꝰ

100

Ratio quare est dandus proto/medicus.

De assistentia Medici.

De pronostica/tione Medici.

Q ꝺ si artis humanę opus eo absolutius iudicari debet / quo similius solet naturę imitari ritũ / dubitari non potest / quin multitudo ad Archiatrum referenda sit / quo ars naturę ritu fiat in sanando melior : Ideoq; in omni ualitudinaria custodia semper est lecticularioꝵ Medicoꝵ generi Archiatrus in regendo dandus / qui cũ probando refellendo & disputando iubeat / quod sit medicinę genus adhibendũ / aut uitandũ magis / tũ maxime suscitando noscat / quid sit ex aduētitioꝵ casuum nouitate natũ / cui celeriter occurendũ sit / quod est maxime certum ueri inquirendi & ęgritudinis sanandæ iter : quare iure est ualitudinaria pręscriptione sanctum / ne eiusmodi Medicoꝵ generi ius sit digito latius a / custoditicia assiduitate decedendi / neue ab his is uitę ineatur ludus quo discendi & medendi iactura fiat / quale id genus uideri potest / quo tempus solet aut in tesserario & carthario ludo / aut in uenandi uoluptatete teri . Eademq; est habenda in portendendo & iudicando ratio / qua iubendo cauetur / nequis a / Medico futurus morbi significetur limes / qui occulta natura possit euenire secius / cum apertum sit in membroꝵ genere quædam sæpe solere monstra naturæ gigni / quæ aliter cadere & euenire possunt / ac pręsensum & iudicatum sit / neue ab eo impudenter futuꝵ afir/metur quid / quo neglgentior in sanando fiat / aut sit in Medicina adhibenda lentior / quo Senatoria consecuta morte / eius prędictio iudcatur in significando uerax :-

DE VITANDIS PASSIONIBVS, DEQVE MVSICA ADHIBENDA POST EPVLAS.

SED Quoniam ex turbidarum perturbationum genere, uaria sæpe ęgrotationum genera nascuntur, intelligendū est, maxime cauendū esse senatori, ne eiusmodi commotionum malo quatiatur: nam cum anima spirituum genere, qui in corpore sint uirium animæ uehendarum duces, ad uitæ munia obeunda utatur, ex uario spirituum motu, uaria affectionum genera gignit, quibus maxime potest uexari & afflictari corpus: siquidem gaudiū cū sit animi lætitia inanius ratione aduersante gestiēs si aut effusius efferat̃, aut repēte sit fortūa inexpectata natū, dubitationem non habet, quin subita esse causa hominis occidendi possit: nam cum animi alacritas specie obiecta boni, insolentius elata gestit, fitq; inopinato bono metiendo maior, facile tum constare potest, spiritum naturæq; calorem extra membra solere dimanare, cordeq; deserto deletum, & extinctum iri, ex quo causa homini intereundi sit: quibus ex rebus uidendum est, ne senatores ea subita alacritate occupentur, quæ sit aut multum offensura corpus, aut mentis labem allatura: nam cum urbs maxime sit rerū fortuitarū nutrix, sæpeq; in ea usu uenire solent, ut multis propter occultum inopnatumq; fatum, causa effusius lætandi sit, ea est ante rationis adhibenda præparatio, quæ sit splendidæ fortunæ nouæq; lętitiæ malū depulsura: Idq; facile euenire poterit, si ante erit homini cōsiderato persuasū, nullū esse tam lætum fortūæ inexpectatę munus, quod non facile possit fortuna reflante euersum & mutatum iri, nullaq; solida uideri debere bona, quæ snt festinū habitura finem: nam Ioannes quidem Antonius Alexandrinus senator, homo tam suopte ingenio q̃ doctrinæ ratione cōstans, cū ei nūtiatū esset, Alexādro Sexto referēte eū sēatorē esse factū, minusq; ea dignitate gestire uideret̃, q̃situq; esset ex eo cur ītā recēti for.ūę

Q̄d passio nocet corpori.

GAVDIVM .i.

Quando nocet gaudiū.

De fortuna urbis

Remedia cōtra gaudiū

Io.An. Alexandrinus Car. Tusculanus.

Alexander .vi.

Gaudium debet misceri cum aliqua tristitia.
Sixtus iiii.
Paulus.ii.

ſplendore / minus ſibi lætandum iudicaret / quoniam inquit minus conuenit de ea re geſtire lætius / quæ non ſit finem tranſitura uitæ: quare ad minuendam nimiæ lętitiæ inſaniam / animi eſt præmeditatione uidendum / ut inopinata alacritas mitigetur alicuius præsentis mixtione mali / quo cauſa maior dolendi q̃ geſtiendi detur / aut ſedatio lenior lætandi sit: quod Sixtum Quartum hominem theologica doctrina ſapientem feciſſe ferunt: qui cum eſſet ſenator Paulo Secundo referente dictus / haberetq; parentes ualitudine in becilla & decurſa ætate ſenes / maximeq; uereretur ne propter inopinatum fortunæ ſuæ nuntium / ea effuſa animi alacritate geſtirent / ex qua poſſet eis cauſa moriendi dari / quo recens lætitia alicuius mali mixtione leniret / ad eos litteras dediſſe dicitur / in quibus ſcriptũ eſſet / ſe qdẽ proximis comitiis ſenatorẽ eſſe factũ / ſed repẽte ſibi obtorpuiſſe pedes: eadẽq; eſt doloris fugiẽdi ratio: nã cũ ſępe dolor cauſã moriendi afferat / intelligendũ eſt / ea eſſe remedia petenda / quibus animi moeſtitia pellatur / quæ quidem maxime in uirtutum genere uerſari ſolent: ſiquidem perſpicuum eſſe poteſt / eos / qui ſint improba natura praui / aſſiduo ſolere moerore angi / quandoquidem nihil in ſe nanciſci uiuendo poſſint / ex quo eis cauſa lætandi ſit: nam cum inter ſe diuerſo uitiorum genere diſſideant ſummaq; turbidarum perturbationum iactatione quatiantur / ex quo nullam unq̃ conſequi poſſint in uiuendo pacem / intelligendum eſt / aſſiduo angore eorum exedi ſolere uitam: quocirca ea eſt doloris minuendi ratio / quæ ex ueri cognitione ducitur: ſiquidem cum perſpicuum ſit / earum rerum ſtatum / quæ a fortuna dimanant / cęca leuitate regi / ſatis cognoſci poteſt / homines minus earum rerum debere iactura angi / quæ fortuita uolubilitate cadant: cum nullo modo ſciri poſſit / quorſũ eruptura ſint / ſæpeq; uideantur euenire ſecus / ac ſit hominum opinione conſtitutum: quid enim erat cur Alexandrinis temporibus Iulius Secundus in illa liguſtica ſeceſſione ſibi moerendum putaret / cum ex ea ad ſacerdotii maximi dignitatem euolarit? At quæ hiſdem temporibus Aſcanio Sfortiæ in illo gallico carcere cauſa dolendi erat: cum ex eo ad mortis caſum exierit / & pereundi fatum? an cenſendum eſt / aut Iulium Secundum non lætaturum fuiſſe / ſi ſciſſet ſe poſt

TRISTITIA .2.
Remedium triſtitiæ.

Q đ triſtitia minuitur ex cognitione ueritatis

Q đ fortuita quãdoq; ſecus eueniũt ac putant
Iulius.ii.
Aſcanius Sfortia Car.

Alexandri Sexti mortem summa legentium senatorum suffragatione pontificem maximum futurę/aut minus Ascaniũ ea custodia detineri maluisse / si præsensisset fore / ut post custodiæ emissionem in summa maximarum rerum expectatione moreretur : Itaq; cum minime exploratum esse uideamus/quid ex fortuitarum rerum euentu utilius futurum sit / intelligi potest homines in dolore depellendo debere / quicquid sibi aduersi euenire uideant / id minus arbitrari malum : at si quippiam ratione aduersante cadat/id esse opinari inuolutæ fortunæ ludum / quæ multis sæpe causa cadendi sit / nec cuiq̃ quicq̃ mali putare euenisse/quod sibi nõ accidere posse opinentur : ex quo quidem eo fit dolor in perferendo mitior/quo sæpius homines solent aliena secum meditari mala/& quo uerius longe minora sua æstimare comparando possunt : quis enim modo non est sedatius fortunæ suæ damna laturus: si aut Lodouici Sfortiæ / aut Cæsaris Borgiæ aduersos uelit recordari casus : quorum uterq; est in afflicta fortuna mortuus : quod cum ita sit intelligendum est senatores / in tanta fortunæ inconstantia præmeditari debere secum/eadem sibi posse euenire mala/quo sit plaga adueniens expectata leuior : quid .n. causę esse potest / quod non idem multis ex senatorio ordine euenire possit/quod ei senatorum generi euenisse ferunt / qui ab Vrbano Sexto in culleum insuti in mare deiecti fuisse dicuntur : aut quod uel Ioanni Andegauensi /uel Otoni Candido senatori contigit : quorum alterum diu miserrime a / Lodouico Gallorum Rege cauea ferrea oppressum fuisse dicunt / alter etiam Caietæ in diuturna asseruatione fuit : quæ eadem fere dici de amore inflammato potest / quo maxime aut mens de gradu perturbata cadit /aut elidi solet uitæ beatę status : nam cum hæc turbida animi commotio uehementer eius rei cupiditate flagrat/qua se fruituram arbitratur / intelligendum est / tum animi angorem & insaniam mente perturbata gigni / quæ maxime sit humanum læsura corpus:licet enim uidere eos / qui eiusmodi uexari ęgrotatione solent/quo anhelitus motu/qua corporis tenuitate/aut quoq; deniq; uultus pallore perturbentur /ex quo quidem intelligi datur / uidendũ esse ut senatores eo/quod acrius concupitũ sit/carendo angi/q̃ lætari fruendo malint :Nam cum nihil senatori esse debeat / integrita-

Alexander .vi.
Aliud remediũ.
Aliud remediũ.
Lodouicus Sfortia:
Cæsar Borgia.
Cardinales deiecti in mare.
Io.Andegeuensis Cardi.
Oto Candidus:
AMOR

ODIVM .4 — te & existimatione potius confitendum est, id esse malum a senatorio genere fugiendum ualde, in quo maxime utriusq; boni iactura fiat:

APPETITIO HONORIS .5. — Huic autem contraria odii acerbitas opponitur, ex quo eadem fere mala dimanare solent, quæ ex animi angore gignuntur: Nec multo quidem minus in hoc genere ea immoderata honorum cupiditas reprehendi potest, ex qua fit euersio futura uitæ: nihil est enim tam a rationis præscriptione auersum, q̃ earum rerum cupidita te angi, quæ sine delectu ambitioni dantur: Nec enim quicq̃ erat causæ, cur patrum memoria Bessarion Nicenus torqueri cupiditate deberet, proptereaq; se uideret gratia a Paulo secundo in pontificatu adipiscendo uictum, cum æstimaretur probitas eius litterata tanti, ut nihil minor præteritus q̃ pontifex factus iudicari posset, nec item nuper magis doctissimus Italorum Picus queri debere uidebatur, q: senatoria repulsa accæpta, tot minorum gentium homines uideret senatores esse factos, cum plus gloriæ esset ei repulsa in erudito ocio paritura, q̃ patritiatus adeptio præbitura boni: Itaq; uidendum est quatenus certo prudentiæ termino appetendum sit: ne aut nos honore præteriri doleamus, aut multum nobis iniuriæ arbitremur in dignitate assequenda factum, si alios summos honores adeptos esse uideamus, idq; certa & constanti ratione fiet, si aut persuasum erit, id homines in repulsa debere sedate ferre, quod sit a sapientibus moderate latum, aut animo erit tranquillo satum, nihil minus esse in uita appetendum, q̃ quod sine delectu cæca fortunæ uolubilitate cadat:

Marginal notes: Bessarion Nicenus — Paulus .ii. — Picus Mirãdula — Quomodo sit appetendum.

METVS .7. — quin etiam maxime est metus in hoc genere cauendus: nam cum causa datur impendentis formidandi mali, facile experiri licet, homines non modo ignaua timiditate contrahi, sed etiam de consilii deturbari modo: ex quo in promptu sit, eos inquos eiusmodi ęgritudo cadat, corporis ęgrotatione lædi, sæpeq; solere metuendo mori: Itaq; dubitari nullo modo debet, quin maxime senatoris sapientis sit, non perturbari impendentis opinatione mali: nec animi infractiõe labi, sed rationis iudicio animiq; fortitudine in metu repellẽdo uti: ut si qd impendẽs uideri possit, quod iure metuẽdũ sit, id ita ab eo uideatur fortitudine meditata pelli, ut facile putandũ sit, eũ nulla uenientis opinatione mali de rationis gradu dimoueri posse

Marginal note: Remedium formidinis

Recteq; etiam affirmari potest, ut cauendum sit, ne spes aut despe- ratio in senatorem cadat: nec.n.homines debent cap arduarum for- tuitarūq; rerum expectatione duci, quibus inanius aut a mentis agita- tatione aut a commodorum suorum ultilitate auocentur : nam cum certa est adhibita spei incosideratę ratio, quæ iudicando doceat, id quod expectatur fieri nullo modo posse, facile tum existimandum est, causam desperandi dari: ex quo futurum sit, ut eo nascatur moe stitia improuisa maior, quo spes erat opinata firmior: ut si Hermo- laus Barbarus homo probus, & disertus, eo certius speraret se in senatum cooptatum iri, quo speratę dignitati esset doctrinæ pręroga tiua propior, causa ei daretur dolendi grauior, si experiundi occasio ne cognouisset, minus uirtuti in senatum patere solere uiam, ex quo iudicandum sit, cum eatenus in erumna futurum fuisse, quoad ab eo esset insidenti opinationi obuiam animi magnitudine & humilitate itum: quap una est improuidę spei moderatrix, altera desperationis opinatę malum deprimendo & obtundendo leuat: atq; in hoc genere etiam uitari debet ea audax appetitio, & is rerum arduarum orsus ex quo maxime causa metuendi sit, ut si modo dicamus quempiam conari & moliri uelle, ut Baizeto Turcarum Regi aditus ad Italiam opprimendam clandestina coniuratione pateat, quę sit tanta floren- tissimorum regum potestate cincta, nihil abesse possit, quin ei causa timēdi sit, ne re patefacta poenas audacia inconsiderata luat: ex quo iure medicorum genus multis accidere solere censet, ut in rerum di ficillimarum conatu, periculi magnitudine metuq; præmente com- moti, aut uaria corporis ęgrotatione contabescant, aut in adole- scentia fiāt ętate festinata senes, quo magis est a senatorum genere cauendum, ne ante res difficiles moliri audaci ambitione uelint, q̄ sit animi meditatione prouisum, quorsum sit rei gerendę casura ratio : Sed ex his omnibus ualde debet inuidię formidari malum, nam cū ea maxime soleat aliena prestātia fortunata angi, recte affirmatur eius amara animi cōtractiuncula lędi oportere corpus: Idq; facile ex inuidorū hominū genere iudicari potest, q semp lurido colore pallent: Quod idem est de cæterap perturbationū genere differendū, quibus cum alias semper a senatore, tum maxime hoc lętandi tempore ob sisti debet, ne corpus in exterendo cibo, aduentitia animi ęgrotatione

Spes .7.

Hermolaus Barbarus.

Remedium spei

AVDACIA.8.

Baizetus Tur- cap Ipator.

INVIDIA .9.

e'idatur: Quare cum hoc interim tempore maxime sint ea postulanda, quibus animi hilaritas excitari soleat, queri multũ hoc loco potest, num maxime sit musices suauitas adhibenda: Siquidem multi a cõmunium sensuum natura auersi non modo eam praua quadam naturę peruersitate respuunt, sed eam etiam inutilem esse opinãtur: propterea q̃ ea quędam sit ignauæ uoluptatis inuitatrix, maximeq; eius iucunditate soleat libidinum excitari malum: contra autem multi eã tanq̃ disciplinam quãdam adhibendam esse uolunt, quę in symphonię modoꝝq; cognitione uersetur, nos uero hoc tempore eam non modo delectationis, sed etiam disciplinę moꝝq; causa dari debere censemus: nam cum ludus sit uacationis causa repertus, cessationiq; delectatio annexa insit, propterea q̃ uacatio eius urgẽtis moestitiæ medicina dicatur quę ex negociorum laborumq; assiduitate dimanat, facile affirmamus, eius rei cessationem, ex qua animi moestitia nascat̃ suapte natura uideri debere iucundam: cum autem disciplina, quæ est quoddam ratione pręeunte intelligendi munus, non modo boni expetendi, sed etiam consentaneę delectationis rationem nanciscatur, consentaneum est, quicquid intelligendi causa expetendum sit, delectationemq; suapte natura consequatur, id ludendi disciplinęq; causa debere queri: at qui cum musice suapte sit natura iucunda, uimq; contemplandi nanscisćatur, dubitari non debet, quin fatendum sit, iure eã delectationis disciplineq; causa debere quęri: eodemq; modo dicendum est, eam morum causa esse expetendam, siquidem consuescere d̃ eo iudicare, quod simile moꝝ rationi sit, nihil aliud uideri potest q̃ cõsuescere de moꝝ ratione iudicare, ĩ eoq; exerceri imitãdo, atq; cum musices numerosi modi omnes habitus moꝝ, cunctosq; perturbationũ uideantur imitari motus, dubitationẽ nõ habet, q̃n modoꝝ tẽperata collatione delectari, nõ sit cõsuescere de moꝝ ratiõe iudicare: idq; ostẽdi argumẽto potest, cũ ꝑspicuũ sit, oẽs habitus animiq; motus, in modoꝝ natura reperiri, qua aut fortitudinis, aut temperantię, aut irę, siue mansuetudinis similitudo ostendatur, facileq; notari iudicando possit perinde hominum mentes ad eos deduci solere motus, ut modorum permotione concitantur: nec.n. dubium esse potest, quin res inter se similes ad ueri iudicium eadem finitima propinquitate astringantur: sed cum duplex sit modorum utendorum genus,

DE MVSICA

Q đ qdã dicunt musicã esse inutilem:

Q đ mu. ẽ adhibenda delectationis, morum & discipinę causa

Q đ mu. ẽ adhibenda propter mores

Q đ mu. ħt similitudinẽ habituũ & motuum animæ

Q đ duplex est musica:

unum quod manu conficitur/alterum quod canendi ratione constat intelligendum est senatores debere in sonantiũ genere audiendo uersari / quo ratio certior in modorum collatione metienda sit / mensq; fiat iudicando absolutior : quo circa cauendum est / ne in hoc præparato ad musicen ocio / ea genera adhibeantur / in quibus non modo uideatur aurium obtundi sensus / sed etiam maxime auersa / a / morum ratione sint/ quo in genere barbiti & pẽtades numerari solent / qui teretes aures uocum insolentia sonoq; perturbato lędunt : Itaq; senatoribus illa pneumatica genera utiliora esse possunt / in quibus fistulæ stamneæ quasi in arcis figuram coagmentari solent / quæ cum sint aptissimę ad spiritum hauriendum & fundendum factę / graues & acutos amplificant referendo sonos : in quorum quidem tractatione multum Isachius Argyropyli peripatetici filius constanti modorum collatione præstat : nam qui Dominicum Venetum / aut Danielem Germanum maxime mirantur / hoc excipere in eorum laudatione solent / q intemperantius effusa percursione uterentur / qua uarie aurium sensus expleretur / non scienter artificiosi distinguerentur modi : quin etiam ea genera laudari possunt / quæ ex ligno ad similitudinem dimidiati antiqui uasis extruuntur / ex quibus digitorum pulsu cordarum distincti eliciuntur soni : sed qui longe a / pneumaticorum grauitate absint / cum eorum sit percussio soluta celerior / breuioremq; referat in terminando sonum : in quo quidem genere maxime est Laurentii Cordubensis facilitas interpuncta nota : Atq; in hunc quoq; numerum illa genera referuntur / quæ quasi lemborum quorundam similia uideri possunt / quæq; maxime iucunda aurium mensione iudicantur : nam illi certi digitorum cursus / tum iteratio / tum conclusio / tum uocum extenuatio & quasi interductio facile in hominum mentes irrepere exquisita suauitate solent: quod quidem genus scientius est / a / nostris artis terminatione renouatum / cognitumq; primum quomodo structum & nexum posset sonandi celebrari genus / idq; primum Balthasar & Ioãnem Mariam Germanos instituisse ferunt / quo simplex antiquorum per hyperboleon iteratio ab hypate singulorum coagmentatione iungeretur / ex eaq; efflorescerer symphonia sociata ditior : antea

Musica istrumẽtalis

Barbiti:
Et pentades.
Organa .i.

Isaac Bizantius:

Dominicus Venetus:
Daniel Germanus.

Grauecordiũ .2.

Laurentius Cordubensis
Lembi .3.

Balthasar Germanus.
Io. Maria Germanus.

P. Bonus Ferrariensis

Lyra hispana. 4

CANENDI RATIO:

Ratio phrygia

Ratio Lydia

Cantores palatini

Hispani

Versus Virgilii

Ferdinādus. ii.

Caritheus poeta

Cātus firmus. S. Gregorii

MISSE:

MOTETI

CANTILENÆ

Io. Ca. Medices

Iuschinus Gallꝰ

MOTETI

enim Petrus Bonus Ferrariensis & hi qui ab eo manarunt, frequenter, per hyperboleon iteratione utebantur, nec dum erat cognitus hic singulorum colligādoꝝ modus, quo maxime aurium expleri sensus, cumulata suauitate potest: quod idem fere esset de hispana lyra dicendum, nisi eius ęqualis lentaq; suauitas soleret aurium satietate sperni, longiorq; similitudo uideretur, q̃ expectari aurium terminatione possit: canendi autem ratio tripertita descriptione secernitur, ex qua una phrygia, altera lydia, tertia dorica nominatur, phrygia enim est, qua animi audientium acriori uocum contentione abalienari solent: ex quo genere illa numerantur, qua gallici musici in palatino sacello natalitiis exsuscitatitiisq; feriis, rituali lege utuntur: lydia autem duplex iudicari potest, una quæ coagmentata, altera quæ simplex nominatur: coagmentata enim est, qua inflexo ad dolorem modo, animi ad fletum misericordiamq; deducuntur: qualis ea uideri potest, qua nouendilia pontificia, aut senatoria parentalia celebrari solent: quo quidem lugubri canendi genere semper est natio hispanorum usa: simplex autem est ea, quæ languidius modificata cadit: ut eos. P. Maronis uersus inflexos fuisse uidimus, qui Ferdinando secundo auctore soliti sunt, a, Caritheo poeta cani: at uero dorica ratio multo est æquali mediocritate temperatior: quale illud genus uideri uolunt, quod est, a, Diuo Gregorio in aberrūcatorio sacro stataria canendi mensione institutum: quocirca nostri omnem canendi rationem in litatoria, præcentoria: & carmina comparando seiungunt: litatoria enim sunt ea, in quibus omnia pthongorum, prosodiarum analogicarumq; mensionum genera uersantur, & in quibus musicorum generi laus cantus præclare struendi datur: ex quo non sine causa Io. Medices senator homo in musicis litterata peruestigatione prudens, neminē in præstantiū musicoꝝ numeꝝ referendū esse censet, qui minus gnarus litatorii modi faciendi sit. Itaq; ob id unum inter multos Iuschinum Gallum præstitisse ferunt, proptereaq; ad litatoria cantus genera plus doctrinæ sit ab eo adiectum, q̃ addi a, recentium musicorum ieiuna sedulitate soleat: Præcentoria autem ea dicuntur, quæ q̃q̃ sint litatorio permixta cantu, ascriptitia tamen & in

ſititia uideri poſſunt / cum in his libera ſit commutandi optio / idq; ob eam caſam factum eſſe uolunt / ne uniuſmodi ſeruarentur in canendo modi / quibus litatoria continuata cadunt : quo ingenere Iacobus Obrechius habitus eſt uaria ſubtilitate grandis / ſed toto ſtruendi genere horridior / & is a / quo plus ſit in muſicis acerrimæ ſuauitatis artificioſa concinnitate ſatum / q̃ eſſet aurium uoluptati ſatis / ut qui in guſtatu ea magis laudare ſolent / quæ omphacium / q̃ quæ ſaccarum ſapere uideantur : ex eodemq; ſtudio Herricus Iſachius Gallus / maxime eſt appoſitus ad eiuſmodi præcentoria conſtruenda iudicatus : nam preterq̃ φ multo eſt cæteris in hoc genere fundendo celerior / tum ualde eius illuminat cantum florentior in ſtruendo modus / qui maxime ſatus communi aurium naturæ ſit : ſed q̃q̃ hic unus excellat / e multis uitio tamen ei dari ſolere ſcimus / φ in hoc genere licentius catachresi / modorumq; iteratione utatur / quam maxime aures faſtidii ſimilitudine in audiendo notent : nec longo quidem interuallo Alexander Agricola / Antonius Brunellus / Lodouicus Compater / Io. Spatarius Bononienſis ab ea muſica laude abſunt : ex quibus q̃q̃ alius alio plus uel artis / uel ſuauitatis ſit in conſtruendo nactus / ſitq; alius alio / aut mutuatione / aut commenti nouitate uendibilior / omnes tamen ſunt ſcienter : in hoc præcentorio genere uerſati / ex quibus multa ad ſenatorium uſum trasferri poſſint : At uero carminum modi hi numerari ſolent / qui maxime octaſticorum / aut trinariorum ratione conſtant : quod quidem genus primus apud noſtros Franciſcus Petrarcha inſtituiſſe dicit' / qui edita carmina caneret ad lembũ : nuper aũt Seraphinus Aqlanus princeps eius generis renouãdi fuit : a / quo ita eſt uerbo℞ & cantuũ cõiunctio modulata nexa : ut nihil fieri poſſet eius modo℞ ratione dulcius : Itaq; ex eo tãta imitantiũ auledo℞ multitudo manauit / ut quicquid in hoc genere Italia tota cani uideatur / ex eius appareat carminum & modorum præſcriptione natum : quare iure affirmari poteſt / uehementius in hoc genere editis carminibus animorum ſolere ſedari & incitari motus : nam cum uerborum ſententia℞q; numeri cum modo℞ ſuauitate coniungũtur / nihil cauſe

Iacobus Obrech
Herricus Iſaacs
Alexander Agricola
An. Brunellus.
Lo Compater
Io. Spatarius:
Cantilene .3.
F. Petrarcha
S. Aquilano

eſſe poteſt, quin propter aurium uim animiq; ſimilitudinem maxima permotio in audiendo fiat, idq; tum fere ſæpe euenire ſolet, cum uerſibus aut turbidi canendo repręſentãt motus, aut animi, morum diſciplinęq; inſtitutione admonẽtur, in qua ſita foelicitas humana ſit :.

DE AVDIENTIA.

S ED nunc eſt de auditorio munere proprius dicendi lo, cus:quod quidem in prudentia hominumq; pernoſcen, doꝝ ſcientia uerſatur:ſiquidem homines inter cętera ani mantia propter uim animæ difficile internoſci poſſunt: propterea q uis animæ, coelitũ naturæ modo conſtituitur, ueracio, remq; ſenſuũ nanciſcitur naturam, a quibus perite perceptaꝝ reꝝ co gnitio affertur:& quanq̃ ex belluaꝝ genere canes in coturnicum eru diri aucupatu poſſint, ſimiaq; maxime uideatur humanoꝝ geſtuũ imi tatrix, ac quibuſdã quaſi quædam etiam inſint prouidentiæ conſide, ratæ ſigna:ut a, formicis ſemina uidemus mira ſedulitate condi, intel ligi tamen debet, id ab his non meditata ratione, ſed naturæ impul, ſu conficiːid q; ex eo ſciri poteſt, q ſemper fere eadem moliri ſimili, tudine inconſulta ſoleant, nec cauſa eis a progrediente naturæ ſuæ modo diſcedẽdi ſit:At uero homo q integrę rationis iudicio, ſupraq; naturę impulſũ, imaginandi ratione prętat quiq; ſcienter uaria utit ad conſiliũ ineundum uia, ambiguis inditiis diiudicari poteſt:ſed quo niã frequens eiuſdem rei memoria experiũdi facultatem gignit, ob eã iccirco cauſã affirmari poteſt, facile ex hoc aſſiduo auditorio uſu artẽ hominũ pernoſcendoꝝ naſci:nam cũ fere ſępe homines turbido p, turbationũ quatiãtur motu, perſpicuũ eſſe poteſt, eos, cũ principũ do mos quotidiana aſſiduitate uentitant, ſperati boni cupiditate uentita re:ex quo neceſſe intelligi ſit, animos hominũ ea tũ ambitione labi, quę immoderatior honoris cupiditas ſit, quęq; facile ſermone detegat cũ eam impudentia & adulatio conſectentur, quaꝝ altera dicatur ar, rogans fortunę ſupra naturam ſuam cupiditas, quę facile ſuapte im portunitate patet, altera ſit inaniſſimę glorię malum, quod aperta cor ruptela ſerpit:quę quidem genera, a, ſenatore, non tam trita experiũ, di conſuetudine, q̃ perturbationũ cupiditatũq; ſcientia diiudicari de, bent, quo ſit explorata certaq; ratione notũ, quomodo ea oriantur ex appetitione ſenſus, in finiſq; ſocietatem uocentur:eodemq; modo eſt de morum uarietate dicendum:nam cum hominum mores ętate, fortuna q; ſecerni iudicando ſoleant, nemini dubiũ eſſe poteſt, cũ de ętatis ratione iudicat, quin fatendũ ſit, homines adoleſcẽtes in largi,

Q d̃ homines difficile cogno, ſci poſſũt

Q d̃ belluæ mo mouẽtur inſtin ctu naturæ

Q d̃ homines poſſũt cogno, ſci in audientia propter expe, rientiam

De uiis cognoſcẽ di homines

Q d̃ HOMI, NES POS, SVNT CO, GNOSCI Pro PTER PAS SIONES .i.

Ex ambitione
Ex prę ſũptione.
Ex adulatione.

Q ď homines possũt cogno/sci ętate .2.
DE MORIB9 ADOLESCĒTIAE .3.
Arist.i.ii.Rhet.
DE MORIB9 SENVM .4.
Q uař senes sũt suspitiosi
Q uare sunt ti/midi
Q uare sunt aua ri
Georgius Portu ga'ẽn Car.
Antonius Gen/tiles C.S.Prax.
Q uare nõ sũt cu pidi honoꝝ

tione esse suapte natura liberales/insolentiaq; repulsę perinde eos in maturę laudis flagrare solere siti/ut corpore feruefacto calẽt:atq; etiã affirmandũ este/os animi excelsi pręstare laude:nam cũ hęc ętas uehe mẽter cordis feruida natura flagret/tanq̃ in primordioꝝ genere ignis maxime cupit omniũ uideri princeps/itaq; altitudinis studio in sũma glorię cupiditate uersatur/quę est maxime propria magnanimitatis se ges:sed cũ corporis feruor maxime in hanc ętatem cadat/necesse est etiã eos perturbationũ motu uenereaq; uoluptate rapi/ob eãq; causã Aristoteles eos adolescentes in magna animi discordia incõstantes & leues esse censet/propterea q̃ anima mobilẽ corporis habitum sequať ideoq; eos propter reꝝ tractãdaꝝ inscitiam credulos esse oportere cõ firmat/cum alioꝝ mores improuida ĩnocentia metiãtur/nec dum per ętatẽ sint modũ hominũ pernoscendoꝝ nacti:Cõtra uero probať se nes experiundi usu suspitiosissime esse cautos/nec iudiciũ cognoscen di occasioni reseruare nec expectare fidei periclitandę tẽpus:cum usu & senectute docti intelligant/homines fere sępe fraudi quęrere solere locũ/dupliciq; uultu hominum ingenia tegi:ex quo euenit ut formido animiq; debilitas ĩ eoꝝ mores ętate occidẽte cadat/nã cũ diuturnitas sit caloris humani carnifex/necesse est etiam/ut corpora senũ inopia caloris refrigerata languẽat:quę aditũ formidini patefactura sit:Itaq; nõ sine causa dicimus senes/& usu temporis & metu uitę/tenacitatis & auaritię uexari solere malo/idq; ex eo euenire semꝑ/ propterea q̃ multa sępe sint in mendicitatis propulsatione perpessi uehementerq; cõsuetudine explorata metuant/ne opes aut fortuna reflãte quatiãtur aut lõgioris uitę progressione superentur:ex quo notum est illud Geor gii Vlisiponensis senatoris ĩ theologia probati & callida cauillatione grauis/qui cũ ex eo ab Antonio Palauisino senatore quęreretur/cur nonagesimo iam año/in summaq; tẽpestiuitate desinendę uitę/minus fanoꝝ suoꝝ sacerdotia adolescenti fratri mandaret / quoniam inq̃t facilius sępe uideo quercũ q̃ arundinẽ tempestate uelli : eadẽq; rat o ne anteactę uiuunt memoria uitę/solidęq; utilitatis sensu/nõ ambigua spe/aut uenturi fati expectatione lętãtur:cum multa se ĩ uita ęgisse sci ant/& perpauca intelligant se esse facturos/nec etiã quicq̃ est causę/ cur exacta & decursa ętas altitudinis flagrare cupiditate aut tanq̃ for mica uolare in senectute debeat:nam ętas a/calore deserta/ut corpo

re,sic animo languefacta cadit:proptereaq; senectus frigiditate aresfacta siccescit,frigorisq; propria natura fit,ut cōstringēdi agglutinādiq; nanciscatur uim,deorsumq; suopte pondere feratur,ex quo facile intelligi detur eos,immobili natura contrahi,nec auide sperare qcq̄,nec altitudinē honoris appetere solere magni,cū frigidioris naturę intersit in inferiora,nō in superiora suapte natura ferri:Inter horum uero ętates hi interiecti numerari possunt,qui sunt in intermedia ętatis tēpestiuitate cōstituti,quiq; uersari in quietis pręstantia temperata solent,cum inter duas cōtrarias motiones uacatio intermedia cōstituta sit: itaq; nō sine causa huic ętati percōmode accidit uni,ut nec feruescētis adolescētię calore exardescat,nec pigrę senectutis ariditate cōtrahat sed ita amborum expers,ac ita cōiuncta utrisq; finitima uicinitate sit ut tā ab ea absit ętatis utriusq; malum,q̄ ei utriusq; laudum pars nulla desit,quocirca iure hoc ętatis tēpus uideri debet ad doctrinaꝝ studia ad rerumq; tractationē aptum,cum iam cupiditatum flāma extincta referbuerit,maturaq; excellat pręstātia mentis,neutriusq; sua ībecillę ętatis natura intersit:quod quidē modo mihi usu uenire uideo,nā q̄q̄ ab ineunte ętate sim in studiorum assiduitate uersatus, parumq; semper mihi ad uoluptatum genera perfruenda temporis,tamen hodie annos octo & triginta natus præclare sentio me ad omnium muneruim perfunctionem multo esse aptiorē q̄ antea,cum nec amicorum officio,nec rei rusticę,nec ędificandi curę,nec rei pu.aut studiorum rationi desim,siquidē ab hinc āños prope decē,nullum sumus passi domesticum pręterire diem,in quo nō sit,a,nobis utriuis rationi seruitum:Q đ si nos quantulicunq; sumus,in tam operosæ uitę agitatione uersamur,quid credendum est illis accidere?qui maiori doctrinę studio excellunt,quiq; sunt cōficiundi curę & sedulitati nati?quare iure dicimus eiusmodi generis hominum ambiguā notitiā pernoscendi dari:cum nulla procliuitate naturę propendāt,qua intelligatur,quorsum sit eoꝝ casura,aut eruptura uoluntas:ex quo nōnullis data est causa,cur affirmarēt,qnquagesimo quoq; āño eiusmodi tēpestiuitatis robur suapte narura desituꝝ,quasi fere semp hoc ętatis tēpore causa labefactatrix adsit,certusq; quidam sit naturę pręfinitę cursus,in quo sit pręstātia desitura mētis,idq; euenire nō intelligētię senio,sed instrumēti in becillitate uolunt,qua imaginationis sensus languidior senescēdo

DE MORIB9 EORVM qui SVNT IN MEDIA ætate. .5.

Q đ non habēt uitia neq; adolescentiæ,neq; senectutis

Q đ habent uirtutes adolescētiæ & senectutis.

Q đ difficile possuntcognosci q sunt in media ętate

Q uando incipit deficire ītelligētia in homine

Qđ inteligentia durat secundũ qualitatem ha/bitus corporei:

fiat uisq; corporeę naturę elidatur : q̃q̃ id ex corpo℞ habitu expendi debere putent,ex quo scilicet iudicari possit,celerius ne sit an tardius mentis defutura uis:Nihiloq; secius hominũ mores ex fortuna iudicã tur:siquidem cõsentaneũ esse debet,eos quibus contigit in sũma gene ris antiquitate nasci,animi magnitudine pręstare solere ualde:nam cũ natura cõstitut ĩ sit,ut affectus causam imitari consectando uelit,cũq; liberi a,parentibus tanq̃ a,causa dimanare dicantur,facile intelligi de bet natura fieri,ut liberi parentũ similitudinẽ assequi imitãdo cupiãt, atq cũ multos ex eo℞ familia intelligant glorię pręstitisse laude,ne sint generi defuturi suo,magnarnm rerum cupiditate flagrant : eodemq; modo dicimus magna eos docilitate pręstare mentis : nam cũ sũma cultus elegãtia uiuant,nihil abesse potest , quin cõgruentis tẽperatiq; corporei habitus natura constent:ex quo ut ait Aristoteles mẽtis apti tudo nascitura sit:nec.n.dubiũ esse debet,quin fatendũ sit perinde in genii acumen uictus temperatione acui,ut agresti uita retundi.Nam patrũ quidẽ memoria Lucius Cyprius senator homo aliquo littera℞ calore tinctus,sed rusticus ĩ quotidiana edacitate lurco,cũ octuagesimũ iam ageret añum sępe se scire negare dicebatur,qd causę esse posset cur fieret senescendo rudior,cũ nõ agnosceret intelligentiã sensus im pediri nexu,quominus esset ad discendũ & inquirendũ apta:Ideoq sci ri debet in hac ingenuitate fortunæ , causam acrem ambiundi dari , cum cõmune eiusmodi hominũ naturę sit,ut lo ũ glorię illustrãdę & amplificandę quęrant:ut facile uidemus eos,qui sunt aditũ opũ augẽ da℞ nacti,ditius locupletari uelle ac eos qui honorari cęperunt,nullo hono℞ ascensu satiari,idq; facile intelligi ex pontificis maximi pote/state potest, qui q̃q̃ sit omniũ humana℞ dignitatũ limes,nulla tamẽ fieri potest ascendendi progressione satur:quare homines sũmo loco nati,quasi iure illis honos ex fumosa℞ imaginũ antiquitate debeat, propiusq; absint ab adeptione concupiti boni,nullam relinquunt ho noris locupletãdi & ambiũdi uiã:eodẽq; modo de eo℞ hominũ genere iudicari potest,q ex sordiũ luto emersi ad opũ magnitudinẽ ĩopinato & repẽtino fato puenerũt,quos qdẽ iur grauis auctor Aristoteles amẽ tes fortunatos uocat,quasi recentis fortunę insolentia diuitia℞ uti fa cultate nesciant,quæ maxime sit foelicitati famulatura uitæ:nec item multũ ab hoc genere distant, qui ĩ sũma fortunę mendicitate uiuunt

DE MORIB9 NOBILIVm .6.

Quare nobiles sunt cupidi glo riæ

Quare sunt do ciles

Quare sunt am bitiosi

DE MORIB9 EO℞ QVI EX PAVPer TATE VE/NIVNT Ad DIVITIAS .7.

in uulgiq; uersantur fece, quiq; nihil sibi putant in uita expetendũ, ni si quod sensuũ perceptione iudicatur, quale ueteramentarioꝝ, aluta rioꝝ, depsoꝝ, lanioꝝ, sutoꝝ, ferrarioꝝ, pistoꝝ, cauponũ, totumq; illud expers litteraꝝ genus nominari potest: Itaq; hi cum pluris opes q̃ cæ tera bonoꝝ genera iudicii peruersitate faciant, dum se usu splendo req; fortunæ priuatum iri uident, necesse est, ut nõ modo affectatores locupletum sint, sed etiam animi demissione fracti, in omni moꝝ pra uitate uersẽt, cum ex diuitiaꝝ admiratione nihil sit his fortunę po testate potius, nihilq; ab his operę soleat in sapientia pernoscenda te ri, ex quo iam illud est hominũ usurpatione tritũ, quẽlibet rudem na tura esse prauũ: Sed ex omni genere hominũ multo eoꝝ notitia obscu rior esse solet, ĩ quibus aliqua maxime apparent doctrinaꝝ signa: idq; ex eo euenire dicimus, proptereaq; fere sæpe hoc genus hominum moueri atrę bilis affectiõe soleat, quę cũ uaria inęqualiq; natura cõstet facile etiã intelligi potest eos, in quos eiusmodi ęgritudo cadat, uaria natura cõstare: nã cum interdũ feruore concalescat acrius, interdum frigidius referuefacta natura tepescat, satis apparet, perinde ut in par tẽ alteram propendet, ita hominũ fingi & formari mores: Etenim cer nere licet eos, quoꝝ corpora affici eiusdẽ morbi frigiditate solẽt, obstu pefactę timidę ꝑ naturæ flaccescere consuesse malo: At contra hi, quibus est sata bilis natura feruidior, ambitiosi, acres, ęlati, & diserti existere mentis incitatione solent, quo in genere Alexander Corte sius frater, & Angelus Politianus ignea ingenii celeritate prestiterũt quin etiã interdũ uidemus in quibusdam eadẽ insita affectiõe quasi a corpore seuocari mẽtẽ tũq; eos inquisitione mentisq; agitatione excel lere solere acrius, qualis fuisse dicitur acutissimus theologoꝝ Scotus: quẽ ferũt ita sępe a corpore disiungi meditando solitũ, ut uiuũ etiã humatũ in illa mẽtis abalienatione dicãt: At cum homines interiecta quadam bilis mediocritate temperant, tum nihil fieri posse uidemus eoꝝ natura moderata lenius, quo ĩ genere maxime hodie Seuerus Pla centinus placida naturę suauitate floret: eadẽq; uarietate bilis intelligen dũ est homines nõ modo ætatis progressiõe mutari: sed etiã sępe dis similiores fieri solere sui: ut Callimacho Ianẽsi poete munici meo cõti gisse fęrũt, q cũ fuisset ĩ adolescẽtia liberior, sic ętate cõfirmata refer buit, ut iure postea sit dacoꝝ regibus adhibitus agẽdi & loquẽdi doctor:

DE MORIB9 OPIFICVM ET VVLGI .8.

Cur uulgus est prauum.

DE MORIB9 LITTERATORVM .9.

Cur litterati difficilius cognoscũtur.

Varietas ex atra bili.

Alexander Cortesius.

Angelus Politianus

Ioannes Scotus Theologus

Seuerus Placentinus Mona.

Callimachus poeta.

Quid q͛ eadē dissimilitudine uidemus quosdā minus eodē mentis habitu cōstare posse, ut sępe in hac urbis frequentia cernere experiundo licet, in qua sępe uidemus quosdā in magna lętitię tempestiuitate angi, quosdā uoluntaria languescere solere moestitia, punctiq; interuallo aut stolide lętari, aut languide demitti, nihilq; hoꝝ posse diu sine uarietate pati, sed eo uolubiliori uicissitudine moueri, quo eoꝝ est natura cōtortior: itaq; q̄q̄ sępe hi ingenii magnitudine doctrinęq; ratiōe pręstēt, propter iudicii tamen naturęq; inconstantiā uulgo minus probari solent: ex quo quidē iure eos Ioānes Medices senator homo paterna satione & suopte iudicio ad ingenia expendenda natus, tertium genus hominū ludentis naturæ uocat, quasi neutrius generis expers, nec prudens, nec insciū uisum iri possit: atq; ex hoc etiā intelligi debet quoddā hominū litteratoꝝ genus nimia laudis cupiditate duci, idq; ex eo solere nasci: q͛ ab expleta doctrinæ absolutione absint, propterea q͛ qui sunt sūmam cutem disciplinaꝝ nacti, appetentius laudari cupiunt: q̄ qui cumulatā doctrinę absolutionē cōsecuti uideantur, si quidē apertū esse potest, eos, quibus pręstare absoluta disciplinę explectione cōtigit, cū intimam nanciscātur aptitudinem, qua per se lætari intelligendo possint, haud quaq̄ multū curare spectatu uideri sapiētes. At hi qui inscite in litterulaꝝ ieiunitate uersantur, quiq; tanq̄ quędā arboꝝ genera in sūma fructuū sterilitate florent, cum nullā habeant intrinsecam lętādi causam, id quod re assequi nullo modo possint, spectatu cōsequi uideri uolunt: itaq; cū haud facile possint ab hac aduentitiæ laudis cupiditate uelli, sciri etiā debet uehementer eos solere inuidiæ cōflagrare flāma: Nā cum honos sit uirtutis excellentis index, satis argumēti esse potest, inuidiam ex pręstantiæ cupiditate nasci: cū autē comitet' laudis auiditatem liuor, facile cōcedēdum est, maxime inuideri solere his, qui eadē studia expetunt, quæ appetere uidentur & ipsi: ex quo fatendum sit, hoc hominū genus eo ardentius inuida ambitiōe exuri, quo magis quod appetitur, splēdidū uideri solet: eodē accedit q͛ supra naturā suā ælati inanissima supbiæ leuitate turgēt, nec deferre inter se cōcessu solēt, ex quo fieri uidemus, ut his cū principū genere bellū naturale sit, sæpe q͛ ab his principes ī eā criminū īsimulationē uocari uideāt', qua argui suspitiose possint: nā dū multū sibi īiurię esse putāt ī adipiscēda dignitate factū, nec uidēt sibi dari ī tā ꝓmiscua fortuna locū, īgenii acumine abuti ī pricipū genere lædēdo solēt:

Ioannes Medices. S Marię in Domnica diaconus Car.

Car qui habent superficiem doctrinę magis uolunt laudari

Quare litteratores sunt inuidi:

Quare sunt superbi

Quare sunt obtrectatores principum.

Idq; sępe animaduerti in hac tanta urbis libertate potestatis in qua cum paucis opituletur uirtus, paucioribusq; occurri in prohibenda egestate soleat, satis intelligi debet in tā pręposteraa partitione fati, in tantaq; licentia uitę, nūq̄ hoc genus hominū principes obtrectare desiturū, nec ei quod opponat defuturum: nā patrū quidē memoria Laurentius Valla homo exegetica ratione doctus, sed stomachosa ambitione acer, pōtificia accepta repulsa nominatim singulis senatoribus disticha aculeata inussisse fertur, i quibus ita propria quędā ab eo subtilius idaga a dicerentur, ut abesse nullo modo posset, quin crimina illa probari uideretur ut uera, quin etiam hi cū in potentię & opū cupiditatē inciderunt, maxime carere iustitię ęqualitate solent, nam cum ingenii luce mentisq; agitatione pręstent, longeq; cęteris subtilius metiātur uitę fortunatę sensū, necesse est, ut in eo bonorū genere adipiscendo ad iniuriā īferendā adducantur, eoq; possint hominū generi nocere uehemētius, quo cōsideratius limari litterata calliditate possūt: Ex quo pręclare Lo. Sfortia homo in ingeniorū genere ponderādo cautus, sępe dicere solere ferebatur, se nullū genus hominū in rerū tractatione formidare magis q̄ quod esset naturę habitu & doctrinę ratiōe comptū, cū duo armorū genera afferre ad dimicandū posset, quorū alterutrū esset cęteris ad nocēdū satis: quo magis est a senatore curandū, ut in hoc auditorio usu morū naturęq; similitudinē īternoscendo seiungat, quo certior sit aduētātium hominū ęstimandorū iudex. Sed ex omni ratione morū, illa maxime coniectura ad ueriora accedere inditia naturę solet que ex corporū figura mēbrorūq; notatione ducitur, cuius quidē rei ex philosophorum genere maxime Aristoteles īuētor & amplificator fuit q̄q̄ hoc idē multo āte Palemonē, Philemonē, & Loxum persecutos fe runt: post autē Cōstantinum, & Auicennā ei rei nō defuisse scimus: ex nostris uero unus inter multos Albertus ita omnē hunc illustrauit naturę pernoscendę locum, ut in eo, qui est de animalium natura liber, nō modo oris & gestus, sed etiā articulatim unguiū digitorūq; inditia persequi iudicando uelit: idq; fieri certa & necessaria ratione probāt, nam cum perspicuum uideri dicant, in sanguine animæ esse sedem, facile affirmant, perinde ut propensus & affectus sit sanguis, ita hominum formari solere mentem: etenim uidemus eos qui atrę bilis affectione moueatur, propter sanguinis diritatem & pondus, non mo

Laurantins Valla

Quando sunt iniusti

Lodouicus Sfortia.

Phisiognomia

Authores phisiognomię
Aristoteles.
Palemon
Philemon
Loxus
Constantinus
Auicenna:
Albertus

Melancholici.
Sanguinei
Colerici
Phlegmatici.

do insito angore confici solere moerendo,sed etiam his tetra horribiliaq; obuersari uisa,eoq; diutius teneri eaꝝ imaginatione reꝝ,quo est receptatrix natura horridior:nihil ē.n.adhęrescētiū reꝝ horrida natura tenacius:contra autem licet uidere eos,quibus subtilior est claritas sanguinis caliditasq; sata temperatior,ab hoꝝ natura diffidere solere longe:at uero eos,quoꝝ est sanguinis natura feruidior,uaria uidemus & uolubili natura constare,ad igneamq; leuitatem natura calefacta rapi:quod longe secus his accidere uidemus,qui tabescere humida natura solent,qbus nihil esse potest,aut corporis natura pigrius aut animi tarditate lentius:cū autem habitū figuramq; membroꝝ ex sanguinis affectione uideamus generatū & mutatū iri,scire etiam debemus,facile ex his perturbationū procliuitatē iudicari posse: nec.n. dubitari debet,cū homines sūt mollē tenueq; capilloꝝ naturā sanguinis egestate nacti,quin eoꝝ ingenioꝝ uis,uel languidius in cogitādo & exquirendo torpeat,uel hebetior in reꝝ gerēdaꝝ tractatione sit:nec item contra fieri potest,cū homines tanq̄ ęthiopes breui crispaq; capilloꝝ natura constāt,quin malitiosi,acerbi,uafri,pecunięq; dediti uideri possint:quod idem est de omni membroꝝ deq; motus & gestus ratione iudicandū,de quo genere mox erit appositior differendi locus

DE MORIB9 SECVNDV3 VARIETATē REGIONVM.

Quare Aphricani sūt astuti.
Auicenna.
Aueroys.
Algazellus.
Alpharabius.
Auempace.
Auicebron.
Quare Septentrionales sūt hebetiores

Sed permagni scire in hominū natura pernoscenda refert,qua nam cuiq; contigit coeli procliuitate nasci:nam cū proximo accessu,aut lōginquo solis digressu locoꝝ dissimilitudo oriatur,perfacile intelligi debet,magnas etiam animoꝝ dissimilitudines eadem uarietate gigni. Etenim uidemus eos,qui Aphricam meridionali regione colūt,cū aduentitio feruore insitus exhauriatur humor,sensimq; soleat toto corpore fusus extenuari calor,ut in sūma sanguinis tenuitate uersari,sic magna excellere puritate sensus,ad acriusq; intelligendū,corporis tenuitate rapi:Quales ex eo genere Auicēna,Aueroys,Algazellus,Alpharabius,Auempace,Auicebron,& id genus hominū nominari solent,quibus uel subtilitate disputandi,uel partiendi luce,siue altitudine reꝝ,nihil neruosius esse potest:At cōtra apparet eos,q terras plaga septentrionali colunt,quoꝝ est coelū natura gelidius,cū externo frigore naturę inclusus cōtineat calor,affluētiori egere solere cibo,cū ab his ꝓpter iclusū calorē ualētius cibus coq exterēdo possit,ob eāq; causā eaꝝ gētiū ingēia hebetius natura sopita lāguēt,cū affluēti immo

derata crassitudine uictus mētis natura pręstringat, īgeniiq; retūdat flos: Ex quo genere numerat tota illa Getarū, Sarmatū, Scytharū, & Dacorū natio: at uero hi qui sunt in media mundi sede locati, quales Itali aut Gręci nominari possunt, cū intermedia utantur regione coeli, nec ut Aphri solis ardore torreantur, nec ut Sarmate rigescere frigida coeli natura soleant, temperata mentis ratione constāt: ex quo uidemus omnium nationū consensu confirmari solere eos, maxime ad imperandum, ad ingeniaq; hominum regenda & pertractanda nasci: cū pręter cęteros rationis intelligentięq; uirtute pręstent, cui iure principatus debeatur: eodem q; modo intelligendū est, cęteras nationes, quo propius alterutri coeli naturę adhęrescint, eo plus illius participes esse solere naturę, siquidem Hispania quanq̄ sit ad obeuntem constituta solem, ita tamen in partem alteram propendet, ut magis aphricano ardore recalescere, q̄ Germanica, aut Gallica obrigescere pruina possit: Itaq; ob eam causam eius gentis homines ambitiosi blandi, curiosi, auidi, litigiosi, tenaces, sumptuosi, suspitiosi, uafri, ac Barbarorū prope Itali nominari solent: ex quo pręclare doctissimus latinorū Picus tātū inter hos & Italos interesse dicere consuesse ferebatur, quantū inter inuentores rerū & confectores excogitatarū interesse solet, ut si exempli causa bellū suscipiendū esse diceret, facile affirmaret, melius Hispanos meditari modū, quo bellū suscipi uideretur posse, contra autem Italos diiudicare solere pręstantius, utrū is esset aptus ad bellū conficiēdū modus, meliusq; item exequi solere scire, ut meditata diiudicataq; ratione conficeret bellū: Idq; homo doctrina cautus dicebat ex imaginationis sensusq; cōmunis dispari uirtute nasci, ex quorū altero Hispanorū generi uelox daretur ī exquirēdo percursio, ex altero Itali nācīscerent iudicium in rerū confectione sanius: Eademq; ratione est de omni terrarū regionūq; genere dicendū: cū facile apertū sit, cōmunem hominū naturę conditionem solis itineris solere longinquitate aut propinquitate ponderari, quatenus scilicet suapte naturę procliuitate iudicari possint: in quo quidem quanq̄ multa erui possūt ex hac notatione signa, quibus hominū natura noscatur, intelligi tamen debet, nō ita semper euenire solere iudicando, quin multo interdū esse possit certa ratione secius: nā cū uolūtarius animi motus nulla astringi coeli potestate possit, perfacile iudiciū est

Quare Itali & Græci sūt prudentiores

Quare Hispani sūt astuti:

Indiciū Pici Mirandule de differentia inter Italicos & Hispanos.

multa homines consequi animi optione posse, a quibus maxime longe coeli, aut naturę procliuitate absint: Sed quoniam omnis auditorius usus, in petentis ratione, ac in fauentis & consulentis senatoris responsione consistit, permagni scire refert, in hac petēdi ratione, genera esse ad iudicandū tria: nam aut iniusta, aut utilis, siue ambigua postulatio esse potest: postulationis. n. iniustę est descriptio duplex, una quae legi latę cōmuni repudiata utilitate repugnat, altera quę expendi inęqualitate iniquaq; partitione solet: ut si quispiam plus sibi boni & minus laboris deposcendū putet: utilis uero rogatio tripertito considerari potest, siquidem ex comparatione uidendum est, cum utilitas in ultimum referatur, utrum eum quem expetit, sit factura & conseruatura finem, ut siquis modo nota assiduitate aleo, gentilicium fanū a Guillermo Gallo senatore impudenti ambitione petat, locus ei considerandi sit, utrum ea fani datio sit illi ludendi causa futura maior, aut utrum ob eam causam utilis uideri possit, proptereaq; euenturum sit, ut exitum sit habitura probum: ut siquis a Francisco Guillermo Ausitano fanū in Luteria petat, quo propinquitas cōmodior discendi sit: aut rursus quia id sit prohibitura & depulsura malum, quo finis probitas labefactari solet, ut si quis Roberto Britanno Nannatensi dicat, se ab eo ob id sacris initiari uelle, proptereaq; procliuior ad furandum & latrocinandum sit: eorū autem rerū genera, quae ambigua putantur, cōmuni quadam descriptione, aut contrariorum exquiri repugnatione solēt: ut si modo in dubitationem cadere dicatur, utrū Iulio Secundo cum Bononiensium genere bellandū sit, quaeri debere affirmetur, utrū pax quae bello opponitur pernitiosa uideatur esse: aut contra si pestiferum sit statuendū bellum, sit ne saluberrima iudicanda pax: quod quidem maxime earum rerum, quae circumstant, quaeri indagatione potest: Sed cum fere semper homines suapte natura uideantur artem quandam imitari in dicendo uelle, quae sit aut homines motura, aut aeloquentię habitura laudem: maxime est hoc loco uidendum, utrum articulatim omnium membrorum expositioni respondendum sit: Siquidem Laurentius Medices homo in dicendo matura locutione pressus, strictim ferebatur se explicare solere respondendo, nihiloq; eodem tempore latior Ferdinandus Maior in respōdendo fuit: Quod longe

Marginalia:

QVID SIT AVDIENTIa

Q đ triplex est petitio

Quae sit petitio iniusta.

Guillerm9 Thusculaneñ. Car. alias Sanmalo

Quae sit petitio utilis

F. Guillermus Ausitaneñ. Ca. tt. S. Hadriani Parisius.

Robertus Britānus Nannateñ tt. S. Anastasę

Quae sit petitio ambigua.

Iulius. ii.

DE RESPONSIONE IN AVDIENTIA

Quomō respōdebat Laurentius Medices

Ferdinādus Maior.

Pio Tertio accidere uidebamus secus: qui cũ homo esset natura cũctator & diserte grauis, primus instituit nõ interrumpere expositionis excogitatę filum, sed inchoata absoluere postulantem pati, tumq; membratim ad rogatum respondere repetendo: contra autem Ascanius senator, cui est laus argute respondendi data, quanq̃ sit seriem dicentis impedire interpuncta sciscitatione solitus, sic tamen ab eo semper est petenti meditata animi prouisione occursum, ut rogata alias audita meminisse uideretur: At præclare hodie hominem in dicendo ĩtegra sanitate grauem Petrum Soderinum Florentinorũ dictatorem audio, usq; dum nõ interpellare solere postulantem, quoad aliquid in sermone arripiat, ex quo possit omnium membrorũ dimetiri nexum: Nos uero in hoc genere intermediam quandam censemus esse miscendam & temperandam notam, quę nec ita sit expositiõis postulatorię interruptura cursum, ut membra intercisa relicta uideantur, nec ita uerbose progredientem expectatura sit, ut cęteris sit temporis ad respondendum parũ, sed temporis causa, ita sit productione longior, aut breuitate contractior, ut complexu rerũ postulantes se auditos esse intelligant, terminationeq; prudentię tempori uideatur esse seruitum: in quo quidem maxime etiam est ad intelligendi significationem apta expositionis uitiosę correctio, cum aut peruersa est, aut longe repetens, aut transiens in aliud, uel a re digrediens, siue partem aliquam necessariam relinquens: In qua cum multum hodie peccari a postulantium genere communi ingnoratione soleat, satis intelligi debet efficiendum esse, ut præposterus expositionis ordo in aptum consentaneumq; membrorũ reuocet̃ nexũ: nihil est .n. quod magis ostendat intelligendi signũ, q̃ rei deprauatę correctio: Itaq; qui maxime Pium .iii. in hac ratione mirantur, hoc in auditoria tractatione demunt, ꝙ nimia audiendi patientia, minus uellet aut emendare exponentem, aut in uiam reuocare declinantem, cum perspicuum uideri dicant, eos esse postulãter & fouendos & adiuuandos sępe, qui uel conscientia inscitię, uel dignitate personarũ, siue loci insolentia maxime soleant titubare exponẽdo: Sed cũ maxime de hac legitima audiendi ratione disputet̃, ĩtelligẽdũ est in primis, cauendũ esse ualde, ne in audiendo a ueritate discedat̃: siquidem ueritas definiri ęqualitate debet cui nimiũ & parũ

Quomodo respõdebat Pius Tertius

Quomõ respõdebat Ascanius

Quomõ respõdet Petrus Soderinus

Qui sit optimus modus respondendi

Quomõ possũt corrigi uitiose exponentes:

Pius .iii.

DE MODO PROMITTĒDI IN AVDIENTIA

Ioañes Laurētiꝰ Venetus

Pius .iii.

Paulus .ii.

Q đ nitāda ē fallacia ī promitēdo

.L. Car. Mati sconem

•C. Quarqualiꝰ poeta

opponi comparādo solet: ob eam ꝙ causam iure affirmamus propriū esse senatoris nō ita extra modū prodire pollicendo, ut re exequi nequire uideatur, nec cū in magna fortunę potestate uersetur, palam se negare nō posse, quod possit: ꝙ si in alterutram partem flectendū sit, nemini dubiū esse debet, quin probabilius sit, polliceri in reꝝ tractatione minus, in quo eo promissa gratiora esse solent, quominus expectata cadūt: Itaq; scite Ioañes Laurentius triumuir plūbarius sæpe dicere solere ferebatur, malle se Pii Tertii restricte, q̄ Pauli Secūdi magnifice pollicētis experiri fidem: Atq; etiam in eodem mēdacii genere amphibologia uerboꝝq; fallacia numeratur, quæ cū exceptione, ac cū aliqua uendibili ansa negādi utroq; uersū inflecti & retorqueri possunt .L. Matiscon Celta, cū a spe patritiatus longissime abesset, promisissetq; .C. Quarqualio municipi meo Ianensi poetæ, ut illa ætate culto, si fato quādoq; esset ei in senatoria sella sessitādū, fanū se quoddam paganū datuꝝ, cūq; paucis post diebus senatoriū locū nūdinatus esset, quæsissetq; ex eo Quarqualius, ut aut adepto patritiatu seruaret promissoꝝ fideē negauit se ei quicq̄ ex fide debituꝝ, affirmās se in senatū fuisse nūdinatione nō fortuna lectū: ita cū hominis iniuria delictū est deū dolosa captione fassus: quod quidem cū ab omnibus uitandū sit, tū multo est in senatoria dignitate fugiendū magis: siquidem cū homines soleāt uolūtaria promissōie necti, facile sciri potest, cuiq; iure præstari debere id, quod sit libera animi optione promissū: idq; eo firmius esse debet, quo homines sūt in excelsiori dignitatis sede constituti: scitū est. n. illud Georgii Rothomagensis hominis tam fortuna q̄ uitæ probitate magni, sanctius esse debere senatoris uerbū, q̄ iusiurādū priuatoꝝ. Sed multū est etiam in hoc genere cauendū, ne homines offensi alienatiq; ab hac auditoria tractatione decedāt: quod quidē sępe oriri ex hominū cōtemptu & aspernatione solet: siquidem ex locutione, ex oculoꝝ flexu, ex assurrectione, ex resalutatione aliquid sæpe iudicari secernēdo potest, quo homines nō modo sibi minus honorifice factum esse arbitrentur, sed etiam se sæpe nōnūq̄ despectū & cōtemptū iri putent idq; eo asperius euenire potest, quo frequentius uti affectatoria assiduitate solent: siquidem facile tū se sperni & contemni opinātur, cū in mētem illis suspicari uenit, nō idem sibi ab his honoris præstari

Georgius Rothomageñ. tt. .S. Sixti Car.

DE OFFENSIONE IN AVDIENTIA

Offēsio ex cōtēptu: .i.

Cōtēptus ex nō habito cōsueto honore: .2.

genus,a,quibus sint semper honorari soliti:in quo sępe aut ingenuus deuoratur dolor, aut locus iustę ulciscendi cupiditati datur: Nam Marcus quidem Cornelius Venetus homo sumptuosus & locuplex maximeq; dignitatis suæ retinēs,cum legatus uenisset ad Lodouicum Galorum Regem,huius Caroli patrem, qui ab hinc annos quindecim hisdē cursibus Italiā amisit,q̄bus occupauit,statuissetq; Lodouicus ex eo q̄ magnificus & splēdidus legatus omniū sermone diceret,aliquo genere contēptus, superbum Venetorum illudere ridendo sumptum, cumq; eum in auditoriū recępisset,in quo soleret Venetis legatis con sessoribus uti,nec usq̄ ei sellam dari iussisse diceret,quo indignius eū stātem audire posset, stomachatus esse fert homo contemptus inso lentia superbior,aureoq; legaticio adaso detracto sessui sibi fecisse lo cum, aliquotq; horas sedens fuisse copioso sermone locutus, cūq; relinqueret abeundo uestem, admoneretur q; a, Rege ut tollere adasum auro fulgentem uellet,respondisse dicit, Venetos legatos secum ferre non solere sellam:Atq; etiam homines contemptu acer, biore lædunt,cum in insidenti quadam animi appetitione uersantur nam cū id minus assequi se posse uident, quod sit turbida affectio ne cōcupitū,uehemēter se negligi & cōtemni dolēt,quasi maxime sit cōtēptus a,cupiditatis præscriptione auersus,maximeq; ab eo interrū patur appetitionis constitutus finis:In quo quidem intelligendū est q̄ quanq̄ homines appetitionum tempestate quatiantur, eos tamen q̄busdam temporibus perturbari solere acrius,procliuiusq; ad stoma chandi genera labi:ut siquis uexari egestate soleat, molestum sit ei futurum, si dicatur, ita eum esse uitę & uirtutis rudem, ut nullam nancisci possit ex miseriis exeundi uiam:Nā Marullus quidem Bizā, tius considerato iudicio numerosus & elegans poeta,sed in sūma in genii sedulitate egens,nulla ratione adduci potuit,ut Alphōso mino ri odiū remittere cedēdo uellet,proptereaq; ei dixisset,nunq̄ euētuꝝ fuisse,ut precariū questū facere cogeret,si poetica aliqua laude prę, staret:qn etiā sciri debet uehementer homines ea aspernatiōe offendi quę contra spem præterq; expectationem inopinata cadit:quādoq̄dē semper hominū generi sint omnia insperata grauiora: Sed nimiꝝ homines ea acrius lędi elusione solent, quæ est obscenæ scurilitati nexa,cum nec loco, nec tempori, nec homini in quem dicitur, nec

.M. Cornelius Venetus

:L.Rex Galloꝝ

Contēptus eoꝝ qui sunt in ali, qua passione. .3.

Contemptus ex diuersitate tem poris: .4.

Marullus Poeta

Alphōsus minor

Contemptus qui uenit cōtra spē .5.

Contemptus ex elusiōe obscēa: .6.

Cõtemptus eorũ q se putãt excel lere ĩ aliquare .7.

Cõtemptus eorũ q nõ se putant habere illud uitiũ quod op/ponitur. .8.

Contemptus ex inattẽtione .9.

.L. Phosphorus eps Signinus

Baptipsta Zenus.tt.S.Marci ĩ Porticu .C.

Contemptus ex lętitia damni alterius .10.

Contemptus ex selectione inter ęquales: .11.

audientium dignitati parcitur:exquo genere ex nostris auorũ memoria Ioannẽ Tricaricensem senatorẽ fuisse lingua flagitiosa ferunt / quẽ nunq̃ esse dicunt in hac auditoria tractatione puditum/querere obscęnum hominum lędendorum modum:Sed quanq̃ semper molesta elusio putari debet/tum tamen asperior uideri potest / cum homines a/principibus rideri in eo genere solent/quo se maxime pręstare credũt ut si quis magnum studium multamq; operam in philosophię ratio/ne ponat/egerrime ferre uideatur/si se in philosophia despectum & contemptum iri suspicetur:aut siquis se præditum magna formę di/gnitate putet / uehementer doleat/se deformem iudicari : atq; etiam hi uehementius aspernatione affliguntur/ quibus est aliqua corporis inusta nota /a/ qua longissime se abesse arbitrantur : ut si cupiam sit strabonis aut distortioris nasi uitium aliqua suspitione appictũ / quod nullo modo sibi insitum esse opinetur: at cum homines peruagatiori corporis uitio a/statu naturæ distorquentur/ut qui sunt manifesta claudicatione praui /haud permagni se in eo uitio rideri ęstimare solent/ cũ iam sit eos aperta usitataq; prauitate depuditũ:Sed tum etiam maxime homines se spretum & despectum opinantur iri/cum a/ principum genere se minus attente audiri uident/quandoquidem audire attente minus/sit hominis despicientis & aspernantis signum .M. quidem Lucius Phosphorus Pontifex Signinus homo ut uita sic orationis facilitate lenis/sæpe dicere solebat / se a /Baptista Zeno pecuniosso senatore/animo uulnerato discessisse / propterea q; secum collo/quens/alium eodem tempore audire uoluisset/q̃q; dum alteri uacaret se hortaret ut pergeret/diceretq; facile se eorũ alteri leuã/alteri dexteram aurem daturum : eodemq; modo multum quoq; adeuntes tum offendi solere cernimus/cum in erumnis suis exponendis sentiunt senatores ex locutionis & oculorũ latibulo / incommodorũ suorũ calamitate lętari:Idq; eo molestius euenire solet / quo pluris se ab il/lis fieri debere credunt / cum alieno malo lætari inimici & asper/nantis sit / & contra proprium esse amicitiæ bene constitutæ uidea/tur / amicorum calamitate angi: Nec item homines ignominia læ/di minore solent / cum in multorum salutantium & affectatorum conuentu se sperni/ & alios honorari cernunt : quandoquidem se/lectus inter pares/aliorum neglectio iudicari possit : nec enim nobis

pueris alia causa multis affectatoribus a Ioanne Aragone discedendi fuisse dicunt, nisi quod quibusdam familiarius uti in multorum affectatorum equalitate uellet: Atque etiam multum in hoc genere obliuio odiosa esse solet, nam cum senatores alios nominatim salutant, contraque quorundam obliti nomina uidentur, facile iudicari possunt alteros facere in honore dispertiendo pluris, cum obliuio sit aspernatio, quæ soleat ex incuria & negligentia superba nasci: Itaque preclare Marius Volaterranus edituus Vaticanus homo acutus & erudita calliditate facetus sæpe mihi narrauit, se ob eam causam a cuiusdam senatoris familiaritate remouisse, illumque salutare desiisse, proptereaque semper se pro Mario Antonium nominare soleret, uerentem ne id ei aut sommiculosa ingenii incuria, aut hominum contemptu eueniret, quo nihil esset in amicitia fugiendum prius: quo circa non sine causa multos ex maioribus, nomenculatore aut perscripta notatione hominum prestatium usos fuisse legimus, quo nominum, prænominum, & cognominum dissimilitudinem, aut tenerent audiendo, aut legendo notarent: Sed cum omnis audiendi ratio sit in tempus, locum & honorem distributa, maxime uidendum erit, quomodo horum quicque fieri apte possit: siquidem tempus in hoc auditorio usu idonea est rerum agendarum oportunitas, quæ ocius & serius dispertiri scientia utendi potest: Itaque cum perspicuum sit senatores commodius matutinis horis doctrinarum studio quotidianaque precatione occupari, quibus ex rebus maxime soleat efflorescere in patritia dignitate nitor, facile intelligi debet, omnium rerum tractandarum cumulum in postmeridianum esse reuocandum tempus, quo satis utrique rationi fiat: Ita pro iure patrum memoria est Paulus .ii. damnari hominum obtrectatione solitus, quod sic temporis peruersitate lætaretur, ut diurna officia in nocturnum traduceret usum, gratuitoque diei lumine spreto, ad funalia uellet audire postulantes, in quo non posset a natura reclamari magis: nos uero quamquam arbitremur uacuum & liberum quoddam audiendi statuendum esse tempus, quo negociorum tractationi seruiatur, nullas tamen propterea uolumus temporis ferias in audiendo dari, quibus rerum incidentium iactura fiat: idque dicimus eo esse cauendum sepius, quo magis exploratum sit, plus procreari in alieni negocii omissione damni, quam in re domestica & priuata laudis. Nam cum patritius ordo in mundi custodia excubare de

Ioannes Aragon Car. Ferdinãdi Regis filius

Contemptus ex obliuione .12.

Marius Volateranus Sacrista .S.Petri.

Quod Car. debent habere aut nomẽculatorẽ, aut Kalendariũ hominũ prestãtiũ

Quod ACTVS AVDIENTIE DIVIDITVr IN TEMPus LOCVM & HONOREm

Quod tempus audientiæ est cõmodũ post meridianum

Paulus .ii.

Quod Car. semper debent audire sine respectu studiorum

bere uideatur, satis sciri potest, cum publica esse non priuata utilita te describendum, cum boni natura eo sit in hominum societate ma ior, quo est profutura & dimanatura latius: Quo in genere cum multorum diligentia, tum maxime Guidonis Vrbinatis, qui nu per est mortuus, laudari patientia benigna potest: nam cum icom moda semper acerrimaq; pedum ęgrotatione uexaretur, quod genus morbi maxime esse solet iracundiæ excitandæ calcar, nullo tamen tempore adduci poterat, quin admitti & audire salutantes uellet: memoria teneo Agapetum gerardinum hominem urbana expoli tione cultum, mihi narrasse sæpe, cum ad eum quadam concubia nocte uenisset, ut admoneret eum, ꝙ negocii sui gestio instaret, proptereaqꝫ mane senatus futurus esset sensissetq; eũ dormitare ce pisse, proptereaqꝫ multũ ex morbo proxima nocte uigilasset, se nõ esse eum a, cubiculario admissionali excitari passum, cũq; ipse hoc interim spatio morbi ardentis intercursu experrectus esset, uocemq; suam subauscultando excepisset, surrexisse eum e, lectulo, seq; in cubiculũ dormitorium uenire iussisse, dixisseq;, ut quoniam pro pter uim morbi mane sibi anteq̃ senatus cogeretur, adesse non pos set, scripto suffragari uelle, obsignatoriũq; sibi anulum dedisse, quo eius nomine ad Pon. Max. arbitratu suo cõmendatitium chirogra phum perscribere obsignando posset. Locus autem non modo ex coeli natura aut ex quadripertita uarietate añi, sed etiam ex moꝝ procliuitate considerari potest: siquidem Germani propter gelidio rem coeli naturam in hypocaustis audire postulantes uolunt: quod contra Aphros factitare scimus, a, quibus salutatores audiri in fri gidaria cęlla solent: At ex moꝝ dissimilitudine ex uariaq; procliui tate naturę, multi ĩ ambulatione transitoria, quidam in porticu, nõ nulli etiam in ęquili, hac auditoria uti tractatione uolunt: Nã Pau lus quidem .ii. ꝙ gemmaꝝ esset natura appetentior, in dactylote cam salutatores admittere solere ferebatur: At Alexadrum .vi. ui debamus, proptereaqꝫ ei esset natura incredibilis quædam cupidi tas hominum uisendoꝝ & spectandi fata, in exploratoriis fenestris postulantium auditione delectari: contra autem Ascanium sena torem scimus, cum uehementer topiariorum descriptione lætare tur, in xistum recipere solere salutantes: Nos uero quanq̃ anni

Guido Vbaldus dux Vrbi.

Agapetus Gerardinus Amerinꝰ

DE LOCO AUDIENTIAE.

Qđ locus attẽdiť uel secũdũ naturá regionũ uel secũdũ inclinationem naturalem

Paulus .ii.

Alexander .vi.

Ascanius Car.

tempori & uarietati arbitremur auditorium esse accomodandum locum, eum tamen semotiorē esse oportere censemus, ne locus aut peruagandi, aut mentis ablienandæ sit: nam cum fere sæpe omnis auditorius usus in consulendi quadam ratione uersetᷣ, nihilq̃ aliud consilium uideri q̃ rationis inquisitio considerata possit, quæ maxime corporis sedationem exactura sit, cum mens Aristotele auctore fiat considendi interquiescendiq̃ tranquillitate prudens, per facile intelligi potest auditorium semotum esse oportere locum, quo mens in audiendo & consulendo acrior sedata cessatione sit, quo magis Franciscus Soderinus senator in hoc genere laudari potest, q quanq̃ uehementer scientiarum cupiditate flagret, quotidieq̃ magnorum negociorum assiduitate occupetur, in lucubratorium tamen admittere postulantes solet, quo abeuntibus salutatoribus facilis ei detur ad studia inchoata reditus, partitaq̃ uicissitudine semper in actione rerum & doctrinæ cognitione sit: in quo est hominum uita beata sita: Eodemq̃ modo potest de honore habendo dici: nam cum honos sit exploratæ uirtutis index, homines maxime honorari cupiant, quo prudentiæ magnitudine præstare uideantur, cui iure sit decernendus honos, quod cum perspicuum sit, danda est opera, ut maxime ætati, dignitati & doctrinæ habeatur honos: Siquidem senectus ob eam causam honorari debet, proptereaq̃ adultæ ętatis usu, prudedtia præstare debere iudicetur, q̃q̃ ab ea sit id spatium in uita decursum, quo cæteri peruenire cupiunt: Dignitati autem gradus comparatione est honos decernendus, quo, scilicet quisq̃ longius aut propius a, senatoria dignitate abest. At uero scientiarum doctrinæq̃ magnitudini iure debetᷣ honos, nam cum honos sit uirtutis probatę signum, facile apparet, homines doctrina præstantes, cum honore præteriri solent, debito fraudatum iri: quocirca in optima quaq̃ senatorum descriptione nunq̃ est homines doctos honorari desitum: nam patrum quidem memoria Bessarion Nicenum hominem constantiæ & grauitati cogitatę deditum, semper doctis hominibus adeuntibus obuiam ire solitum fuisse ferunt, quod idem ex eodem ordine Nicolaum cuseusem, & Ioannem Turrecrematam sapientissi-

Q d̃ locus audiẽtiæ debet esse remotus:

Aristoteles.

F. Soderinus Basilicæ. xii. apl̃orũ. C. Vulter.

DE HONORE HABENDO IN AVDIENTIA.

Quare sũt honorandi senes

Quomõ homines sũt honorãdi secũdũ gradũ dignitatũ:

Quare sũt honorandi docti:

Bessarion Nicenus Car.

Nicolaus Cusen̄ Car.

Ioannes Turre-cremata Car.

mos homines fecisse dicunt: quo magis sunt hodie admonendi se-natores, ut illis curę sit, ut doctorum hominum generi habeatur honos, in tamque peruersa fortuna urbis aliquid semper esse uelint lit-teratæ sedulitati loci.

S ED ne quod auditorii muneris prętermittatᵉ genus / seq/tur ut sit de senatorio sermone dicendũ : quandoquidem homines ut diximus ad munia uitę cõsentanea / minus naturę impulsu moueantᵉ : nã cęteroꝝ quidẽ animantiũ conditio ad uitam tuendã naturę procliuitate fertur : ut pręclare naturæ admonitu sine arte uidemus / aut ab araneis retia erudita machinatione texi / aut hirũdines cõfigere nidos / siue a / formicaꝝ genere semina direpta cõdi : At homines ad artiũ munia suapte natura claudicarẽt / nisi sermone instructi ad disciplinã ducereᵗ : Ob eãq; causã natura longe secus est hominũ q̃ belluaꝝ generi significãdi largita modũ siquidẽ cęteroꝝ animantiũ natura / loquẽdi inscitia usq; eo peruenire potest / ut uicissim interse hilaritatẽ & tristitiã naturę uoce ostendant : ut facile ex hinnitu equoꝝ uel canũ latratu / siue leonũ rugitu iudicari potest : At homo q rationis est cõpos / sermone maloꝝ bonoꝝq; genera secernit / cũ aũt natura sit / ut ait Aristoteles in cõmunibus hominũ animis rhetorices inchoata & adũbrata cognitio / intelligi debet ĩ quotidiano senatorio sermone quoddã esse rationis exqrendũ genus quod dicẽdi artificiũ cõsectari uideaᵗ : at cũ fere semp̲ homines natura sine arte soleant exordiẽdi / narrãdi & cõcludẽdi ratione ĩ exponẽdo uti / cõsentaneũ uideri potest / ut separatim hoc loco de singuloꝝ genere dicaᵗ : Itaq; cũ exordiendi ratio sit cęteris natura prior / iure eã dicemus perinde in sermone / ut ĩ poetica prologũ / aut ĩ cithara p̃ludiũ uideri posse / qua tanq̃ ianua ĩ domo ad ĩgrediẽdũ utamur : in quo tamẽ sciri debet / quędã uitioꝝ genera uersari sępe : siqdẽ & uitiosũ est exordiẽdi genus putãdũ / quod extra modũ ẽ sententiaꝝ frequentia uerboꝝq; multitudine longũ / ĩ quo uitii genere assiduũ fuisse Paulũ .ii. ferũt : Niholoq; magis id laudari potest / quod trita similiq; exordiẽdi ratione prodit : quo ĩ genere Piũ .iii. ab Alexãdro .vi. exagitari solitũ fuisse dicũt : q ĩ omni sermone semp̲ exordiri uidereᵗ ad typũ Nec itẽ minus illa genera reprẽhẽdi solent / qbus inest fucatus sine dignitate candor : qualis nobis pueris Mariani Ghinazaneñ est locutio rquotidiana uisa : quę ita nimii artificii diligentia nimioq; calamistroꝝ usu compta ferreᵗ / ut & rei auctoritatẽ adimeret & sermonis expositiõi fidẽ : itaq; id est etiã in exordiendi genere uitiosũ / quod est a / coherẽtiũ mẽbroꝝ ratione dispar / quod qdẽ genus maxime Io. Lau. Venetum cõsectari solere uidebamus / q cũ esset homo disertus & do/

Homines naturaliter partici/pare Rhe.

De exordio sermonis quotidiani

Vitia exordii .i.

Paulus .ii.

.2.

Pius .iii.

.3.

Marianus Ghinazanensis.

.4.

Io. Lau. Venet9

.L.iiii.

ctus, sed natura & senectute liber, parũ in exordiẽdi ratione interesse puta
.5. Apologorũ genus bat, utrum mallet, salsamentariorũ exemplis an Platonis, similitudini
bus in loquendo uti: At maxime inane est & puerile illud, quo uide
mus fabellarũ apologorũq; genus cõmentitia ratione texi, ut ille q nup ĩ
senatu exordiũ ab ea fabella esopea sũpsit, qua ius est, ex regno pauõis
depellẽdi natũ: Sed multo sunt illa principia fugiẽda magis, quę cõtorto
.6: Io. Turrecremata Car. dialecticorũ argumẽtorũ genere cõstant, cũ perspicuũ sit, eiusmodi gene
ra sciẽtiarũ cõtẽplationi solere accomodari proprius: itaq; q maxime Io.
Turrecre. senatorẽ ĩ loquẽdo damnãt, hoc ei uitio dari debere uolũt, q
in quotidiano sermone a probabili argumẽtorũ genere exordiri solere
diceret, nec ei unq̃ in mẽtẽ uenire posset, quãtũ interesset, iter modũ opi
Quomõ esse debet exordium. nionis gignẽdę & fidei pariẽdę uiã: quare ĩ sermone quotidiano exordiũ
aptũ esse debet, quod tãq̃ ostiũ ad ĩgrediẽdũ pateat, quodq; tã sit mẽbrorũ
rerũq; expositioni nexũ q̃ a curiosa sedulitate absit: q si tamẽ quęrat
utrũ modo ĩ hac tãta expolitiõe rerũ curiosa sit exordii fugiẽda cõcĩnitas
nihil causę esse debet, cur negãdum sit, nõ nihil loci debere artificiose lo
cutioni dari, quãdoq̃dẽ homines pluris a nobis uideant ĩ existimatiõis
opinione fieri, si cũ his diligẽtiori genere in loquẽdo utamur: Itaq; iure
.P. Reginus pbr. Car. tt. .S. Ciriaci. Pe. Reginus sena. uir trita pcursione rerũ ĩ iudicãdo cautus dicere sępe so
let, exordia modo accurata magis q̃ aut negligẽter pura, aut artificiosę ui
deri debere cõpta: At uero narratio, quę est quedã fidei iaciẽdę sedes, tri
NARRATIO: pertito dispertiri solet: quarũ una breuis, altera dilucida, tertia probabilis
dicat: breuis autẽ esse debet ut facilius rerũ cõplexus memoria teneri pos
sit: nã ea q̃ rerũ uerborũq; multitudine redũdat, memoriã cõturbãdo op
primit: Quocirca ĩ hoc narrãdi genere intelligẽdũ est, principia rerũ uersa
ri debere duo, quorũ unũ propinquũ, alterũ semotũ nominet: a ppinquo
aũt genere narratio exordiri poterit, si ab eo initiũ sumat, quod est rei ex
ponẽdę caput, ut si dicamus Iuliũ .ii. cũ semp Bononię recuperãdę cupi
Iulius .ii. Bellum Bononiense ditate flagrasset, suscępto bello urbẽ deditione recępisse: At semote nar
rari uideret, si nõ a Iulio, sed a Sixto .iiii. repetere uellemus, q eũ ĩ sena
tũ cooptauit, qq; ei causa põtificatus adipiscẽdi fuit: eodẽq; modo erit ĩ
hac narrãdi ratione uitiosũ, si articulatim rerũ genera exponẽt, ut si no
minatim nõ modo eius belli legionarii milites equitũq; turmę numerẽt
sed generatim explicet omnis instructus armatorũ comitatus, ac totũ il
lud militare iter: Nec itẽ plus attinet explicare exponẽdo, q̃ sit legitimę
cõstitutęq; narratiõi satis: ut si dicamus a Iulio .ii. bellũ Bononiẽse fuisse

cõfectũ, nihil narrare referat, cũ rediiſſe Romã, eiuſq; reditũ fuiſſe omniũ ſtatuũ ordinũ cõcurſu & gratulatione celebratũ, in arcubuſq; pluribus inſcriptũ ad exuriales ferias, Iulio.ii.uictori.S.P.Q.R.debitũ iuſtũq; honorẽ detuliſſe: quin etiã nihil tã ĩ exponẽdo obeſt, q̃ eadẽ genera receſere repetẽdo, nã ut in tibiis uocũ ſic in ſermone rerum iteratio reſpuit: Nihil eſt.n.tã breuitati cõtrariũ, q̃ freq̃ues eiuſdẽ rei repetitio: quo ĩ genere p̃clare idẽ Iulius.ii.Io.Lucam Pont.Regiẽſem dicit naturę creãtis ſolere cõſectari uſũ, cũ nec ĩ ſuperuacaneis redundet, nec rerum neceſſitati deſit: Apta aũt erit narratio ĩ qua id ante exponet, q̃d ſit ordine naturę prius ut ſi Maximilianũ Cę. ĩ Italiã aduẽtaſſe dicamus, prius a nobis exponẽdũ ſit, quo cõſilio, q̃bus copiis, quo genere militũ, aut quo aditu ſit ĩ Italiã ingreſſus: In quo etiã eſt illud cõſiderandũ ualde, ne q̃d interrupta, aut p̃poſtera narratione expliceť, qua maxime appareat ſermonis obſcurari genus: Ex quo nõ ſine cauſa homo ĩ loquẽdo expeditus Aſcãius ſena. de eo q ĩ ſenatu nullo rerum ordine cõſeruato narraret, hominẽ a pedibus inchoare dixit: Atq; etiã cauẽdũ erit, ne ĩ eiuſmodi genere p̃tereať q̃d: quod neceſſe narrare uideať eſſe: quod q̃dẽ tũ facile uitari poteſt, cũ nihil neceſſariarum rerum cõtractę expoſitiõi abeſt: ut ſi dicamus Lo.Gal.regẽ cũ nup Genuẽſiũ p̃duellionatũ audiſſet, p̃fugarum hortatu copias ĩ ligures mouiſſe leuiq; cõmiſſo pręlio, nobiliſſimã urbẽ pactione recępiſſe: at p̃babilis eſt iudicãda explicatio, quę ueritate niti uideať: Ob eãq; cauſã q̃dã rerum genera exq̃runť, q̃bus maxime fiat ueri, ſiue rei adũbratę fides, ſiq; dẽ mos eſt cõſuetudo q̃dã omnium probata cõſenſu, qua maxime homines duci, cõmũi p̃cliuitate ſolẽt: ut ſi modo ex cõſuetudine affirmeť, Fer. Hiſpa.Regẽ, uxorẽ liberorum q̃rendorum cauſa duxiſſe: aut homines ambitioſos ſacerdotia ſolere nundinari: idẽq; p̃pe poteſt ex opinionis ratiõe ſumi, ut ſi q̃s affirmet, Cęſarẽ Borgiã hominẽ audacẽ & regnãdi cupiditate callidum, uaria iccirco eſſe ſolitum bellorum genera moliri, quo ei facultas Hetrurię potiundę preberetur: At cõtra opinionẽ fieri diceretur, ſi cauſa affirmandi eſſet, cum in ipſo maximarum rerum curſu, rurſum uoluiſſe patritiatus eſſe cãdidatum: Aut modo Egidium Viterbienſẽ hominẽ litterata ſeueraq; uita cõſtãtẽ, cõcionatorio munere omiſſo, militię ſacramẽto obligari: nec itẽ multo ſecus poteſt ratio ex rei natura duci, ut ſi dicať notũ eẽ, adoleſcẽtiã ad uoluptatũ genera naturę p̃nitate labi, & cõtra tamẽ oſtẽdať, a Pico Mirã.ĩ ipſo adoleſcẽtię flore, p̃pter doctrinę cupiditatẽ

Honos habitus Iulio .ii. a.P.Ro.

Iulius .ii.

Io.Lucas eps Regieñ d põtremulo

Narratio apta

Maximiliãus Cęſar

Aſcãius Sfortia

Narratio peruerſa.

Lo.Gal.Rex Genua

NARRATIO VERISIMilis:

Ex cõſuetudine. .i.

Fer.Hiſpanorum Rex

Ex opiniõe .2

Cęſar Borgia

Egidius Viterbienſis p̃dicator

Ex natura .3.

Picus Mirã.

Ex dignitate .4.
Hermolaus Barbarus

ętatis ludũ repudiatum iri:dignitas autem conseruari potest, cũ ad fidem exponitur cõiectura ueri, ut si affirmetur, minime consentaneũ uideri, Hermolaũ Barbarꝝ hominem uerecundũ & mitem, ad caupones uentitare solitũ, aut ab eo hominẽ fuisse cęsum. In quo quidẽ

CONCLVSIo

cauendũ est, ne hęc rerꝝ rationumq; genera, eadem facilitate, qua dicunť, refelli posse uideantur: Ex peroratione autem, quę est totius sermonis terminatio, genera ducuntur ad dicendũ quatuor, quorꝝ unum, ut ait Aristoteles, gignat in perorando fidem, alterꝝ quod tã locũ amplificandi sua q̃ aliena diminuendi quęrat, tertium quod eos qui audiunt, ad eas animi permotiones deducat, quę cũ re cõgruere uideãť sua: quartũ quo ea recẽsendo repetunť, quę supra cõmemorata uideanť: Ex quo quidem intelligi debet, ad aliorꝝ permouendas

Cardinales debere scire rationũ passionum:

mentes, prius oportere a senatore sciri, quomodo turbide animi perturbationes moueanť, quis ordo aut numerus earꝝ sit, aut quomodo inter se auersa animi cõmotione dissideant, quo scientius in perorãdo possint patheticos accomodare locos, de quibus qdẽ generibus, cũ satis sit, a nobis in theologia disputatũ, nihil attinet hoc loco explicare singulatim: Atq; huic generi cõtraria est & diuersa cõmotio,

FACETIE Et IOCI

qua homines ad hilaritatẽ ab audiẽdi assiduitate reuocãť, nihil est.n. tã humanę naturę cognatũ, q̃ aspersus dicendi urbanitati sal, nihilq; tã propriũ hominis, q̃ facetiarꝝ dicacitate delectari, idq; est satis in hac ratione signi, ꝙ tristitiã seueritatem, diuturnaq; sępe odia cernimus unius dicti urbanitate dilui, tantumq; homines ioci festiuitate teneri, ut sępe uideamus inuitis etiam erumpere solere risum itaq; illa maxime in hoc quotidiano sermonis genere laudantur, quibus aut dictorꝝ acumina insunt, aut ictus in lacessentẽ retorquẽť: ex quo genere acutum uideri debet, cum casu aliquid salsius emittiť

Dantes poeta

cui sit prępter expectationẽ responsio occursura dicax: in quo sane Dantes poeta est adhibendus auctor: Qui cũ quondam ruri ex lucu

Ex inopinato .i.

bratorio in agrum oleis consitũ uenisset, quęsissetq; ex eo qui araret, q nã nam hora diei esse posset, cũq; ille postmeridianũ solem agresti

Ex admõitiõe.2.
F. Gonzaga .C. Mantuanus

gnominis ratiõis metiẽs dixisset, id sibi uideri tẽpus, quo iumẽta aquatũ ire solerẽt dicẽtiq; Danti, qd interim ipse cũctaretur, te inquit ipsũ expectabã: Atq; sępe etiã est id ex admonitione salsũ: quod ei, q dixit, animi sit exprobraturꝝ malũ: ut. F. Gonzaga homo munificus & excellẽti gratia sęnator, dicẽti nesciocui auara cupiditate cęco, uelle se

domum suam, quam in foro Olitorio haberet, aliquo inusitato pictu re genere ornare, pingere inquit liberalitatē iube: Sed ex hac omni dicacitate salis, nihil tam potest bellū & elegans uideri, q̄ quod uitia aliena patefacit sua nō negando: quod .L. Lentulus Siculus fecisse dicitur, qui cū esset fatali egestate litterator, ac semp obsoletiori pe nula amictus in publicū prodire cōsuesset ob eamq; causam dixisset ei Marullus poeta, quando tandē hanc penulam relinques, quando tu inquit alienā: proptereaq; semper uti mutuaticia ueste soles: Quin etiā debet argutia putari dicax, qua ironia & dissimulatio ostēdit̃, q̄, madmodū municeps meꝰ ędituus paganus, homo dictoꝝ scurilitate notus, q cū ab hostio puellā pretereuntē uidisset dixissetq;, o, pulchrā puellam, & illa quę se ab homine dicaci illudi putaret, respōdisset nō sane potest istud de te dici: immo inquit hercle posset, siquis ęque uellet ac ego mētiri: nec uero longe excusatio ab hac salis dicacitate abest, cū rationē facti excusādo uitupamus, ut illud Ramūdi Cremo nēsis hominis poetica laude, & reꝝ tractatiōe cogniti, q cū pusillā & deformē spōsam uidisset, bene ait uiꝝ fecisse, q ex mala merce q̄ mi nimū poterat sumpsisset: urbana est sępe quoq; negatio, qua animi uitia exprobrari solent: ut Alphōsus maior, q cū ab eo homo prodi gus sępe donatus rursū peteret, citius se dando exhaustū iri q̄ eū lo cupletatuꝝ dixit: Eiusq; prope simile uideri potest, quod .F. Sfortiā adolescenti stolido & diuiti dixisse ferunt, cui affirmanti uelle se pe cunias peragrando profūdere, ut nosceret̃, profunde inqt alterūtātū ne noscare: At ex eodem genere multū est iucunda urbanitas, qua neganti id, in quo delinquit, exprobrat̃, Idq; fit in hoc genere salsius cū ratione certa, aut aliqua corporis significatione probat̃: ut Anto nius Venafranus iurisperitoꝝ cautissimus & arguta calliditate facetus q litigatori ob disceptationē ęstuanti, affirmātiq; eū, q ueri iudicium exprimeret minime solere laborare, mirabar sane inquit cur su dares: nec item minus acuminis ei generi esse solet, quo prioris for tunæ mendicitas per dissimulationem confirmando exprobratur, ut Virginius Vrsinus homo naturę habitu & animi munificentia pręstans, qui roganti identidem foeneratori oppidano, ut memi nisse uellet se ex paupertate ad opes ingenii sedulitate peruenisse, quid ni meminerim inquit, cum memoria teneam nuper me Ro mæ tibi emi iussisse soleas, qui discalciatus in publicum prodire so

Ex cōfessione .3
.L. Lentulo Siculus
.M. Marullus
Ex ironia .4.
Ramundus Cremonensis
Ex excusatione .5.
Ex negatiōe .6:
Alphōsus maior
Ex dissuasiōe .7.
.F. Sfortia
Ex exprobatiōe corporis .8.
Antonins Venefranus
Ex cōfirmatione .9.
Virginius Vrsi.

leres: Atq; etiam id fit respondendi calliditate salsius, cũ ostendimus nos metu magis q̃ uoluntate quibusdam repugnare nolle: ut Cosmatus Sulmonensis, qui auorum memoria est interrex in senatus diuulsi cõtẽtiõe factus, cui cũ homo senatoria cęde cruẽtus Vrbanus. vi. minatus esset se eum igni exusturum, si proximis comitiis in senatu cooptando suffragari suapte peruersitate nollet, cumq; is repente periculi terrore coactus suffragatus esset, ageretq; ei postea gratias rituali salutatione cooptati, nil est inqt gratiarum actione opus, si suffragari q̃ deflagrare malui: sed sępe etiam est salsum, cum id obtrectanti conceditur, in quo ille turpius obiurgari potest, ut cum Ioanni Arelatensi. L. Matiscon celta senex nundinatoria ambitione cautus, probro dare uellet, q in adolescentia muneralis ambitus postulatus esset, uerum est inquit, neq;. n. ego negare possum me id in adolescentia fecisse, quod tu in senectute facias: Ac etiã ualde ea est respõsio iudicãda salsa, qua id quod ab altero negat, exprobrari aliquo eius dicti argumento potest, ut Alphonsus minor qui homini mendaci affirmanti se mentiri solere nunq̃, iam te inquit in primis mentitũ esse uideo, quęrentiq; illi causam, quia nihil inquit mendacius esse potest, q̃ te negare solere mentiri: multumq; etiam ea confirmatio urbana putatur, qua alteri aliquod corporis uitium exprobrari laudis dissimulatione solet, quale illud Agapeti Gerardini hominis mordacioris linguę q̃ ingenii iudicari potest, qui. L. Sardo straboni glorianti, q uno tempore siderum & metiendi scientiam incredibili celeritate didicisset, quid mirum inquit? cum ex duobus oculis sis unũ astronomũ, alterum geometram nactus: Sed cum hęc genera persequimur, intelligendũ est, illa esse acriora multo, quibus nec hominũ dignitati parcitur, nec quęrit temperatus in respondendo modus, ex quo genere est iudicandũ illud, in quo similitudo similitudine perstringi solet, qualis Bellincionis Florẽtini Auledi responsio acerba fuit: qui cum solito tristius ambularet atq; ei quidã qui subsequebat dixisset, qd tã moeste incedis, ut quasi ad crucẽ duci uidieare? idẽ mihi quoq; uidet inqt, quãdo a tergo me sequit carnifex: nihiloq; pudẽtior is respõdẽdo fuit, qui cum ex Neapoli decedens Messanam uenisset, obiecissetq; ei qdam ob adipem, q ante manticam gestaret, ita in ea urbe fieri oportere dixit.

Ex necessitate. .io.
Innocentius. viii
Vrbanus. vi.
Ex cõfirmatione cũ recrimina tione. .ii.
Ex aucupatione dicti .12.
Alphonsus Minor
Ex exprobratione uitii corporei: .13.
Agapetus Gerardinus Amerinus.
Ex similitudine: .14.
Bellinciõ Florẽ.
Ex recriminatione ex corporis uitio ad animi uitiũ .15.

in qua tanta esset hominum multitudo furax: quin etiam multũ est interdum criminosa negatio, cũ aliquid acrius respondendo appingitur, ut Ioãnes Laurentius Venetus triumuir plumbarius, q querenti nesciocui, q se nũmos falso obsignatos emere solere dixisset, immo contra inqt te obsignare solere dixi: At acerbius id quoq; esse solet, ex quo is qui dicit, in eo genere, quo dicit inopinata re morderi responsione potest: ut Iulius Pomponius Lætus, cũ ei Domitius Calderinus, homo inimicus dixisset, num ex animi sententia crederet esse deum, quid ĩ inquit esse credam, cũ ei nihil te odiosius esse putem: Cui quidem generi plus omnino aculeoꝝ inest q̃ sit senatoriȩ dignitatis satis: quandoquidem qcquid moribus est acrius stomachosa dicacitate appictũ, difficile possit ex hominũ recordatione uelli: Sed moderatiora illa genera putantur, quibus nota aliqua significatiõe ueri, sauciantiũ uerboꝝ retorquetur telũ. Nec enim tempus est ullum, in quo nõ aliqd semper sit modestȩ ulciscẽdi urbanitati loci, ut Io. Ia. Parmensis lautus & concinnus senator, qui cũ ei Ioañes Andegauensis, qui diu ob proditũ imperium fuisset a Lodouico Galloꝝ rege in ferrea cauea detentus, multa ĩ iurgio subabsurda exprobraret, nec ullũ faceret obtrectandi finem, mirari se uehementer dixit, cũ tam diu in cauea fuisset, nec dum loqui scire didicisset: Sed ualde est salsum & perfacetũ genus quo ostendit͛ turbida aliqua animi perturbatione certum adimi naturȩ sensum, cum siue quid est formidandũ mali, siue quid est acrius auersa ratione cõcupitum, quod aliorsum casuꝝ sit, q̃ consti tutum uideret͛: quod Alexandro Sexto cõtigisse ferũt, qui cnm cȩnando Vrsinos audisset Vitelliano foedere desciuisse, cumq; ictu inopinato a rationis constantia auersus affirmaret maxime sibi tũ illud epulaꝝ displicere genus, acciriq; eum iussisset, qui illa coxisset, quȩsissetq; ex eo, quid nam esse causȩ posset, cur minus epulas illa cȩna cõdiuisset, respõdisse is dicit͛, nihil illo epulaꝝ genere fieri potuisse cõditius, sed neqsse se ei palatũ obsonare cõdiẽdo, si ei Vrsini ademissẽt secedẽdo gustũ: Atq; etiá maxime apparet ĩ acuta dicacitate sal, cum p dissimulationem non intelligendi cogitatæ dicacitati prȩter expectationem respondet͛, quale illud fuit Innocentii. vui. hominis patientis & lenti, sed callida comitate blandi

Ex negatiõe adiũgẽte aliud .16.
Io. Lau. Venet9
Ex remorsione ĩ eadẽ re .17.
Iulius Pomponius lætus:
Domitius Cald.
Ex ueritate .18.
Io. Ia. Sclephanatus. C. Par.
Io. Andegauẽ Car.
Lo. Caroli pater
Ex paefectiõe. 19.
Alexander. vi.
Vrsini
Vitellienses
Ex reflexu admonitionis & ex dissimulatione intelligẽdi .20.

Innocētius octauus

Andreas Mantegnes pictor

Nam cum sacellum in suburbano palatino Picturis ornare decreuisset, Andreamq; Mantegnem, qui tū maxime frugi ac uerecundus naturę imitator in pingendo putaretur, sponte conductū adhibuisset atq; is cū primo quoq; tempore ad eū uenisset, bienniuq; prope spatiū pinxisset, nec assem quidē ab eo accępisset, statuissetq; pro eo ꝙ erat ingeniosus & pictor, aliqua ei interpunctione salis tenacem remunerandi procrastinationem exprobrare, simulachrū muliebri specie adultaq; ętate inchoasse dicit, quod cū Innocentius aspexisset, quęsissetq; ex eo, quę nam esset illa tam decursa ętate anus, Atq; is ingratitudinem esse respondisset, commode inqt prope posset patientia pingi: Sed ex his omnibus illa maxime dictorum genera laudant, quę minus inter se acerbis acuminibus compūgi respondēdo soleant, aut minus sūt animo malignam inustura notam: nihil est. n. tam ī hac senatoria luce uenustū, q̄ quod grauiter est cum urbanitate dictū, nihilq; tam celeriter excipit, q̄ quod facete cōsiderateq; a senatore emittit: quandoqdē maxime sit hominū multitudo suapte natura facetiarum anceps, prudentiūq; dictorum rapax: ex quo genere est illud Cosmi Medicis hominis cauta & urbana senectutute grauis, q amico cuidam magnificentius ędificanti domū q̄ facultas pateret, dicentiq; se amicorum spe ędificare: reserua me inquit ad tectoriū: Atq; etiam ex eodem genere nō est dannanda seueritas, cū ostendit homines ita occupationū magnitudine impediri, ut eis nō sit spatiū de uita aut fama aliena cogitandi: qualis fuit Iouiani Pōtani diserti hominis erudita respōsio, nā cū ei Domitius Calderinus, homo, ut putabat in suspicando malignus, sed egregie argutus litterator, uehementer obiiceret, ꝙ sibi esset ex ingenii doctrinęq; inuidia obtrectare solitus, nunq̄ respondit sibi dari tantū a studiorum assiduitate spacii, ut eius reminisci uideret posse: grauis etiam ea responsio iudicari debet, qua significat homines rerum suarum solere ęstimatione falli, scriptorumq; genera, quę sint in publicā proditura lucē, ponderari debere cautius, q̄ expēdi festinę laudis cupiditate soleant, ut Sigismundus Fulginas Iulii. ii a secretis, q. L. Coruino poetę gloriāti, se centū heroicos uersus uno fecisse die, mirari se uehemēter dixit, cur ab eo nō esset alterū tātū uersuū similiū eadē celeritate factū: Quin etiā itelligēdū est, ex quo genere eruit facetiarum lepor

Ex pollicitatiōe inani. .zi.

Cosma Medices.

Ex seueritate. zz

Io. Pontanus

Domitius Calderinus.

Ex amōitiōe .z3.

Sigismūdus secretarius Iulii Secūdi.

ex eodem quoq; posse urbana quędam sententiarum simulachra duci, quod Laurentium Medicem dixisse ferunt: Nam cum in uillam quã dam suburbanam diuertisset, quae pinum haberet in xisti ambulatione satam, cuius ramorum multitudine pulcherrimę urbis aspectus arceri uideretur, quęsitumq; esset ex eo, num esset illa abscindenda arbor, respondisse dicitur, nunq̃ esse adimendum suum, ut cerni aliena possint: sed interdum quoq; potest clementia urbana iudicari cum id quod sit casu non culpa contractum, minus corrigi ratione potest, ut Rodulphus Camers uersutus ut illa ętate imperator, qui cum esset a sagittario scopon petente uulneratus, suadentibusq; multis ut illi praecideretur manus, salubrius erat inquit consulere istud ante: At urbane & grauiter facti calumnia dilui, iustae uolũtatis excusatione potest, ut nuper Genuensiũ perduellionũ legati, qui cum quęrenti Lodouico Gallorum Regi, quale nam esset eis ob perduellionatus crimen supplicii statuendũ genus, quale inquiũt his constitui debet, q minus seruile iugũ possunt in libera ciuitate pati: Ex quo quidem intelligi debet ex hac dictorum frequentia duplex dicacitatis oriri genus, unũ quod uel aperta criminatione lędit, uel obscure praebet non nihil loci suspicandi, alterum, in quo curat, ut ei, qui illudit causa pudendi det: Itaq; praeclare sunt in hoc genere admonendi senatores, ut in sermone quotidiano tanq̃ in salis condimento sentiant, qd sit indicendo satis: ut.n. in epularum genere, sic ĩ dictorum urbanitate nihil magis homines offendit, q̃ quod est acerrima salis natura conditũ: Eodemq; modo in tam ambigua existimationis fama, in tamq; maledica & suspitiosa urbe, uerborum est fugienda obscęnitas, nequa affinis suspitio possit cũ uitii cõiectura iũgi: Est.n. hęc potius scurrarum generi cõcedẽda libertas, q uerecũdię sensũ adimere impudẽtię auctoramẽto cõuitiorumq; assiduitate solẽt, Quare huic dicacitati finitima cõtentio coniungit, quae eo grauior uisũ iri debet, quo impudentius maledicendo est, aut de alterius dignitate diminutura qd, aut iniustę alterius existimationis praecisura florem: ob eamq; causam superbia maxime ei potest uicina coniũctione necti, quate nus scilicet hi, q se anteire dignitate & fortunae potestate credũt, facilius alios aut turgida elatione spernũt, aut cõtumeliose irascẽdo lędũt quo circa iure dicimus eũ esse propriũ contumeliae uulnerãtis ictũ,

Ex sentẽtiis .24.

Laurentius Medices.

Ex clemẽtia .25.

Roduphus Camers:

Ex excusatione facti .26.

Genuenses.

Lo. Gallorum Rex

Quomodo Cauti debeant ioco & facetiis

De fugienda obscęnitate:

Scurrae:

DE CONTENTIONE ET MALEDICẽTIA CAVẽDA: .1.

De superbia .2.

De cõtumelia .3.

qui uel celeriter, alterū lingua uellicante ferit, uel id malū patefacit criminando, quod sit callida obstructione tectū: Ideoq; maxime eā exprobratio & cōuitiū seq imitādo uolūt, quatenus scilicet alteri male dicendo nocent: siquidem exprobratio ea est, qua aliquid de alterius dignitate diminutum iri solet, ut si alteri ab aliquo, aut uitæ egestas, aut ea offitia commemorando exprobrentur, quæ co'lata in sordida fortunæ mendicitate sint: ut si patrum memoria Philippū Viceco, mitem Francisco Carmignolę exprobrasse diceremus, ꝙ ab eo imperator esset ex porcaria pastione factus. At uero conuitiū id uideri debet, quo id alteri inurit, quod sit corporis & animi prolaturum malū: Idq; fieri promiscua criminatione potest ut siquispiam dicat, alteri prauū inesse gibbum, dubitari nullo modo debet, quin id conuitii sauciatio nominari possit. At siquis alterū furem esse dicat, facile concedendum sit, id tam conuitii posse q̄ contumeliæ uideri uulnus: Itaq; nō sine causa ei obtrectatoria detractio adiungi uicina solet, quę ob id, alterū uel clandestina criminatione lędit, uel maligna calliditate rodit, quo sit famæ offusura noctem: cuius quidem rei quadruplex genus numerari potest, unū, quo alteri aliqd probro mentiendo dat: ut siquem nominatim dicamus pontificia diplomata obsignare falso, q ab eo crimine absit integra existimatione longe: alterū, quo fit crimen fingendi accretione maius, ut siquis flamen in eam criminis suspitionem uocet, qua argui iudicando possit, ut non modo fana pagana nundinet, sed etiam ꝙ piacularia soliloquia litando omittat: tertiū quo patefieri uitia occulta solent, ut siquispiam ab aliquo hominē ueneno necatū esse dicat, quod minus sit fama peruulgata notum: quartū, quo ostenditur id peruersa esse animi uolūtate factum, quod sit, suapte natura probum: ut siquis in bello pararius foederis incundi sit id ab eo factū esse dicatur, quo ab alterutra parte pecuniam prouisa calliditate sumat: nec item longo interuallo ab ea susurratio abesse potest, cui nō est alterū criminari satis, nisi ita eum ab alterius familiaritate seiungat, ut perpetua inter eos sit simultatis, aut odii duratura lues, quod eodem modo de irridendi, illudendi, deq; toto maledicendi genere disputari potest, quo aut homines irridentur impudenter, aut in eorū uitam ea solent maledicta aculeata iaci, quibus sūma existimationis iactura fiat: eademq; est agnominū fingendorū &

De exprobratione. .4.
Philippus Vicecomes.
.F.Carmignola.
De conuitio .5.
De detractiōe.6.
De quadruplici detractione
De susurratione .7.
De irrisione .8.
De impositione cognominū .9.

imponendorum ratio : quæ & alterius incolumen famam læsura & animi sit declaratura sordes : Idq; fieri ex uario criminũ dede, corumq; notatione potest : quale illud Domitii Calderini fuisse fer, tur qui Antonium Campanum hominem elegantem & disertũ, ob id Melobosim nominare cõsuesset, proptereaq; puer oues pasce re solitus esse diceret : eodemq; modo Iulius Pomponius, Ioannẽ Andreá Aleriensem Grãmatocyphon uocare solere ferebat, pro, ptereaq; diu Romę sit postulatorius libellio in cõpitalitia taberna co gnitus : nec item ob aliá causam patrũ memoria & Ioannẽ Burdi, galensem ab Angellotto Romano, Pisonẽ, & Nicolaũ Cápanũ a, Francisco Caldemerio, laterculũ, nominatos esse dicũt, nisi q, eorum alter diu in luteria pistor fuisse diceret, alter etiá esset in cocti, litia taberna natus : atq; idẽ etiá sumi ex uiuendi peruersitate potest, ut Paulus Secũdus ob id est cicindela a, Callimacho poeta dictus, proptereaq; lucem reformidans noctu q̃ interdiu splendore malle ui deretur, quod idem de translatione litterorum de inuersione uerborum, deq; nominũ interpretatione affirmari potest : quibus aut aliqua as, pergit tenerrimæ existimationi labes, aut nomini nota inurit sem, piterna : quare multo iucũdius a, Senatore dicemus eas metapho ras in hoc sermonis conici solere genus, quibus maxime homines delectari natura possunt . At ex prouerbiorum genere, quod a, Gręcis paroemia dicit, multa grauia & urbana ducũt, quo homines, ut ait Aristoteles, ad persuadendũ tanq̃ testimonii dictione utũt, quale illud uideri potest, quo ostendit in ancipitis cõsilii ratione du bitari quid potissimũ deliberandũ sit, aut utrũ honestius sit, quęre, re patriæ delendæ causam, aut per summam inimicorum inuidiam amisso imperio in erũnarum calamitate mori : Quod Lodouico Sfor tiæ accidisse ferũt, qui cũ audisset Alexandrũ Sextũ, Alphonsũ minorem, & Petrũ Medicem homines inter se foederę coniun, ctos de imperio suo conuellendo coniurasse, nec dũ satis constituis, set, utrũ satius esset, Carolũ Gallorum Regem in Italiam uocare, an instructũ adire discrimen, cũq; inconstantia iudicii modo Italię casũ, modo impendens periculũ commũi naturæ sensu metiret, in quorum altero ostenderet Italiæ delendæ semen, in altero certa es set imperii & uitæ constituta labes, sæpe palam dictitabat se auri,

Domitius Cal'd. Antonius cápanus Iulius Pomponius Lætus Io. An. eps Alerieñ. Paulus .ii. Callimachus Poeta. De interpretatione nominũ .io PROVERBia Arist. in Rhet: Lodo. Sfortia Alexander .vi. Alphonsus Minor. Petrus Medices Carolus Rex Gallorum

bus tenere Lupū : Ex eo quoq; genere potest numerari illud, quo quando ꝓ ostendit repugnans esse oppugnante firmius, ut Federicū Vrbinatē callidissimū imperatorem fecisse ferūt, q cū ei bello piceno Sigismūdus Malatesta pugnando minaret nouaculam in cotem incidisse dixit · sed ualde etiam ea in hoc genere uideri urbana debent, quibus declarat difficile euelli posse, quod diu est moribus, malitia inueterata satū : quo genere est usus Pandulphus Petrutius Senensiū Rei publicæ regendæ princeps : Nam cū post euentū eius foederis, quod est contra Alexandrū ad Trasimenum ictū, quo Vitelliorꝫ, Vrsinorꝫq; fortuna corruit, solus prope ex illa flamma euolasset, statuissetq; postea Alexander temporibus ita postulantibus eū sibi conciliare diuulsū, litterasq; ad eū dedisset, quibus non modo spem ueniæ, sed etiam gratię pręberet reconciliatæ fidem respondisse dicit, homo ꝑ se prudens & apposite simulationis gnarus Vulpē pilū mutare solere non mores : Quin etiā illud potest putari considerate dictū, quo declarat cōsilio potius q̄ iuuenili ferocitate geri oportere bella, ut Franciscus Sfortia imperator ætate magis q̄ corporis imbecillitate senex fecisse dicit, qui bello Transpadano Iacobo Picinino adolescenti glorianti se eū breui de loco depulsurꝫ respōdisse fert, Bouem lassum fortius figere solere pedem : quodquidem paroemiarꝫ genus in sermone quotidiano non tam esse debet occulta significatione tectū, q̄ instauratitia nouitate recens, quo in persuadendo gratius restituti adagii tempestiuitate sit : quo in genere plura modo sūt ab Erasmo Batauo collecta eruditius, q̄ exquiri in hac cōmuni Gręcarꝫ litterarꝫ ieiunitate possit. Eadēq; est sententiarꝫ interponendarꝫ ratio, quæ ita a paroemia fin tima propinquitate distat, ut ab ea tam abesse natura seiugata possit q̄ cū ꝓxima cognatione necti : ut si diceremus furem solere area patefacta gigni, nihil abesse posset, quin utraq; esset utriusq; habitura partem : at si quempiā dicamus in siluam ferre solere ligna, facile intelligi debeat, id esse paroemiæ celebratæ priū : aut rursus si dicat consulendū esse diu, quicquid sit deliberandū semel, dubitari nullo modo possit, quin sententia per se cumulate absoluta sit, siquidē sententia perinde in actione, ac diffinitio in contemplatione uersatur, quæ sic descripta ratione præfinit

Fedoricus Dux Vrbini

Panduiphus Petrutius Seneñ.

Franciscus Sfortia.

Iacobus Pucininus

Erasmus Roterodamus Hollandus.

SENTENTIæ

Quomō differūt inter se ꝓuerbia & sententiæ

Quid sit sētētia

ut nec singularum rerum genera complectatur, ut si diceretur quales uel Alphonsus Minor, uel Virginius Vrsinus, siue Laurentius Medices iudicandi essent, nec uniuersarum rerum rationem consequatur, ut si dicatur ab albo diffidere solere atrum, sed in ea tantum uniuersarum rerum ratione consistat, in qua maxime quęratur, quid aut fugiendum, aut expetendum sit: Itaque ob eam causam homines libenter teneri eius sententiæ dictione solent, quæ maxime communi argumento constat, ut si dicatur nihil esse impudentis uicini prauitate odiosius, facile id communi hominū periclitatione confirmari possit, cum perspicuum sit hominū generi euenire solere sępe, ut ei causa peruersi uicini utendi sit: quocirca permagni senatoris & uirtutis adultæ refert, ī quotidiano sermone ea sententiarum confirmatione uti, quæ maxime sit, aut experiundo nota, aut communi hominum infixa sensu, quale illud Nicolai .v. iudicari potest, q cum homo esset in senatu legendo cautus, accusareturque a multis, quod in tam promiscua partitione fati, nimia exceptione uteretur, nimiumque uelle uideretur suffragari doctis, respondere solere dicebatur, in omnes beneficia conferre, qui pręstantes in senatū cooptaret, grauecque est etiam & urbanū illud, in quo ostenditur, liberalitatem & largitionem defendi prouidentię ratione posse, ut Franciscus Gonzaga senator, qui cum rogaretur cur cęterorum more cogere pecuniā sumptui parcendo nollet, quoniā inquit difficile custodiri potest, quod communi hominum procliuitate expetitur, Valde quoque uideri ea stomachatio sententiosa potest: Qua homines eorum prospera fortuna anguntur, qui sint animi peruersitate praui, ut Marcum Barbum Senatorem fecisse dicunt, qui cum quęsitum esset ex eo, cur tam uehementer consuesset improborum candidatorum cooptatione angi, quoniam inquit prauorum foelicitas proborum calamitas esse solet: huic autem generi ea percursio finitima putatur, qua rerum ponderatur status, in quo quidem hę maxime locorum exquiruntur sedes, quibus coniectura fiat, quorsum res casura, aut euasura sit: Vt si ex maiori affirmetur minus Bononienses Iulio Secundo resistere bellando potuisse, satis argumenti sit, multo Cassianos posse repugnare minus: cum apertum sit, id quod in eodem genere minus a ualentiore fiat, multo minus fieri a te-

Alphonsus Minor
Virginius Vrsinus.
Lau. Medices
Quæ maxime sententiæ placeant communiter:
Nicolaus .v.
.F. Gonzaga. C. Mantuanus
Marcus Barbus
QVOMODO ESSE DEbeat LOCVTIO DE STATV RERVM
Ex maiori. .i.
IVLIVS II.
Ex tempore .2.

maiore posse: Ex tempore autem coniectura ducitur, cum ex antegredientibus potest consequentium præsagiri finis, ut si dicatur,
Cęsar Borgia Cæsarem Borgiam Foroliuiensium Rei pu. ante bellum minus pollicitum fuisse se uectigalia pagana daturum, causa etiam pręsentien
Ex diuisione .3. di sit, minus ea bello confecto largiturum: Eodemq; modo dici
Alphonsus Maior. de partitione potest, ut si patrum memoria Alphonsus Maior bellum contra Florentinorum Rem pu. suscepisse diceretur, facile
Bellũ contra Florentinos. probari posset, cum id bellum, aut odii causa, aut inuidiæ malo, si ue dominãdi cupiditate suscepisse, sed cũ satis cognitũ esset, eũ nec odio duci, nec inuidiæ uexari tabe, nihil abesse posset, quin dici deberet, id bellum ab eo esse imperii dilatandi auiditate concupitũ: at cum satis notum sit, difficile extingui in Regum ambitione posse
Ex opere: .4. insitam imperii propagandi sitim, nihil causæ esse deberet, quin affirmari posset, nunq̃ eum id bellum nisi aduentitia necessitate deserturum: Idem p etiam solet ex factorum ratione sumi, cum ex
Saraceni milites stipendiarii Federici .ii. uno plura mala sumi notando possunt: ut si olim senatui nunciatum esset, magnas fuisse copias in samnium a Federico secundo ex Aphroꝝ genere collectas: qui maxime ex .S.C. essent perpetui
Ex confessionis incõstantia .5. Rei pu. iudicati hostes, facile testatum esse posset, non modo ab eo fanorum bona direptum, sed etiam urbem oppugnatum iri: At
Philippus Vicecomes. ex fatendi quoq; inconstantia locus augurandi ducitur, ut si dicatur Philippum Vicecomitem hominem tergiuersandi calliditate fallacem, Placentiæ Florentinorum legatis aliquid se facturum recepisse, quod idem Mediolani postea interuersa promissione neget, satis ex ea sermonis inconstantia possint ad suspicandũ duci, ab eo
Ex delibratiõe.6 dolum flexiloqua captione necti, ex quo ei causa iustior contra Rem pu. belli inferendi sit. Atq; etiam ex deliberandi ratione fieri cõiectura potest, ut si modo in hac regnãdi cõtẽtione quęrat utrũ
Iulius .ii. Iulius Secundus cum Venetis, an cũ Galloꝝ Rege foedus initurus sit, facile præsentiri considerando possit, eum pactionem cum
Ex omissione occasionis .7. eorum maxime genere facturum, quorum sit aut uicinitas timenda minus, aut dominatio futura breuior: quod idem est de eo consilii
Veneti genere dicendum, quod debet ex temporis oportunitate capi: Vt si modo quæratur utrum Veneti ante debeant in insubriam Italica arma ferre, q̃ Mediolanum Gallorum copiæ possint exercitu disie-

cto cogi, satis possit coniectura nosci, id eos nullo modo molituros, cum perspicuum sit, Venetorum Rem pu. in bellorum, aut præliorum genere ineundo cunctari solere lentius: Ex quo perfacile iudicari possit, cum minus consilium sit, ex temporis occasione captum, celeriter eos, aut periculoso bello pugnaturos, aut contractis aduersariorum copiis cinctum & interclusum iri, cum uerisimile putandum sit, nunq̃ eos futuros tot regum potentiæ copulatę pares, cum quibus sit de omni Rei pu. fortuna dimicandum: Contra autem præsensio ex temporis oportunitate ducitur: ut si modo dicatur Florentinorum senatum a Petro Soderino dictatore consuli, ut hoc proximo messorio iustitio ad Pisas obsidendas milites legionarii ducantur, facile existimandum sit, breui Pisas captum iri obsidendo posse, cum equitis citi sit aduentu cognitum, foedus esse inter Gallorum Germanorumq; Reges contra Venetorum potentiam ad Ratisponam ictum, quo in Gallia Transpadana sit totius Italici belli flagratura fax, liberumq; detur urbis obsidendę tempus: Ac de his quoq; rebus prouideri potest, quas occasionis conditio perfectura sit: ut si affirmetur Alexandrum sextum hominem fortunatum & callidum, idoneam oportunitatem Hetruriæ potiundæ adepturum, proptereaq; bellum in Apulia sit inter Hispanos & Gallos nulla armorum suspitione natum, ex quo futurum sit, ut dum utrosq; ineundi foederis promissione alit, spatium sit id imperii propagandi uiam, cogitataq; conficiunda habiturus: Eademq; fieri coniectura ex rerum formidolosarum electione potest: ut si dicamus Alphonsum minorem, cum a Carolo Gallorum Rege arma contra se intelligat Italia patefacta ferri, facileq; sentiat quorsum sit fortuna casura sua, temporis causa regnum potius esse relicturum, incolumiq; gaza abiturum, q̃ seruitutis iugum repugnando subiturum: Quod idem post ex promissi commodi uitatione duci, ut si Cæsar Borgia Florentinorum Rei pu. recipiat se Pisas gratuita liberalitate traditurum, si ei in Senensium urbe potiunda faueat, probabilis cõiectura sit ei Florentinos subsidium nullo modo prębituros, cũ perspicuũ sit, facile euenire propter potentissimi hominis uicinum dominatum posse, ut p'us contrahatur in Senarum amissione mali, q̃ in Pisarum recuperatione boni: At ex prę

Ex occasione tẽporis .8.
Pe. Soderinus:
Pisarum obsidio ĩ feris .S. Ioãnis

Ex cõditione occasionis .9.
Alexander .vi.
Bellũ Neapolitanũ inter Gallos & Hispãos

Ex electione rei periculosę .io.
Alphonsus Mi.
Carolus rex Gal.

Ex nõ acceptiõe promissorum .ii.
Cæsar Borgia:

Ex prouisione pe riculi cauẽdi .12.

Lo. Sfortia:
Bellũ Ferrariẽse
Alphonsus mi nor dux belli Ferrariensis
Ex euentorũ ne cessitate. .13.
Lo. Gallorũ Rex
Veneti
Diuisio principa tus Mediolãẽn
Cremona:
Ex discordia equaliũ .14.
Bellũ Neapoli tanũ
Gũdisaluus Fer dinandus
Ex diuinatione accidentis .15.
Maximiliãus Cęsar
Lo. Gallorũ Rex

Ex diuinatiõe cõ suetudinis na turę .16.
Florentini

cauendi periculi prouisione, tum sumi coniectura solet, cũ presentiri potest bellũ, quod a foederatorũ genere cõmuni pecuniarũ suppeditatione fiat, usq; dum ab eorũ altero ductũ & prorogatũ iri, quoad sit tuta priuata salus, ut si Ferrariensi bello diceretur, Lo. Sfortiam in medio uictorię cursu foedus cũ Venetis inexpectata pacificatione initurũ, proptereaq; uereri subtili suspitione posset, ne quandoq; uictoris fortuna esset ĩ pernitiem eruptura suam: sępeq; etiã idẽ est de eius euentus genere iudicandum, quod fere semper eadem cõstituta, & designata ratione cadit, ut si de ea Mediolanensis imperii partitione iudicandum sit, quæ est inter Lodouicũ Gallorũ regẽ & Venetorũ Rem pu. dispari potentia facta, facile augurari sit consentanea suspitione licitũ, celerrime ex ea inimicitiarũ nasciturũ semen, cum pręclare pateat, bella fere semper solere ex inuida uicinitate gigni, ex quo putandũ sit, eo facilius Venetos Rei pu. discrimen adituros, quo aut eorũ potentia inuidiosior esse potest, aut Gallorũ uis est imperio continuato maior: Quin etiam pręsensio potest ex discordi ambitione trahi, ut si bello Parthenopeo affirmetur, facile Gallorũ duces, cautissima Gundisalui Ferdinandi prouisione perituros, proptereaq; interse administrandi belli contentione certent, nec inter se bellandi disciplina cedant, quo nihil esse peruersius in militari ratione potest: Eodemq; ratiocinandi modo multa prædici in ãnos solent, ut si modo quęratur: utrũ inter Maximilianum Cęsarẽ, & Lo Gallorũ Regẽ foederis sit duratura fides, an inter se de Italię imperio armis decreturi sint, nihil absit, quin ostẽdi coniectura possit, nihil diu eos inter se uoluntaria alienatione moturos, nisi quid eorũ alteri, aut fortuita inuectione, aut humanitus eueniat, quo alteri spes imperii propagandi detur, cũ satis intelligi possit, homines quo magis imperii magnitudine excellunt, eo inter se mutua potentię ęstimatione bella inire solere lentius: Sed tũ etiã id futurũ esse prouideri potest, quod fere sępe fieri usu naturę cernimus, ut si affirmetur in Italia Florentinorũ Rem pu. externo imperio diuturniorem ritu naturæ fore: proptereaq; fere semper Rei pu. q̃ singulorũ principũ potentia longior esse inexhausta hominũ propagatione soleat, facilis causa pręsentiẽdi sit, eã cęteris potẽriorẽ Italia trũca futurã, id q; eo facilius euẽturũ, quo ea interim impe-

rii mediocritate obsequendo / minus est / aut aperte iugum sensura seruitutis / aut belli acceptura plagam : Atq; idem est de animi affectione / de ętate / de moribus / deq; fortuna iudicandum : ex affectione / enim / ut si dicamus Lodouicum Gallorũ Regem Senensium Rei pu. succensere solere ualde / proptereaq; eius sit quadragies mille persoluendi tarditate offensus / quod ei se bello Aretino soluturam pepigisset / facile credendum sit / eum hoc maxime tempore a / Senensium Re pu. leniri posse / quo uehementer est uictoria transpadana lætus : Idq; eo facilius euenturũ / quo celerius Rei pu. nomine est Seuerus Placentinus ad eum conciliandum missus / quo nemo est aut naturę suauitatę gratior / aut artificiosa eruditione ad hominum ingenia placanda aptior : Ex ętate autem / ut si Carolus Gallus adolescens affirmet se diu manere in regno Parthenopeo uelle / maxime appareat eum diu nullo modo mansurum / cum persuasum esse debeat / adolescentiam perinde appetendi cupiditate mutari / ut corpore commutatum iri solet / ex quo intelligi detur / si minus in Italia constantia considerata maneat / facile eum id regnum abeundo amissurum : Ex senectute uero / ut si dicatur Iulium Secundum contra habitum naturæ pecuniam in senectute quęsiturum / id affirmetur ob eam causam oriturum / proptereaq; sit ętatis progressione & experiundi facultate doctus / nihil esse pecunia in Re pu. conseruanda potius : Ex nobilitate quoq; / ut si bello Parthenopeo probetur Prosperum & Fabritium Columnenses homines gentilicio splendore & bellica uirtute præstantes / nunq̃ de fide deductum iri posse . cum perfacile concedendum sit homines nobiles maxime solere magnanimitatis pręstare laude / magnanimiq; esse proprium / de fortunæ deturbari gradu q̃ deduci de fide conseruanda malle : Ex fortuna autẽ ut si Alexandrum .vi. diceremus / qui maxime soleret uento secundo uehi / usq; eo fuisse flante fortuna bellaturũ / quoad esset facultatẽ Hetrurię potiundę nactus : quibus ex rebus maxime fieri probabilis & consentanea coniectura potest / qua præcurrendo intelligatur / quid ex incidentium aduentitiarumq; rerum ratione euenturum sit : qua communis hominum continetur status. Sed quæri maxime hoc loco potest / cum sæpe fere senatorius ordo debeat Italica locutione

Ex affectione.17
Lo. Gallorũ Rex
Senenses.
Seuerus Monachus Placẽtin9
Ex adolescentia .18.
Carol9 Gal. rex
Ex senectute .19.
Iulius.ii.
Ex nobilitate.20
Prosper de Colunna
Fabritius de Colunna
Stipendiarii milites Ferdinandi Regis Hisp.
Ex fortuna .21.
Alexander .vi.
Q̃d Car. debẽt uitare indebitos sermones

Q͞d Car. debent uti lingua Itali ca:
Q͞d Papa cũ col legio nõ deb͞t di scedere ab urbe
Dist. 24. 4. 6. c rogamus &.c.. de sum. Tri. & Fid. Cath.

uti, quandoquidem satis sit peragratoria lege cautum, ne senatui sit ab urbe abesse licitum, Quod nam maxime sit sermonis proban, dum genus: siquidem cum multi Italicam locutionem a, latino ser mone dimanasse credant, neminem in hac dicendi ratione probãt nisi qui loquatur exquisita uetustate litteratius: contra autem alii cum hanc plebeiam dictionem translalpino sermone inquinatam esse arbitrentur, facile negant eam ita debere, cum latino sermone necti, ut maxime sit a, cõmuni intelligentia & uulgi disiuncta sen, su: Nos uero minime in hoc genere ita latina uerborum insignia transferenda esse censemus, ut & iure sit Romani generis reclama tura uox, & domesticus sermo fiat magniloquentię mutuatione grã dior, q̃ quotidiana locutio postulare uideatur: Ex quo iure Ale, xander Farnesius litteratissimus senator, eos obiurgatum iri debe, re dicit, qui malunt esse in plebeio sermone latini, q̃ in latino Ro mani: nec ita ea transalpina nouitate utendum esse putamus, qua aut sermo efferatur uastius, aut durius insolentia peregrina sonet, sed eo maxime sermonis genere uti senatores oportere dicimus, quod apud nostros sit cõsuetudine diuturna tritum: nec n a nostris unq̃ est ullum peregrinum fastiditũ genus, modo ita molliri extremaꝝ uoca lium suauitate posset, ut natiuũ nõ ascitũ esse uideretur: nam q̃q̃ a, nostris & hypocaustum, & uexillum, & galea, & ceruical, & calcar & id genus Germanicis uerbis uocari soleant, postremaꝝ tamen cõ sonantiũ asperitatem cõsuetudo quotidiana uellit, ne insuauius ui, deantur uoces hiulca duritate fundi: Ideoq; ob id sermo Italicus unus ex omnibus loquendi perspicuitate pręstat, proptereaq; uoca, liũ suauitate terminatur: Quare apud nostros iam ãnos ducentos emẽ datur sermo, cuius rei faciendę principes Dantes & Franciscus Pe trarcha poete numerantur, quorum ingenii affluentia sit camenaꝝ patefacta domus, partaq; eoꝝ uersuũ faciendoꝝ ars, qui octasti, choꝝ trinarioꝝq; ratione costant, dum uerba ad endecasyllaboꝝ si, militudinem ea syllabaꝝ terminatione nectunt, qua in metrico or, be uerba dimensa currunt: Antea enim ut scite ait homo elegans Petrus Grauina uersus marra dolati uidebantur, cum nec caderet numerose rithmus, nec dum increbruisset splendidior uerbo, rum usus: Itaq; hoꝝ uterq; princeps inueniendi & excogitandi fuit:

Alexander Car. de Farnesio Diac. S Eustac.
Quomõ esse de beat sermo uul garis:
Quomõ sũt trã slata multa no mina transalpi na
Quare sermo Italicus est sua uior cæteris
Q͞d Dantes & Petrarcha fue, rũt emendato, res linguę uul garis.
Petrus Grauina Siculus

Sed in Dante licentior est, & quasi per hyperbolen elatus sermo est enim ut in alienis nominibus transferendis audax, sic in uerborum genere faciendo & nouando liber: Itaq; haud quaq̃ sine causa Franciscum Petrarcham honorauit fama, nam cum cęteris multo præstitit ipso sermonis genere florentius, tum ditior artifex in transferendo & collocando fuit: Siquidem eum primum fuisse dicunt, quem octo dictiones undecim syllabarum angustiis colligasse uelint, dũ sic per synaloepham uocales astringendo iungit, ut postremæ insequentium collisu adimantur, nec earum concursu excitetur stridor: sed plures prope appareat ab eo necti structura sensus, q̃ possit ratio; mensioq; carminũ definita pati: quę quidem a Dante uideri, aut neglecta, aut ignorata possunt: quandoquidem sępe in eo carminũ mensio sit syllabis tanq̃ peditus fraudata clauda: modo autem hoc sermonis genus subtilius est a nostris dempto linguæ contemptũ renouatum, cognitumq; primũ quo modo structura distingui schematon numerorumq; uarietate posset

Qđ Petrarcha fuit primus author limãdorũ uersuũ uulgariũ

Sed cum uaria in Italia sermonum genera numerentur, quæ maxime uideri possunt ad cõsuetudinem quotidianam apta, intelligendũ quidem est, quid sit ex uno quoq; genere seligendum magis. Siquidem Neapolitani ipso sermonis genere redundantes & superfluentes sunt, & tanq̃ Asiatici Italorum nominari possunt: quod sane Romani nunq̃ probare uoluerunt, quorũ sermo ita est audaci elatione feruidus, uiq; concitata uibrans, ut martius ille calor imperio non ferocitate carere uideatur: Veneti autem cum loquendi laudem orationis ubertate metiantur, maximeq; periodi compręhensione lætantur, abundans quoddam solent, & turgidum, & sonans confectari genus, quo dictio fit gruitatis imitatione grandior At uero Traspadani & Insubres monosyllaborũ breuitate & interpuncta concinnitate gaudent, quod contra eorum uulgi multitudini euenire cernimus quæ nullam syllabam efferre sine aspiratione solet, inquo eo fit dictio imperita uastior, quo est .F. & .C. litterarum asperitate refertior: quarum sonus cum pinguis sit ipse per se, faucibus tanq̃ flexibus inclusus ex ore refertur in loquendo crassior: Contra uero Hetrusci cum longe ab insolentia transalpina absint, multo saniores uideri in dicendo possunt.

Differentię sermonũ Italicorũ

Quomõ locunt̃ Neapolitani .1.

Quomõ locunt̃ Romani .2.

Quomõ locunt̃ Veneti. .3.

Qupmõ locunt̃ Lombardi .4.

Quomõ locunt̃ Hetrusci: .5.

Idq; his ob eam maxime causam euenire scimus, protereaq; magis uocalium suauitante lætãtur, qua sermo fiat in loquendo mitior. Ideoq; semper eorum est loquendi syncerius iudicatum genus, tantum p semper ualuit huius dictionis sedatæ laus, ut nemo suauius octastichon aut trinariũ sine Hetrusca mutuatione fundat: Sed cũ de hac dictionis ratione disputatur, intelligendum est duplex esse locutionis excolendæ genus, unum quod in structura, alterum quod in ornatu uersatur: Structura enim in uerborum collocatione consistit: Collocatio autem proprio uerborum usu & consentanea loquẽdi ratione continetur: Proprium genus est quod nec altitudine, nec tenuitate constat, sed quod intermedia mediocritate temperatur: Altitudo uero ea nominatur, quæ pinguium uerborum constructione tumet: quale id genus sermonis uideri potest, quod est Ioannes Boccacius eo exquisito genere commentus, quod a Grçcis philocalon nominari solet: Tenuitas uero est, quæ arida & exili ratione constat, quo genere maxime Ioannem Villanum in annalibus usum fuisse cernimus a, quo ita multa sunt tenuia collecta minutatim, ut nihil esse posset altiori concinnitati loci: Mediocritas autem ea uideri debet, in qua nihil, aut defuturum, aut redundaturum sit, quo sit in alterutram propensura partem, quo genere maxime est idem Ioanues Boccacius in mythologica centuria usus: quod idem etiam modo Petrus Bembus Venetus sequi in eo maxime libello solet, in quo per antilogiam de amatoria ratione disceptatur: quare cum de eo uerborum genere quçritur, quæ minus proprium sermonem disiungendo efficiunt, facile intellectu est, ea maxime uerborum genera debere numerari, quæ aut aliena, aut reperta, siue çquiuoca nominari possunt: Aliena enim sunt, quæ ex hispanorum, aut Gallorum, siue Germanorum copia in usum nostrum usurpando transferuntur: quale id potest uideri genus, ĩ quo aut Germanica sica, aut Gallica abolla numeratᷓ: quç cũ primo nostrorũ hominũ generi inaudita sint, minus uerecũde usurpari libera mutatione debẽt, nisi ita ante sint cõsuetudine quotidiana trita, ut iã minus sint intelligẽdi obscuratura lucẽ: nã cũ mẽs ĩ hospitũ uerborum genere ĩterpretãdo occupatur, facile intelligi potest, eã minus persuaderi, aut intelligendi difficultate, aut insolentię admiratione posse: reperi/

Quare est melior sermo Hetruscorum
Quomõ ornatᷓ sermo
Quid sit pprius sermo
Ioannes Boccacius.
Ioannes Villanus.
Petrus Bembus Venetus
Quæ sũt aliena nouata

ta autem aut nouata ea iudicari possunt, quæ uel hominum obliuione intermissa reuocantur, uel partu solent cogitato gigni, in quo eo nouatio putidior uisum iri debet, quo est aut obsoleta uetustate deformior, aut horrida constructione durior: in quo genere Dantes poeta ob id a multis laudari cum exceptione solet, propterea multa ab eo sint per onomatopeiam nouata licentius, q̃ pati posset locutionis uerecundæ nitor: ut siquis modo minus interdictũ putet, quin perinde, a, sica sicari, ut, a, gladio digladiari deduc transferendo debeat, facere nullo modo possit, quin fateri cogat, idem in cæterorum nominum genere transferendo licitum futurum: quo nihil esse potest in dilucida loquendi puritate durius: Ex quo iure a litteratissimo homine Angelo Politiano de uerborum latinorum utendorum ratione sæpe dissensi puer: proptereaq; homo ingenii luce, & doctrinæ confidentia magnus, non modo de industria uerborũ insolentiam exquirere, sed etiam orationis tanq̃ uestis usum probare uelle uideretur, qui temporum conditione mutetur, quiq; quo inusitatior & recentior cõmentitia concinnitate sit, eo gratior esse nouitate soleat: Itaq; non sine causa ad eũ Epistola nostra in publicum Apologetica ratione prodit, quæ non tam uideri maturitate potest q̃ ętatis spe & ingenii significatione grandis. At uero æquiuoca nominantur ea, qua uno nomine multiplex potest significari genus, ut si uno canis nomine dicatur & animal & coeli significari sydus: Inquo quidem a Laurentio medice ratio est indagata noua, quæ laudis & infamiæ specie esset omonyma cauillatione anceps, & qua alteri per adulandi dissimulationẽ criminoso pungerent acu: ut siquem hominem unionem esse dicamus, causa intelligendi sit, cum crassa ingenii natura pingi, proptereaq; unio sphærico globo costet, cuius forma sit in omni figurarũ ratione crassior. At consentanea loquendi ratio ea uideri potest, quæ maxime a Barbarismi & Soloecismi peruersitate abest, Barbarismus .n. est prauitas, quę absurda loquẽdi asperitate cõstat, & quæ cum uaria peruersitate fiat tũ maxime inquari litterarũ additione & cõmutatione potest: ex additione.n.ut siquis inusitatius mullã pro mula, aut phiallã pro phiala dicat, ex quo est Hadriani Senatoris in hominẽ Transpadanũ distichon acuminis interpunctione salsũ qui phial,

Quæ sũt uerba nouata.

Dantes poeta

Angelus Politianus

Epistola Apologetica

Quæ sũt uerba ęquiuoca

Aequiuocatiões

Laurentii medicis

Quid Barbarismus.

Iam dixisset in tetrastichi concinnitate rudius : in quo quidem ui/ tii genere maxime Liguria / Insubria / & regio tota Transpada/ dana peccat . Ex commutatione autem / ut siquis litterram pro littera consuetudine indocta mutet : quemadmodū sæpe Hetru/ scos . L . pro . V . & Romanos . N . pro . D . uti solere cer nimus : eodemq; modo i hoc genere ea numerantur uitia quæ a / Græcis cacosyncheta nominantur / quæq; asperius hiulca durita / te sonant . At uero soloecismus cū uaria insolentia / tū in hoc sermonis genere ea maxime fieri peruersitate potest / qua dispar ge nus solet ordine interuerso iungi : ut si Hetruscos indoctius errare consuesse fateamur propterea q; unam peditem pro mancipio / & pedissequa ancilla dicant : ornatus autem triplex nominari potest / unus qui in dilucido genere / alter qui in decoro / quod a / Græ/ cis præpon uocat / tertius qui in numeroꝝ ratione uersat : diluci/ dū enim genus usitatoꝝ & translatoꝝ uerboꝝ ratione constat : Vsitata autem sūt / quæ usu diuturno trita aut exprimūt dilucida explicatione rem / aut nota significatione sonant : quale id genus uideri potest / quo hodie Lactantius Cortesius frater in . C . Cæ saris commentarioꝝ paraphrasi / & stratagematon recentiū expli/ catione utit / in quo præclare sentit / quantū usquequaq; sit uel reꝝ explicandaꝝ rationi / uel dilucide orationi satis : Translata uero sūt quæ maxime in tropoꝝ ratione uersant : Tropoꝝ autem genus no minat illud / quod inopiæ aut orationis ornandæ causa / id / quo eget / aliunde mutuando sumit / aut illud / quod uerba uel sermo nem a / propria significatione illustrando mutat : si hac sūma coe li ariditate dicamus / maxime sitire solere fruges : idq; sumi ex di/ spari troporū uarietate potest . Ex Metaphorico enim gene / re / ut si modo dicamus Petrū Soderinū Florentinoꝝ Dictato / rem Ancoram esse Rei publicæ / propterea q; solida animi pro / uisione caueat / ne Res publica possit intima / aut aduentitia tem/ pestate quati : aut si Picū Mirandulam fontem fuisse disciplinæ diceret / propterea q; perenni inexhaustaq; doctrina floruit : quod idem contra quoq; potest ex imbecillitate sumi / ut siquis aut Ca / rolū Neapolitanoꝝ Regem / Aphroꝝ flabellum / aut Ioannem Scotum Theologoꝝ lucerna fuisse dicat / quod sit multo compa /

Ex cōmutatiōe

Quid soloeci/ smus

Quomodo fiat ornatus

Quomō fiat dilu cidus sermo.

Lactātius Corte sius

DE TROPIS
Quid sit tropus

Metaphora .i.
.P. Soterinus di ctator Florēti .
Picus Mirādula
Carolus Neapo litanoꝝ Rex.
Ioānes Scotus.

rando minus, q̃ utriusq; excellens uirtus postulare uideretur: At ex Hypallage quoq; multa possunt ornamenta sumi: ut siquis pro libidine Venerem transferendo dicat: quo obscęnitas pudentior honesta nominatione fiat: Ex Epitheton autem superinductione, ut si ab aliquo, aut neci pallor, aut uitę affigatur rubor, quo res sit affinis uerbi societate clarior, in quo quidem multa id genus in neniis a Bernardo Arretino frequentantur: ex allegoria uero, ut si quis aut adamantem pro fortitudine, aut nauim pro Re pu. siue uentum pro cenodoxia dicat: quod maxime Franciscum Petrarchã in phalisciis & glyconicis consectari solere cernimus: nec ab eo transferendi genere multũ Antonius Thibaldeus in trinarioꝝ, & endecasyllaboꝝ ratione distat. Ex Hyperbole quoq;, ut si dicamus Franciscum Gonzagam in Parmensi conflictu, non leonem fuisse, sed fulmen. Eodem q; modo multa ex sensuum genere duci transferẽdo possunt, ut siquis aut Borecę sibilum, aut tybridis murmur, siue uictus odorem similitudine translata dicat, inquo quidem maxime uidendum erit, ut translationis turpitudo fugiatur: nec .n. dici uolumus Pium Secundum propter cõmunium oneꝝ lationem, Asinum fuisse Rei pu. aut Bessarionẽ Nicenum propter constantem in amando fidem, canem dici amicoꝝ: Siquidem pudens esse debet similitudinis deductę collatio, quo sine auriũ sauciatione iucunda similitudo sit uerbis significata translatis: Eodemq; modo multa duci ex Metaplasmi ratione possunt, ex quo genere maxime Aphęresim nominari scimus, in qua principes syllabę solent ex dictione uelli, ut sępe apud Senenses breuitatis causa uidemus nomina mutando cõtrahi, qui Cosmum, Theum, Chelim, Parim, & Ianum contrahendo dicunt: Nec quidem multo est de Prothesi & apocope dicendum secius, in quaꝝ altera Hetrusci insuauius istud coniunctione nectunt: in altera Insubres & Transpadani nomina etiam hominũ postrema syllaba detracta contrahunt: eademq; est Schematon lexeon describendorum ratio: quæ quidem genera si in sermone apta partitaq; descriptione collocentur, dubitari nullo modo debet, quin magnum sint sermoni allatura lumen: siquidẽ ex eo genere Symplochis ea uideri potest, quę idem princeps uerbũ sæpe cõplectẽs, ad idẽ solet postremũ exornãdo regredi, ut si dicamus fuisse

Hypallage .2.
Epitheton. .3.
Bernardus Arretinus
Allegoria .4.
.F. Petrarcha
An. Thebaldeꝰ
Hyperbole .5.
F Gõzaga Marchio Mantua.
Pius .ii.
Bessarion Nice. Cardi. Basilicæ .xii. Ap[l]oꝝ
Metaplasmus .6
Senenses.
Aphęresis .7.
Prothesis .8.
Apocope .9.
Schemata .io.
Symplochis .ii.

qui Mysiam, q Euboiam, qui Thraciam pugnando delerint, idẽ
Antitheton .i2. postremũ a, nobis sit Turcaꝝ nomen repetendũ sæpe, Antitheton
autẽ est, quo sermo confici ex contrarioꝝ uerboꝝ ratione potest,
Vẽceslaus Cęsar ut si dicamus Venceslaum Cæsarem in pace audacia inflãmata cal-
uisse, & in bello affirmemus formidinis obriguisse gelu: Omo-
Omoptoton .i3. ptoton autem est, cum plures casus simili constructione cadunt,
ut si Theodorum Gazam hominem fuisse affirmetur, carentem
Theodorꝰ gaza fortuna, affluentẽ doctrina: Climax uero ea nominatur, quę tanq̃
in ascendendo puer, non ante ad proximum descendit uerbũ, q̃ ab
Climax. .i4. ea ad altius ascensũ sit ut si Franciscus Sfortia laudetur, qꝫ opes uir
.F.Sfortia tute, opibus imperium, imperio gloriam quęsiuit: aut quale illud
iudicari in ea pedagogimachię descriptione potest, qua homo poeti-
.M.Margattus. ca laude prestans municeps meus .M. Margattus in eũ est hypo-
didascalum grammatasten usus, qui se a, grammatice in theolo-
Synzeugma .i5. giam uti perita scientiarum gradatione dixit: At synzeugma est cũ
uerbum, a, medio interponi solet, ut si dicamus Rem publicam
Parisis .i6. aut seditione deleri, aut rapacitate: Parisis uero, ea est quę cõfici
ex parium syllabaꝝ ęqualitate potest, quale illud Marulli poetæ in
.M.Marullus An gelum Politianum fuit: qui cum diu cũ eo obtrectatoria contentio-
Angelus Poli. ne certasset, iamqꝫ esset maledicendi & recriminandi assiduitate fes
sus, non ultra se dixit cum eo uelle certare uerbo sed ferro: Pa-
Paradiastole.i7. radiastole autem ea dici potest, qua res interpretando dilatatꝰ, ut
siquis aut Pauli secundi in pecunia cogenda auaritiam prouidentiã
aut Ioannis Vicecomitis inconsideratam prodigalitatem, animi mu
nificentiam & gentiliciã liberalitatem uocet: quę eadem fere dici
Anadiplosis .i8. non modo de Proseugmate, & Anadiplosi, sed etiã de Simplasmatis
ratione possunt: quę ea quæ dicta sunt, tanq̃ syllogismus ex maiori
Quod genus sit & minori concludendo nectit: nec multo longe Paranomasia ab
quo nũc utuntꝰ hec ratione distat, quæ modo maxime apud Hetruscos sine
Hetrusci imitatione celebratꝰ: ut si dicamus hastam hostem, martem mor-
DE DECENtia tem, uitam uatem, pacem picem, stellam stillam, & quę eius
Quid sit decẽtia generis sexcenta numerari possũt: At in dicendo decoꝝ nominatꝰ id,
quod est rei de qua agitur analogica collatione aptum: in quo qui-
dem tum a, multis peccari solere cernimus, cum aut magna sum-
misse, aut subtiliter humilia dicũt: idqꝫ tum maxime apparet, cum

aliquod uerbum humilius in amplo sermone ponitur, quod idem esset alterius sermoni concinnitati aptum: ut si in altero dicamus quempiam imperatorem bonum tanq̃ suem fuisse in prælio obeũdo uersatum, quæ sit collatio in strenua disciplina turpior, aut si in altero carduos honoratos dicamus, proptereaq; modo a principũ genere edi gustu fastidito solent: Itaq; id quod maxime decet, tum facile spectari potest, cum uerba rei uidemus consentanea naturæ necti: ut si modo sit de Ferdinãdi Hispanorũ Regis uictoria Aphricana dicendũ, nihil causæ esse debeat, quin res sit uerbis exprimenda lętis: aut si contra sit de Lodouici Sfortiæ calamitosa asseruatione narrandũ, dubitationem non habeat quin inflexo ad dolorem uerborũ genere utendũ sit, quo miseratio sit luctuosa permotione maior: Quocirca intelligendũ est permagni interesse semper quibus cũ sermo conferendus sit: quo in genere multũ esse excellere Alexander Sextus omniũ consensu iudicatus, q; ita personæ loquendi accomodaret genus, ut nihil fieri posset eius prosopica dictione aptius, eoq; genere tũ maxime usũ fuisse uolunt, cũ ei est obuiã Carolus Gallorũ Rex uia fornicata factus: eodemq; modo esset de numerorũ ratione dicendũ, nisi de hoc genere alias esset disserendũ pluribus. Sed cum omnis sermo in actione uersari uideat, quæ uoce & gestu continet, intelligendum est uocem esse quẽdam distinctũ significandi sonum, quæ principium ab anima dictante ducat. Itaq; cum uox sit humani sermonis index, sciri debet, ea maxime animorũ declarari motus: Ex quo fieri physionomi uolunt, ut quam quisq; si belluarũ similitudinem in uoce fundẽda nactus, ita cum illarũ consequi, & imitari mores: nec .n. dubitant affirmare eos, qui uocem ad auium cantus similitudinem, arguta subtilitate flectunt, iure uideri debere leues, ac eos qui caprinũ, aut ouinum referant in loquendo sonũ, illarũ stolida conditione fingi: eodẽq; modo dicunt eos, quorũ sit mollis & acuta uox facile effoeminatos iudicari natura posse, siue eos qui uocẽ sono constanti, & ęquali grauitate fundant, animo existere solere magno, qualem Francisci Sfortiæ uocẽ fuisse dicunt. Quo circa cũ certa uocis uitia, uel ortu naturæ sata uel turbida animi affectione nata numerari possint, quæ sint uel agrestem insolentiam, uel animi labem iudicatura, intel-

Ferdinãdus Hispanorũ Rex.
Lodoui. Sfortia.
Alexander .vi.
Carolus Gallorũ Rex.
DE VOCE
Physionomia ex uoce
De uoce ad similitudinem auiũ
De uoce molli:
De uoce graui:
Frãcisc9 Sfortia

ligendum eſt / ita ea debere / aut phonaſci diſciplina corrigi / aut animi moderatione temperari / ut nihil ſint eiuſmodi ſignificatura mali . Idq; prudentius fieri in loquendo poteſt / quo uitia naturæ

Hercules Aeſteñ dux Ferrariæ:
Iulius Pōponius

ſuperantur prouiſa ratione diligentius / ut Herculē Aeſtenſem / & Iuliū Pomponium feciſſe ſcimus / quoꝝ alter cū eſſet natura bal/bus / ſic de linguę hęſitantia p̄ſſe leniterq; loquēdo limauit / ut nemo putaret ī cōgreſſu & domeſtico ſermōe dulcior / alter quoq; cū uehementer natura balbutiret / quadragintaq; prope annos docuiſſet Romæ / ſic linguæ uitium moderando fregit / ut non modo eius eſſet expeditus incorrupta antiquitate ſermo / ſed quædam etiam eius ineſſet canoræ locutioni uenus .

DE GESTV

De capite

Vocem autem geſtus ſubſequi in loquendo debet / in quo quidem cum in capite ſit uis regendi & intelligendi ſita / facile ſciri poteſt a / capite oriri debere geſtum : Etenim uidere licet eos / qui capitis magnitudine inuſitata conſtant / deſidia torpeſcere / naturaq; exiſtere ſolere rudes : & contra eos / qui exiguo capite inconſtantes tanq̃ muſtelę mouentur / leues & imprudentes iudicari naturæ notatione poſſe . Itaq; cum in omni geſtum genere maxime dominetur uultus / ſatis perſua-

De ſuperciliis

ſum eſſe debet / multa elici ex eo poſſe / quæ maxima ſint animi occulti ſigna : Ex quo iure phyſionomi dicunt abeſſe nō poſſe / ut qui ſupercilia ad naſi ortū inflectere iudicio & conſulto ſolent / quin ſint natura iudicādi leues / ac hi q altero ſublato / altero depreſſo ſupcilio

De oculis.
Q đ oculoꝝ iudicū eſt uerius
De diſpoſitione oculoꝝ
Ex colore .i.
Ex figura .2.

ſpectare uideantur / quin callidi / fallaces / uafri exiſtimari natura poſſint . Sed in hoc toto genere nihil eſt oculorum notatione uerius : ſiquidem oculi ſunt quaſi quædam corporis feneſtrę / quibus intrīſecus poteſt animi natura cerni : Ideoq; cum oculorum cōiectura congruit / cæterorum quoq; iudicium reſpondere poteſt : qui maxime ex colore / figura / deprauatione / obtutu / & motu iudicantur : Ex colore enim multum intereſſe putatur / utrum rutili / cæſii / fului / lutei / an gilui nominari poſſint / quorum uarietate diuerſi ſoleant animorum declarari motus : At ex figura quoq; multa poſſunt duci conſiderando ſigna / cum aut magnitudine / aut mediocritate / ſiue ea exigua natura conſtant / qua cal-

Ariſtoteles:
Aſca. Sfortia. C.
Ex đprauatiōe .3.

lidæ mentis ſignificantur aſtus : quo genere ut Ariſtotelem philoſophorum principem præſtitiſſe legimus / ſic nuper Aſcanium

senatorem uidimus oculis constare paruis. Ex deprauatione autẽ tum colligi abstrusi animi coniectura potest, cum lucini, peti, aut strabones iudicando notant᷑. Ex contuitu uero id elici potest cõparando signi, quod aut ex inmobili oculorũ coniectu, aut simulata hilaritate fiat: quorum altero in cæde cogitanda Maumethem Oto mannum, altera in dolo construendo Ioannem Galeatium Vicecomitem uti solitos, fuisse ferunt: At ex motu multiplex quoq; animi natura iudicatur, siquidem perspicuum esse debet, cũ cuiuspiam est ea in contuendo moderatio, qua oculi tum leniter remittuntur, tum exhilarantur lætius, tum modestius uerecundi fiunt, dubitari non posse, quin is sit iudicandus ingenio miti & natura moderata probus, qualè pueri genus oculorum lenissimi hominis Pici Mirandulę fuisse uidimus: At cum quorundam oculi mœsta natura languent, quales maxime Alexandri Cortesii fratris uideri poterant, facile tum iudicari licet, eos non modo ualere dicendo, sed etiam plura meditari solere altius, q̃ communi ponderantur sensu. Qđ si rursus quorundam oculi palpetrarum inconstantia moueri uideantur, q̃ conniuere sint naturæ pronitate soliti, satis tum potest coniecturæ nasci, eos aut alteri nocere uelle, aut maxime exquirere insidiandi locum, ut Ladislaum Neapolitanorum Regem facere solitũ fuisse dicunt, quem nullo tempore dicunt fuisse timendum & formidandum magis, q̃ quo cæpisset conniuere sæpe: In quo quidem quanq̃ multa erui notando possint, quæ sint mentis indicatura motus, intelligi tamen debet, ita animi uitia a quibusdam obstructa oculorum simulatione tegi, ut difficile detur internoscendi coniectura ueri: Quo in genere laudi est Cæsari Borgiæ hominum consensu datum, ꝙ sic ab eo essent oculi soliti ad omnem animi motum callida natura fingi, ut difficile iudicari posset, in utram essent propensuri partem. Ideq; est de nasi descriptione iudicandum, qui cum naturæ solertia sit ad odores iudicandos constitutus, tam odore suauitate condito solet delectari diu, q̃ olenticum aspernari genus. Itaq; cum in conuentu quidam, aut cum distorquent, aut edunt narium corrugatione ronchos, facere nullo modo possunt, quin uideantur, uel quem

Ex contuitu .4.

Maumethes Otomãnus.

IoãnesGaleatius Vicomes

Ex motu .5.

Picus Mirãdula

Alexander Cortesius

Ladislaus Rex Neapolitanoꝝ

Qđ multi dissimulant

Cæsar Borgia Valentinus

De nasi usu

piam, ludendo aspernari, uel fastidire solere stomachose, quo quid esse potest in auditorio munere aut in domestico sermone contemptius? quid odiosius, q̃ scire se tanq̃ olenticum quiddam in amici familiaritate respui? idq; eo acerbius esse solet, quo est qui aspernatur, in offendendo maior: Eademq; est labiorum describendorum ratio: nam cum aut ea deformius porriguntur, aut mouentur putidius, siue fastidiosa distortione deducũtur, nemini dubium esse debet, quin sint uel contemptus notam, uel insaniæ significatura malum: proptereaq; cum in domestico sermone quispiam aliquid in dicendo molitur, quod minus sit locutioni seruiturum suæ, dubitationem non habet, quin necesse sit, id aut a turbidarum pertubationum affectione, aut ab aliquo animi dimanare morbo, quod nondum sit, experiũdo & periclitando notum. Multumq; etiam eruitur ex humerorum, aut colli notatione signi siquidem apertum esse debet, eos qui humeros ceruice erecta tendunt, facile superbiæ uexari malo, ac eos qui humeros collo demisso contrahũt, natura blandiri solere adulando: Sed maxime est animi iudicium ex manuum notatione uerax, nam cum manus in homine sint omnium obeũdarum rerum instrumenta uitæ, perfacile iudicium est, uaria ex his elici posse mentis abstrusæ signa. Itaq; cum aut brachia porrigũtur insolentius, aut inusitatius mouentur, tum nihil odiosius in omni chironomia notari solet, q̃ quod nimis arguta digitorum motione fiat, cum scilicet, aut digiti in pollicem contrahũtur, & tũ inusitatius explicantur, tũ mouentur celerius, tum frequentius ad disputandum distinguũt: Ideoq; in comediis etiã uidemus notari solere eos, qui aut crebrius proiciãt manus, aut nimiis digitorum argutiis in agendo utantur. T. quidem Phedrus Volaterranus, homo qui in adolescentia celeriter ad absolutam ethologiam peruenire potuisset, nisi eum ad eloquentiam abstraxisset gloria expetita maior, cum Parilibus in Quirinali Plauti Poetæ Asinaria ageretur, in sũmis actorum laudibus, gestuũ tantum & manuum nimias argutias excepisse dicitur: Q đ si in rebus fictis homines uehementer argutiis offendũ-

Marginalia: De labiis — De uitiis mouentiũ labia — De humerorũ & colli descriptione: — De manibus: — De uitiis mouẽtiũ brachia & digitos. — .T. Phedrus Volaterranus. — Plautus.

tur his, quid facere in senatore debent, a quo est gestuum institutio & imitatio petenda uitæ: Atq; etiam multum incessus in iudicando dominatur, proptereaq; iudicia extrinseca, ab interiori procliuitate cientur: uidemus enim eos, qui impendenti formidine terrentur, inconstanter & furtim mouere solere gressus, ac contra eos, qui sunt acrius iracundia commoti, corpore toto perturbato ingredi, quæ quidem indicia naturæ, cum ab animi soleant procliuitate nasci, facile existimandum est, multo quandoq; cæteris uideri debere certiora. Nam Galeottus quidem Marsus homo uaria doctrina abundans, & qui nobis pueris Zopyrus Europæ dicebatur, cum ad eum esset deductus quidam oppidanus & libidinosus senex, quæsitumq; esset ex eo, quid nam ipse de illo sene iudicaret, cumq; diu in respondendo hesitasset, proptereaq; sæpe intuens nullam morum significationem ex eius notaret uultu, ex qua fieri animi coniectura posset, abire tandem hominem iussisse dicitur, digredientemq; insecutus repente exclamasse, effoeminatum & lasciuum esse senem, seq; illam hominis mollitiem ex incessu & corporis nouisse motu: Ex quo non sine causa uolunt, eos, qui imbecilla angustiq; animi tenuitate sint, festinata passuum breuitate ingredi, ac contra eos qui magnanimi uideantur, latiore ingressu incedere solere grauius: Eodemq; modo dicunt id genus hominum, quod corpus ambulando contrahat, callida esse natura rapax, at eos qui ingredi perturbata oculorum acie inconstantiq; corporis motione solent, summa esse solere immanitate truces, itaq; præclare Raphael Riarius senator ingenii splendore nitens, ac hominum naturæ explorandæ cupidus, cum in Theatro Pompei ex symmetriæ ratione magnificam metiretur domum, sæpe dicebat se icciirco auditorium uelle ædificare laxius, quo longiore interuallo adeuntium naturam ex motu corporis notare intuendo posset: Qđ si tamen quæri uideatur, quid sit in hoc genere sequendum potius, causam dubitandi non habet, quin magis in Senatore sit optanda in ingrediendo grauitas, q̄ celeritas in ambulando passuum, idq; maxime eo confir-

DE INCESSV

Physionomia incessus

Galeottus Marsus

De diuersitate incedentiũ

Raphael Riarius Car.tt.S.Geor. Sabinensis

Qđ Car. debent grauiter incedere.

Q͞d toga Card. cũ caudatario eſt inuenta ad grauitatem:

mari argumento poteſt, ꝙ ſenatoriam calyptram ita infra talos ad efiniri ſolere cernimus, ut minus ſine laciniario pedeſſiquo progredi uideantur poſſe, quo ſit ſenatoria tarditas in ambulando grauior :.

DE METAPHORIS IN SERMONE VTENDIS.

SED Commode etiam in hoc sermonis genus methaphorae cõiici possunt, quibus maxime hominũ natura delectatur. Nam cum homines ex sensilium rerum perceptione ad intelligentis naturę notionem peruenire soleant, intelligi debet, humanarum rerum actiones, scite simillimarum rerum imaginibus indicari posse: nihil est enim tam humanae naturae proprium, quam corporearum rerum simulachra ad hominum naturam referri, idque facile potest ex poetica ratione sciri, in qua cum saepe Arborum, Lapidum, Fulminum, Syderum, primordiorumque interponitur similitudo, maxime intelligimus hominum impelli & delectari mentem. Itaque cum similitudo ad rem quampiam traducitur, intelligendum est, eam posse ex multarum rerũ uarietate sumi. Ex artificiorum. n. genere capi similitudo solet, cum aliquid artificiosum rei illustrandę causa, ad paria per collationem refertur: ut si quempiam ostendere uolumus inconstanti esse uoluntate leuem, cum illius penniculi similem esse dicamus, quod in pyrgo codulorum conuersione libratũ ad omnem uentorum uertatur motũ. Huic quoque generi finitimum est illud, quo eadem ostenditur natura inconstantiae, ut siquis rursus leuitatis inconstantiaeque arguatur, eum dicemus haud ab ea naui abesse multum, quę sine clauo duci uideatur non quo uelit, sed quo sit maxime impulsa uento. Atque etiam multum est auditu iucundum, cum aliquo lusorio simulachro ita solet repręsentari mundus, ut nihil sit tam simile iudicandum magis, ut saepe Georgium Rhotomagensem Senatorem, quem supra nominauimus, affirmare solitũ esse ferũt, quẽ aiunt dicere, similem sibi hominum uideri uitam, & alueolum latruncularium eum, in quo inter se reges concertatorio dolo pugnant, & primo pedites in fronte opponuntur, quo praelium insidiando ineant eorumque oppositu Reges possint tanquam muri munitione tegi, & tũ equites quasi ex insidiis saltu transiliant, tum hos subsequantur hi, qui tanquam uelites conto directo currant, tumque hi in subsidiis & cer

Quare similitudines homines desiderant

SIMILITVDINES EX HIS REBus QVAE ARTE CONSTANT.

Similitudo ex leuitate .i.

Ex eadem leuitate. .2.

Ex ęqualitate hominum. .3.

Georgius Car.

nibus locentur / qui quasi grauis armaturæ / nunq̃ ab ordine soleant nisi prælio pene confecto digredi / quo ordine cum utrinq; circa Regem glomerentur densi / nihil aliud ludendo curent / nisi quo / modo ipsi inter se simulando & insidiando fallant / itaq; quandiu prælium durare uideatur / tam diu dicit hanc latam esse legem / ut ex his alii statuantur Reges / alii in famulatu uiuant / at confe / cto prelio idem Regum ac famulantium generi euenire dicit / ut scilicet promiscue omnes soleant in calculariam peram sine di / gnitatis exceptione condi / sæpeq; interdum euenire uideatur / ut famulantium genus in summum / & Reges in imum peræ detrudan tur / sic hominum uitam tanq̃ eiusmodi scruporum uideri debere lu dum / in qno quandiu sit hominum duratura uita / tandiu alios fa mulantes / alios statui consuesse Reges / at cum uita excessissent / ge neratim omnes in telluris detrudi bulgam / nihilq; prope inter famu / lantium fortunam & fatum interesse regum / nullumq; inter pusil / los / & magnos esse moriendo discrimen / cum perspicuum sit / sæ pe eorum alteros in coelum euolare / alteros in tartareum immigra / re locum. Arguta etiam similitudo putari debet / qua auara animi cupiditas nulli profutura ostenditur / ut si dicamus pecuniariam aua rorum arcam non multo secus q̃ stercorarium aceruum esse / qui ni / hil segeti profuturus sit / nisi eo agri conspersum iri uideatur: par prope est illa similitudinis nota / qua eadem solet auiditas significa ri tenax / ut Lodouicus Gallorum Rex / qui cum in conuentu mul ti de cuiusdam auara tenacitate quererentur / eum illius figulini Chrimatophylacii similem uideri dixit / ex quo nihil pecuniæ detrahi nisi eius fractione possit. Sed potest etiam id nimirum iudicari bel lum / cum quidam augentur honore fortunatius / q̃ eius uirtutis ra / tio postulare uideatur / si id affirmetur eorum utilitate fieri / qui eius imperii potestate subsint / ut si dicamus penulã nõ ob id supra seri / cum hypodytim indui / quo sit loco & dignitate præstantior / sed quo sit eam luti / aut aquę repulsura uim / qua hypodytis potest in quinatum iri / siue ob id infumibulum in domus fastigio statui so / lere princeps / non quo sit cæteris domus membris loci celebritate ornatius / sed quo fiat unum / e / multis atrum / locusq; sit unus cæ tera membra a / fumi nigrore tuendi: quocirca huic generi ea uici /

Ex auaritia .4.

Ex eadem auaritia. .5.

Lo. Gallo. Rex.

Ex antepositiõe indignioris .6.

Ex eadem antepositione .7.

na responsio uideri debet, qua demonstratur in Pontificatu man/dando nihil esse suffragiorum aura fallacius, nihilq; interdum incõsideratius iudicari tota comitiorum ratione posse, ut auorum memoria Ioannes Dominicus Florentinus Senator homo doctus & probus, qui glorianti Ioanni Pon. Max. se eum in Pontificatu adipiscendo superasse, minus mirum uideri debere respondit, cum apertum esset, perinde interdum in comitiorum ratione, ut in frumentaria area euenire consuesse, in qua cum triticum uentilabro iactatur, facile intelligatur, granum solere deorsum, stipulam autem sublime suapte leuitate ferri, nihiloq; dissimilius in hoc genere dici posset, ęque in comitiorum fluctu, ac in tempestate euenire maris, in qua celerius soleat ea pars nauis iactata mergi, quæ sit mercibus onusta, q̃ quæ sit onere detracto leuis. Sed illud maxime est ex hoc genere perelegans, quo homines articulo sciscitationis astricti ex respondendi angustiis aliqua similitudine liberantur, quod Bartholomęo Saliceto homini docto & lauto contigisse scimus, qui cũ esset Ascanii Sfortiæ Senatoris scriba, eiusq; nomine Mediolanũ ad Lodouicum fratrem legatus uenisset, ac pro eo q̃ esset urbana expolitione limatus, & prudentia litterata cautus, multum artificio se amborum dicta & facta laudasset, quęsisetq; ex eo Lodouicus, uter ei magis iudicio rerumq; tractatione præstare uideretur, idem aurum esse respondit dispari signo. Eodemq; modo cautum illud uideri potest & graue, ex quo fit futuræ coniectura rei, ut Oliuerius Carrapha lenissimus Senator & Italica grauitate prudens, qui cum interrogaretur, quid nam Alexandro Sexto euenturũ censeret, si cum Vrsinis hyemali bello dimicare uellet, perinde ei ut serræ euenturum dixit, quæ in altero secando conteratur, transfertur quoq; similitudo, cum eius solet prædicatio gloriosa repręhendi, q̃ se iactat in splendidi abũdantia fati, & in rerum foelicitate impudentius, ut siquis se in affluenti foelicitate glorietur fortunę cursum moderari solere sapienter, facile ei responderi possit, haud quaq̃ uideri debere mirandum, si minus extingui solet in coeli serenitate lumen, sed id esse iudicandum mirum, si tum lucere uideatur, cũ uentorum tempestate circunflatur. At si demonstrandum sit, iure homines contemni debere eos, qui cutetenus sint sine prudentię ra/

Ex eadem ante positione .8.
Io. Dominicus Florentinus. C. Ragusinus:
Ioannes. xxiii.
Ex eadem ante/positione .9.
Ex ęqualitate p̃/stantię. .10.
Bartholomeus Salicetus
Ascanius Sfor/tia Car.
Lodouicus Sfortia dux.
Ex periculi parte. .11.
Oliuerius Carrapha Ostieñ. Car. Neapoli.
Ex iactantia prudentiæ. .12.
Ex apparẽtia pulchritudinis .13.

tione formosi, ostendere liceat, eos non multum ab eo parietum genere distare, qui cũ interius sint cæmentitia structura rudes, extrinsecus tamen tectorio calcato luceat. Idem fere est morꝝ exprimendorꝝ modus, ut siquem morosum affirmetur, tam in secundarum solere q̃ in asperarum rerum fortuna queri, non sit demonstrare alienum, eum illius Essedi similem iri debere uisum, quod tam silicea orbita, q̃ uia puluerulenta stridet. Sed præclare etiam multa dicuntur, cum est maledicentissimorꝝ hominum genus exprimendũ, ut si quispiam uideat in maledicendo paulominus considerate loqui, iure dicatur eum non multum ab illo differre, a, quo minus sit ianitor ad eum ingressum constitutus, qua domus adiri potest, nec intelligit, a, quo uestibuli aditus occupetur, ab eodem etiam facile posse occupari domum, aut si affirmetur hominem maledicum ei oppido esse conferendum, quod sine mœnis sit in media hostium regione situm: nihiloq; segnius est ei litteratorum hominũ generi respondendũ, q quo argutius sapere uideant, nihil ratum habent, & nihil credendum esse putant, quod sit supra progredientem naturam constitutum, aut quod minus sit manu & contrectando notum, ut Bernardinus Caruagiallus Senator, qui cuidam litteratori admiranti, quomodo hominũ corpora essent in calce reuictura mundi, quid mirum inquit, si uitriarios cernimus ex quodam herbarum cinere conflare uitrum, ex quo fieri simulachra soleant, a, deo arbitrari posse, rursus ex cineribus hominum corpora agglutinatum & exsuscitatum iri: quin etiam siquis est in rerum asperitate consolandus, iure dicendum sit, eum tanq̃ quoddam esse debere ferrum, quod fiat tundendo maius. At ex humanorum morum motu uaria similitudinum genera ducuntur, ut si dicat̃ libidinẽ comprimi debere continentia, affirmare sit comparando licitum, nullam hostium urbem ita munitam reperiri, quę minus fame domari possit, nec, ullum tam feruidum inueniri ignẽ qui minus sit urere lignorum ademptione desiturus, ex quo genere est etiam illud, in quo tenacium auarorꝝq; hominũ describunt̃ mores, cũ probat̃ nihil inter auaros & eos interesse, qui aquæ uoraginibus obruantur, & aliquid manu retineant, quod secum demergi q̃ relinquere auferenti malint: Sed ualde est etiam ingeniosa si-

Ex morositate. .14.

Ex incautione maledicorꝝ .15.

Ex eadem incautione .16.

Ex incredulitate admirantiũ .17.

Bernardinꝰ Caruagiallus Car. .S.Crucis.

Ex cõsolatiõe.18.

SIMILITVDINES EX MORIBVS ET ACTIONIBVS HVMANIS.

Ex cõtinẽtia .19.

Ex eadem continentia .20.

Ex auaritia .21.

Ex dãno litterarꝝ humãitatis .22.

militudo, qua patet, aliquo puxillo antegrediente impediri solere maius, ut Lodouicus Tessira macherophorus Lusitanus eques qui sæpe dicit, ꝗque cuidam philosophari cupientium generi in po litiori litteraꝝ elegantia prægustanda euenire, ac ei accidere solet, qui citrum prandendo ientat, quo ita rigescant dentes, ut minus po stea ei facultas gallinaci capi edendi sit: nec est ab eo genere dispar, cū ostendendum est, puellaꝝ familiaritatem esse fugiendam ne uten do exurãt, neue homini ut culici euenire uideatur, qui eatenus cir ca lumen circumferri soleat, quoad adherescendo exuratur, idemqꝫ fere est, si anus est libidinosa demostranda cuiusmodi sit, cū affirmatur, eam consectari in amando lignum, quod quo sit tem poris diuturnitate siccius, eo celerius ardere uideatur. Atqꝫ multa etiam grauia ex hisdem locis ornandi, admonendiqꝫ causa ducũtur, uelut si dicendum sit, homines in senectute, rerum doctrina flagra re appetentius, studiumqꝫ urgere celerius, his affirmetur iure con ferri posse, qui cum thesaurum fodiendo quærant, quo eum pro pius esse credant, eo solent in eruendo properare festinantius: Sed ut similitudo ad discendi, sic ad moriendi quoqꝫ appetitionem tran sferri potest, idqꝫ fiet, si dicamus quosdam senes corporis tanq̃ pon deris grauitate fractos, qui se a uitiis in uita seuocarint, iamqꝫ uiuendi stipendia confecerint, perinde ad excessum festinare uitæ, ut qui ponderum pressu se si uelociter ad eum contendunt locum, in quo onera deponenda sint, cum perspicuum sit, naturę corpora eo celerius moueri, quo propius sunt motus finem habitura, & cessa tionem adeptura suam: Sed sępe etiam collatio eius rei demostrã dę causa sumit̃, quę his fieri nullo modo posse iudicatur, q cū in lit terulaꝝ sterilitate uersent̃, maximeqꝫ cõciñoꝝ uerboꝝ inanissimaꝝqꝫ occupent̃ enarratione fabellaꝝ, in reꝝ tamen sũt doctrina rudiores, eoꝝqꝫ mẽs est ĩ intelligẽdo crassior, quo methaphorę genere est Mar cus Senogalliensis Senator in Cõpitalitiũ Pedotribẽ usus, cui affir manti fieri non posse, ut idem tartareus ignis improbos dissimili flamma exusturus sit, ut scilicet pro criminum mulcta dicatur, alios ardentius flagratum, alios leuiter ustulantum iri, quid mirum est inquit te ita audere affirmare, cum non intelligas etiam, eodem solis ardore dissimiliter calere solere plures, nec cernas, ut id in so

Lodouicus Tessira Portugal lensis

Ex damno consuetudinis mulieꝝ. .23.

Ex natura uetulaꝝ .24.

Ex cupiditate discendi. .25.

Ex cupiditate moriendi .26.

Ex inscitia quę rentiũ .27.

Marcus Saonen̄ Car. Senogal. n̄ .tt. S Mariæ in transti..

lis calore ex corporum diffimili natura accidat, ita id in tartareo igni excriminum uarietate euenturum, ut scilicet pro iure delicto-rum, alii ardentius, alii lenius exurendi sint. Genus est etiam perelegans & graue, cum significatur quosdam uerbo q̃ re probos uideri malle, quale illud Pandulphi Petrucii Senensis fuit, qui id genus, eorum claudorum hominum similitudine descripsit, qui cũ multitudini transeunti iter ostendant, nunq̃ ipsi sint eandem in-gressuri uiam. Sed haud scio an quicq̃ sit in audiendo gratius q̃ ostendere quosdam sensilium rerum auaritia malle animi q̃ corporis adire damnum, uelut idem Lodouicus Gallorum Rex, qui ex eiusmodi genere quempiam non multo secus q̃ eũ agricolam facere solere dixit, q siliceũ iter ingressus, calceos in sinu gerat, minutaq; auaritia pedes q̃ calceos terere eundo malit: Atq; hisdem etiam ex locis collatio arguta dicitur, qua seculi & ętatis potest significari mos, ex quo genere est illud, quo Franciscum Soterinum Sena-torem usum in respondendo ferunt qui cuidam roganti, quid de huius seculi facultate in eloquendo putaret, huius ętatis seculũ eru-ditum magis in iudicando, q̃ in eloquendo desertum sibi uideri re-spondit, ad eiusq; mulieris dixit similitudinem transferri posse, quę quanq̃ facile concipiat ad gignendũ semen, minus tamen ede-re partum possit, proptereaq; in utero abortiri naturę imbecillitate soleat. At si quandoq; causa incidit, ut sit consuetudinis natura de-monstrandum, ita quorundam animis esse quippiam inueterata pra-uitate satum, ut ab eo possint nulla medicina diuelli, percõmode cadit, ut id methaphoricos describi queat, uelut si furem quem-piam dicamus, rursus alteri detraxisse nũmos, facile fateamur, haud id uideri debere permirum, cum perspicuũ sit, corporis membra in eo loco rursus facilius solere frangi, in quo sępe luxata sint, ac rur-sus lignum cerni ardere celerius, quod sep ius sit accendendo usũ, faciliusq; rursus homines in id morbi incidere consuesse genus, quo sępe contabuisse uideãtur. Eademq; ratione possunt multę simili-tudinũ notę ex uolucrũ & piscium natura duci, quo exemplo intelli-gatur, quomodo sit hominũ uita degenda: Quemadmodũ. A. M. Beccharia municeps meus Ticinas qui cũ a, nescioquo affir-maret, propter pręstantem abundantiam fortunę minus animi sen-

Ex apparẽtia uerborum. .28.

Pandulphus Petrucius.

Ex incuria animę. .29.

Lo. Gallorum Rex.

Ex iudicio seculi præsentis. 30.

Frãciscus Soderinus basilicæ .xii. Apl'orum. C. Vulterrañ.

Ex uitio inueterato. .31.

SIMILITVDINES EX AVIVM ET PISCIũ NATVRA

Ex abũdãtia foelicitatis .32.

Augustinus Maria Beccharia Papiensis:

tiri uulnus, cum dixit Balenæ similem uisũ iri, quę propter adipis magnitudinem usq; dum non sentiat teli uulnerantis ictũ, nisi quo ad interius cutis transfixa sit, aut si assentantium genus dicat, non multũ ab eorũ pisciũ distare natura, qui ob id laticem cũ odoris effusio ne spirent, quo cęteros odoris suauitate pellectos atq; in eorũ hian tia ora innatantes blandiendo conficiant, improuidiq; generis ue scant escã: mirifice quoq; potest probari illud, quo demonstrari solet hominum natura tenacium, ut Maximilianus Cæsar qui cum in conuentu rogaretur, quid ei hominum generi euenire solere cense ret, qui maxime uideãtur auaritię uexari morbo, respondisse dicitur eos sibi his hyperboreis similes uideri Grypis, qui uehementer cũ hominum genere pro gemmarum custodia pugnant, ne qua eorũ ia ctura detrahendo fiat, cum tamen ex his ad eos nulla utilitas redũ datura sit, sic homines cum maxime sunt in retinendo auari, eas tueri solere opes, ex quibus nihil sit ad eos boni peruenturum, sed sæpe eas obuenturas his, qui maxime sint eas in uoluptatum profu suri coenum. Valde est etiam utile putandum, cum similitudine aliqua ostenditur, hominum genus, quo est uita temperata continẽ tius, eo uiuere solere diutius, quemadmodum si dicamus ob id uul turi uitam datam esse longiorem, proptereaq; sit uenerię cupiditatis expers, pullosq; sine libidinis uoluptate gignat, cum intelligi Ari stotele auctore liceat, Passerum genus, quod sit suapte natura sa lacius, triennium non transire uita, quandoquidem uenus intempe rata sit animantium naturæ carnifex, & corporis humani mors. Idem q; fere dici potest, cum solet id genus hominum expendi cõ parando, qui sine mentis lumine sunt affluenti fortuna dites, ut cũ Alexander Farnesius latinorũ atticissimus Senator, nonnullis quę rentibus, quid esset de quodam hebetiore fortunato iudicandum, eum dixit illi perdicum generi comparandum esse, quod in uolan do sit tam carnis affluentia, q̃ pennarum egestate socors, nec lon ge queat, a, terra uolando ferri: ex quo etiam est illud, quo de claratur facilius eos demonis euerriculo irretitum iri, qui in curarũ urbanarum impeditione uersantur, q̃ qui quotidie occupantur inda gatione naturæ & rerũ cognitione superarũ, uelut si quispiam affir met, id genus auiũ facilius rete solere capi, quod proxime, a, ter

Ex adulatiõe .33.
Ex auaritia .34.
Maximiliãus Imperator.
Ex cõtinẽtia .35.
Ex luxuria .36.
Ex foelicitate in docta .37.
Alexander farnesius Dia. Car. S Eustachii
Ex occupatione rerũ sensibiliũ .38.
Ex animi uitio pmanente .39.

ra q̃ quod longinquo uolatu abest. Facile interdum quoq; in hoc genus coniici potest illud similitudinis cognatione par, quod homini urbano Agapeto Gerardino in mentem respondendo uenit, nã cum quispiam ex eo quæsisset, quid nam causæ esse posset, cur plura in se q̃in cæteros caderent turbidarum cogitationum mala, quoniam inquit maior muscarum multitudo ad pustulosos, q̃ ad ualentes aduolare solet: huic autem generi contrarium est id, quo res ui, non magnitudine ponderari cernitur, quemadmodum si inopem quempiam affirmetur ui acuta præstare mentis, iure concedatur eũ Alieti oculo esse in spectando similem, qui quanq̃ sit pusilla natura contractior, pręter cæteras tamen uolucres cernere dicatur longius constantiusq; consuescere aduersum intueri solem: Itaq; non sine causa huic generi est adiungenda collatio, qua ostenditur homines mentis præstantia, non corporis robore esse aut proceritate magnos ut Ioannes Iacobus Triultius homo prudentia excellens & scientissimus bellicarum re℞, qui cum rogaretur, quid de Nicolao Picinino Imperatore iudicandum putaret, eum dixit cum illo accipitrum genere esse conferendum, quod plus acuminis & animi esset q̃ corporei roboris in pugnando nactum. Sed quid tam urbanum uideri potest, q̃ cum uolumus demonstrare quempiam, qui ut fuit in adoloscentiæ flore probus, sic contra modo sit ætate confirmata nequam, eum dicere, milui ritum imitari uelle, qui cum primo uitę tempore sit in aucupando rapax, ita postea degener ętate progrediente fiat, ut fere sępe pugnandi metu soleat inedia desidiosa mori? quid tam simile, q̃ affirmare homines simulata probitate tectos, ad Cycnorum naturam accedere solere prope, in quibus quanq̃ extrinsecus pluma sit marmore iudicanda candidior, interius tamen caro uideri atrior carbone possit? Quid tam proprium q̃ splendidum regum potentissimorum fatum, beatamq; fortunatorũ uitam confirmare pauoni iure conferri posse, qui tam diu caudę decore lętetur, quandiu non soleat pedes intueri suos, quibus terram uiuendo contingat, quæ una maxime sit uitæ humanæ constituta calx. At si demonstrandum est, quempiam ita esse ingenii celeritate promptum, ut facile appositus eodem tempore sit ad munia plura obeũda, recte idẽ confirmari queat, quod est, a. M. Antonio Columna de Ferdinando Gundisaluo summo Imperatore dictum

Agapetus Gerardinus
Ex ui uirtutis. 40
Ex uirtute animi. 41.
Io. Iacobus Triultius
Nicolaus Picininus
Ex natura deprauante. 42.
Ex simulatione. 43.
Ex admonitione finis. 44.
Ex promptitudine ingenii. 45.

qui cum in uario rerum bellorumq; genere obeundo Galli affirma- uit repręsentare usum, qui ex duobus oculis alterũ in terram deii- ciat ad capessendum pastum, alterum in coelum ad Miluum uitan- dum tollat. Sed ex quo singulorum similitudo comparando ducit- ex eodem etiam collatio potest ad uniuersorum transferri genus. Quemadum homo ingeniosus & acutus Bernardinus Aluianus Pontifex Nucerinus, qui quęrentibus quibusdam cur in urbe po- tius q̃ alibi purpurati dicerentur inueniri meliores, quoniam inquit his ut piscium generi euenire consueuit, quod quanto in uastiori uersetur sinu, tanto feratur reperiri melius. Eodemq; modo ex terrestriũ animantium natura similitudinũ ducunt loci, ut cum cęde ditur quoddam esse genus hominũ suapte natura seruituti natum, quod dominationis imperiiq; mutatione lętet, uelut Franciscus Gõ- zaga, q cũ Gallico bello Neapolim ad Ferdinandũ minorem ue- nisset, ac belli administrandi causa Cassinũ, Campaniã, Sãniũq; peragrasset, quo adeundo exploraret, quatenus eius generis homini bus esset in fide seruanda credendũ, cũq; eũ Ferdinandus rogaret, ut diceret, quid nam ipse de illorũ populorũ naturę procliuitate iudi- candũ censeret, respondisse dicitur, se illos Arabię Camelis simi- les esse iudicare, q genua ad onera suscipienda sũmittant: Par quoq; est iudicanda collatio, qua demõstrat quosdam, cũ acriter inter se imperii causa dilatandi pugnant, sæpeq; prę pugnę ardore id certã do deserant, pro quo sit bellũ susceptũ primo, maxime solere imi tari Canes, q cũ uehementer inter se pro panis frusto pugnando cer tent, sæpe ei relinquant edendũ frustũ, q amborũ discordia tranqui lus in neutrã uideat proclinare partem: nec multo secus confirma- re licet perinde hominũ ut Canũ esse in lacerando morẽ, q eũ q sit semel fugiendo morsus, certatim omnes mordere cõsuescãt: sic ho mines eũ q semel ex imperii fortuna cõcidat, certatim omnes lędere solere morsu: multũq; etiã iucũditatis habet, cũ aliquod animi uitiũ fit comparando notũ, uelut Ioãnes Medices Senator, qui cũ quẽ dam gnatonem aspexisset callide se uelle in eius amicitiam insinua- re simulantem, quo aliquid crearet adulando damni eũ dixit Scor- pioni debere iudicari parem, qui quanq̃ ante blandiendo repat, re tro tamen cauda obliqua ferit, in eiusmodiq; esse hominum ge- nere spectandum non quomodo eorũ uerba soleant melle uideri lita-

M. Anotonius Colunna

Ferdinandus Cõ saluus

Ex magnitudine .46.

Bernardinus de Aluiano Eps Nucerinus

SIMILI. EX NATVRA ANIMANTIVM TERRESTRIũ

Ex natura morũ .xxxxvii

Franciscus Gonzaga Marchio Mantuanus

Ferdinandus .ii.

Ex iracundiæ ardore .xlviii.

Ex laceratiõe uulgi .il.

Ex adulatiõe .6o

Ioannes Medices Dia. Car. S. Marię in Donica

Ex inuidia .51.
Petrus Car. Reginus tt. S. Ciriaci in Termis.
Ex ignorãtia 52.
Ex doctrina uoluptaria. 53.
Io. Frãciscus Comes Mirandulanus Pici nepos.
Ex igenioꝝ .54.
Sigismũdus Fulginas Iulii.ii. secretarius
Ex detractione occulta. 55.
Iacobus Sannazarus Neapolitanus.
Ex tarditate emẽdantis se .56.
Ex deliberatione ignorantiũ .57.

sed quorsũ tandem eruptura sint: quod idem dissimili in genere est ex Petro Regino Senatore de inuido conuitiatore auditum, cum eum in alterius fortuna affirmauit sirenem imitari uelle, quę maxime canere in tempestate soleat, & in coeli serenitate angi. Atq; illa quoq; sunt in hoc genere laudanda, quibus probatur hominũ genus sine doctrina esse iudicandum mancum, quemadmodum si eos homines Satyris similes esse demõstremus, qui quanq̃ figura humana constent, prudentia tamen & ratione carent: ob eamq; causam aptius est homo gentilicia doctrina florens Ioannes Franciscus Mirandula similitudinem ad aliud deducendo partitus, qui homines litteratos uoluptati deditos ab eoꝝ dixit hippocentauroꝝ natura distare propius, qui cum bicipiti constent natura corporis, eius pars una humana, altera ferina sit. Atq; etiam tum est cõcinna collatio, qua exprimitur diuersa ingeniorũ uis, ut Sigismundus Fulginas homo oratoria facultate prestans, qui cum quæsitum esset ex eo, quid inter Angelum Politianum & Georgium Merulam litteratissimos Italorum interesse putaret respondisse dicitur, eorum alterum non multo ac Chamæleontem facere uideri secus, qui eum colorem reddat imitando, quem adherescendo contingat, ab altero teredinis repręsentari morsum, quæ quanq̃ sit in progrediendo lenta, durum tamen lignum terendi assiduitate rodat. Sed ex his id tempestiua commoditate cadit, cum ostenditur clam & occulte criminatum genus, uelut Accius Syncerus poeta, qui eum dixit, qui alterum conuitio clandestino rodit, anguis similem iure nominari posse, qui clam tacitoq; ingressu obrepat ad morsum. At cum de eo dicendũ est, cuius omnis ętas liberior in uiuendo fuit, iamq; ob animi morsum in extrema senectute sit morbo deferuefacto castior, fateri conuenit, nihil aliud eum q̃ repręsentare uideri Talpam quæ semper sit præpterq̃ in læto comniuere solita, intelligiq; datur, sero tum homines exordiri uitam, cum maxime est ex ea discedendum, faciliusq; esse recte in orsu gradi, q̃ a calce inchoare cursum. Sed nihil est in hoc genere prudentius q̃ aliquo similitudinis genere eorum pugnacissimam refellere inscitiam, qui nihil credere uolunt, quo minus sub eorum cognitionem cadat, quodq; minus iri possit a sensuum compręhensione perceptum, ut

Dominicus Grimannus Senator tam Philosophię q̃ Theologię robore neruosus, qui quęrenti cuidam ieiuno litteratori, quomodo post iuris dicundi diem, futurum uideatur, ut corpora hominum igni exusta minus peritura sint, quomodo inquit fieri potest, ut Salamandra in ignis ardore uiuat, in igneq; sit cineris & mortis expers. Q̃d si inquit id fieri cernitur progredientis naturę ui, num censendum est, id minus fieri deo ulciscente & imperante posse: quo sit sontium corpora ęternus exusturus ignis: mouent illa quoq;, quibus declaratur auaritię nullum finem crescendi dari, uelut Albertus Pius elegantium lenissimus, qui homini seni nunq̃ cupere aua ra auiditate desinenti, idem dixit ei euenturum, quod accidere cocodrilo uiuenti solet, qui quandiu uiuat, tamdiu perenni accretione crescat. Sed genus est etiam Senatoriis sermonibus accommodatum, quo sæpe Populorum exprimentur mores, quod Emanuelem Lusitanorum Regem tum dicere solere ferunt, cum in mentionem Populoꝝ incidat Gallorum, qui maxime pro Regis incolumitate decertant, eos non multum ab anguim differre natura, qui reliquo corpore neglecto semper pro capite tuendo pugnant, quasi omnis in capite sit uitæ constituta uis. At si quempiam uolumus demonstrare inconstantem, id fieri poterit, si perinde in iudicii ratione ei, ut hyęnę in uita euenire dicamus, quæ maxime naturam mutare feratur, ut scilicet alternis annis foemina sit, alternis possit iudicari mas. Verum ex coelestium inferiorumq; rerum natura, similitudo ornandi causa traducitur, ex quo genere est ea similitudo iudicandi, qua excellentium hominum doctrina ponderatur, quod usu Vincentio Quirino homini in Philosophia pręstanti ex comparatione uenit. Nam cum Ascanius Senator, homo qui magis litteras seponere q̃ ignorare uideret, ex eo arguta percontatione sciscitaretur, num perinde .D. Thomam, ut cæteros obscurum in reꝝ difficilium explicatiõe iudicaret, respondisse fertur, cum sibi uideri proxime accedere ad aeriæ naturæ modum, quæ quo subtilior, eo clarior & lucidior natura existat: at si affirmandum sit, auaritiæ malo doctrinæ lumen impediri, demonstrandum erit, auaritiam cum umbra esse conferendam.

Dominicus Grimannus .tt.S. Marci Car.

Ex infinitate auaritię .58.

Albertus Pius Carpensis

Ex natura quorũdã pp̃loꝝ .59

Emanuel Rex Portugallesiũ

Ex incõstãtia .60

SIMILITVDINES EX NATVRA COELESTIVM RERVM.

Ex iudicio doctrinę .61.

Vincẽtius Quirinus Venetus

Ascanius Sfortia Car.

.S.Thomas

Ex auaritia impediente doctrinam .62.

Ex ignorãtia causatiua casus.63

Ex iustit' ę ęquali tate. .64.
Raphael Ria, rius Sabinensis .tt.S. Georgii
Ex uita commu ni. .65.
Ferdinēdus Hi spanoꝝ Rex.
Ex leuitate for, tunæ .66.
Marcellus secre tarius Po. Flo.
Ex imbecillitate uitę .67.
Ex natura glo, riæ .68.

qua proprie cernatur solis impediri lumen : aut si inscitiam eam esse probetur, quæ sit homini causa labendi, similitudo erit transfe renda noctis, quæ oculoꝝ aspectum eundo tollat. Sed illud est graue putandum ualde, quo significatur rata iustitię in dispertien, do mensio, quale est Raphaelis Riarii ingeniosi Senatoris illud iudicandum, qui cum quidam ex eo quæsisset, quid de Iulio Se, cundo in iustitia tuenda iudicaret, eum dixit tanq̃ terræ posse uideri globum, qui auctore Aristotele in media mundi parte locatus, pon deribus quoque libratus suis, ita sit immutabili constantia ad permanendū constitutus, ut nec possit pondere deorsū, nec sursum leuitate ferri, at si quando aliquo simulachro est communis hominum uita expri menda, facile id commemorari potest, quod sępe Ferdinandum Hi spanoꝝ Regē dixisse ferunt, qui quęrenti ex eo cuidam Gabalifero equiti Hispano qualis tandem ei hominum uideretur uita, qualis in qt maris natura uideri potest, quę motu & procella sit fortu taꝝ pe riculosissimarumque tempestatum capax, maximeque sit hymbrium, nu bium, caliginum, & nebulaꝝ altrix, quoꝝ alterum ad fortuitaꝝ hu, manarum rerum & belloꝝ motum, alterum ad hominum ignora, tionem & errorem pertinere potest, quibus malis ęgrotat humana inuoluta uita : quocirca præclare tam etiam similitudo transfertur, cū explicādo patet, nihil esse prosperaꝝ reꝝ uolubilitate leuius, ni hilque fati splēdore sordidius. ex quo genere est hominis modesti tāque Gręcis q̃ litteris latinis docti Marcelli Senatus Florentini a, secre tis cōsiderata collatio, q sępe dicit reꝝ prosperrimaꝝ statū recte so lere cōparari fumo, nam quemadmodū affirmat fumi esse propriū, ut celeriter ascendendo consumatur, & oculis suapte naturæ cras, situdine officiat, ac domum soleat reddere fumando atram, ita dicit secundarum reꝝ statum celeriter disiectum iri, mentisque lumi ni obesse, ac inquinare solere corpus, quod animi domicilium con, stitutum sit. Inuertitur etiam similitudo in quod est collibitum reꝝ genus, quemadmodū si dicamus umbrę hominū uitā cōparari, prop tereaque perinde uitā, ut umbra soleat corporis motiōe mutari, & cō tra affirmemus gloriā, umbrę modū imitādo asseq, proptereaque umbra maxime sit fugax cōsectātiū, & fugientiū sequax : ac multū quoque respōsio acuta putat', qua aliqua nota d̄clarat', ita quosdā turbi

daꝝ perturbationum uacare solere motu, ut nulla affectione possint opinata quati, quod hominem prudentia & doctrina praestantem Cosmum Patium Pontificem Florentinũ dixisse ferunt, qui quęrenti cuidam, quid esset de Oliuerii Carraphae Senatoris moderatione iudicandũ, cum dixit tanq̃ Olympum uideri montem, qui propter altitudinem sit, fulminũ, uētoꝝ, inferioꝝq; tempestatũ expers: simileq; potest iudicari illud, quod his messoriis feriis est a Seuero Placentino in Cortesiano dictũ, nam cum in conuetu in Petri Soterini Florentini dictatoris mentionem incidisset, maximeq; probaret́ omnibus eius in animi affectione temperanda uirtus, perinde eũ in prosperaꝝ reꝝ ambitione moderāda, ut mare putari debere dixit, quod nulla externaꝝ aquaꝝ accessione redundet, nec fines suos natura intemperata transeat: aut siquis affirmet quempiā sũma uitae integritate frugi, qui tamen temporis causa prauoꝝ familiaritate utatur, idem ei quod luci euenire dicat, quę nihil per sordes arripiat transeundo coeni: Sed saepe orit́ ex comparatione lepor, cũ similitudine demōstraẗ, obtrectantiũ linguam minus nocere uirtuti posse: uelut . T . Phedrus Volaterranus orator, cũ ei qdam dixisset, nonnullos eũ obtrectare iudicando, ęque maledicos conuitiatores ad famam suam ac candelas ad parietis tectoriũ appendi solere respondit, quibus quanq̃ fiat paries fumando ater, nihil tamen ex muri structura exuratur. Atq; ex his ea apte & ingeniose cadũt, quę parem collationem habent, quemadmodum Ioannes Lascaris homo doctus & disertus, qui quęrenti ex eo Lodouico Galloꝝ Regi, quę facilior homini esset ad pecuniam quęrendam uia, hominum diuitias similes uideri dixit & montes Hyperboreos eos, qui quanq̃ gemmaꝝ multitudine abundent, multa tamen siluaꝝ pestiferaꝝq; belluaꝝ genera contineant, quae homines a detrahendo arcent, sic hominum opes in media mundi contineri silua, in qua aduersantium nocentiumq; hominum multitudo uersetur, q caeteros a diuitiarum genere possidendo depellant, malitiaꝝq; uerricula iactent, quibus reliqui sint opes amissuri suas, quo in genere repentinus foeneratoꝝ quaestus, institoꝝ fraus, potentium rapinę & iudicum corruptelae numerentur, itaq; nullos habituros facilem opum parandaꝝ modum, nisi eos qui hoꝝ sint dolosam rapiendi

Cosmus Patius Archieps Flo.
Oliuerius Carrapha Ostieñ. C. Neapolitañ.
Ex carentia ambitionis .70.
Seuerus Placentinus.
Petrus Soderinus Vexillifer ppli Florentini
Ex stabilitate uirtutis: .71.
Ex maledicentię parui pensione .72.
T. Phedrus Volaterranus
Ex difficili diuitiaꝝ partu .73.
Ioānes Lascaris
Lo. Gallo. Rex.

Ex fallacia aspectus. .74.
Thomas Soderinus

secuturi uiam: Sed tum etiam est iucunda collatio, cum similitudine significatur, quosdam tacita quadam corporis figura uideri graues, qui reperiantur experiundo leues, quale illud fuit Thomę Soderini hominis tam ingenii lumine q̃ doctrinæ uarietate compti, qui cum aliquando esset, cum leuissimo quodam homine collocutus qui tamen grauis primo oculorum aspectu uideretur, interrogatusq; esset a, quodam, quid nam ipse de illo homine iudicaret, non multum eum distare a, pumicis natura dixit, qui non nisi pondere ex cæterorum lapidum genere possit similitudine distincta nosci: quin etiam aliquid quandoq; potest aspergi in hac dicendi ratione salis, cum animi uitia, alterius disiunctæ naturæ ritu excusantur, ut auorum memoria Antonius Arelatensis Senator homo in stultitiæ opinione uafer, qui cũ esset ex eo quęsitũ, cur quotidie fieret senescẽdo asperior, quoniã homines inquit, ut mella senescẽdo acescunt, sed tũ etiam est urbanũ & uenustũ id, cũ declaratur ingenia interdum acui solere exagitata sanius, quemadmodum Bernardũ Auricellariũ hominem disertũ & in Synchronica historia scribenda prudentem, tum dixisse ferunt, cum ex eo Angelus Politianus quæsiset, quale nam ei post palinodiam Pici Mirandulæ ingeniũ esse uideretur, qualis inquit mihi eorum acies uideri solet qui subtilius lippitudine sanata cernunt. Sed potest etiam probari recte quosdam diu ingenio lento progredi, qui postea tarditatem properando corrigant, idq; eo exemplo probari potest, quo ostenditur in agro occato semen, quo cernitur frigore retardari lentius, eo postea solere uberiores afferre fruges.

Ex excusatione uitii .75.
Antonius Arelatensis Car.

Ex purgatione .76.
Bernardus Rucellarius.
Angelus Politianus.
Picus Mirandula.

DE EROGATIONE PECVNIARVM QVAE SVPERSVNT.

S ED Cum iam satis a nobis sit rei familiaris definita moderatio, deinceps est de ea pecunia dicendum, quæ ex cultus uictusque necessitate redundat: nam cum optio pecuniæ bene & peruerse utendæ detur, necesse est in primis, ut de liberalitate, de magnificentia, & donatione, quam Græci elemosynam uocant, statuendum sit: quorum maxime interest scientia in pecuniæ utendæ ratione uti: Etenim uidemus principatum, si sit futurus cæteris natura prior, ad similitudinem accedere eam debere rerum, quæ fieri in natura cernantur, atqui cum nihil in natura feriatum esse uideamus, satis erit intelligi, nihil quoque in uitæ degendæ ratione debere esse ociosum: Cum autem sit paruo hominum natura contenta, quandoquidem perpauca uni sint ad magnifice, etiam uiuendum satis, perfacile iudicium est, opum genera, quæ uni supersint nisi ad aliorum statuantur commoda, iure uideri debere ociosa: Itaque cum promerendi pecuniæque dispertiendæ modus, ad hæc tria uirtutum genera pertineat, primum erit de liberalitate dicendum, quę in pecuniæ utendæ ratione turbidas perturbationes instruit scientia dandi: quocirca permagni senatoris interest uidere, ut in beneficio collocando necessitudinũ distinguantur gradus: in quo quidem sciẽdũ est eam societatem in hominũ genere uideri debere arctiorẽ a, qua nequeamus natura diuelli: cũ sit & ortu prior, & naturæ cõiũctione solidior: Quod si collatio in hac beneficiorum ratione fiat, cuinam sit ex hominũ genere dandũ magis, nemini dubiũ esse potest, quin plus parenti quam cæteris tribuendũ sit: cum nostri sit princeps initium ortus, nullũque eo cernatur Dei simulacrum in hominum natura similius: quo magis Dominicus Grimannus senator laudari prudentium consensu solet, quod ita semper ab eo sit paternæ pietati in senatoria dignitate seruitum, ut nullo modo uideatur,

De liberalitate.
De magnificẽtia
De elemosyna

Quod diuitiæ sũt ociosæ nisi dispensent ad ista tria.

Quod in dando attendendus est gradus coniunctionis

Quod dandũ est parentibus .i.

Dominicus Grimannus tt. S. Marci Car.

Q đ dandũ est cognatis secũ, dũ uirtutẽ .2.

uelle paternis muneribus in gratia referenda uinci : Eademq; ratione est seligendus reliquus propinquitatis nexus, nam ut in natura uidemus igneum motum in propinquiora solere diffundi, sic gratiam & uirtutem dicimus naturæ debere consectari ritum : cum autem beneficii collocandi ratio, quædam amoris actio in alios existat perspicuũ esse potest, eo propensiores in suos esse debere Senatores, quo arctius cognationis obstringuntur nexu : Sed cum uaria propinquorum genera esse uideamus, intelligendum quidem est, quomodo quisq; sit minus magisue colendus, quidue debeat in uirtutis collatione secerni : nec enim dubitationem habet, quin necesse fateri sit, in Pontificia dignitate adipiscenda, plus esse alieno erudito, q̃ rudi fratri a, Senatore tribuendum, quandoquidem apertum sit, Pontificium munus magnarum niti disciplina rerum, quæ maxime in Pontificatus candidato spectari debeat : ut si auorũ memoria quæreretur, utrum, a, Gregorio interrege esset Antonius nepos, an Dominicus Florentinus in senatum legendus potius, dubitari non deberet, quin ab eo esset Dominicus renunciandus prior, qui maxime uirtute præstaret, rerumq; antecelleret doctrina longe : Quare iure fuit auorum memoria Bonifatius Octauus in hoc genere damnandus, qui quanq̃ homo esset natura moderatus & lenis, sic tamen amans suorum ferebatur, ut studiosior omnino in rudium cognatorum multitudine locupletanda uideretur, q̃ æquitas pontificia postularet : quod postea a, multis esse factitatum legimus, a, quibus nunq̃ sit quacunq; conditione cognatos locupletare desitum : At quanto cautius & grauius Benedictus Aquitanus in locupletandis suis iri uolebat excusatum : Nam cum homo esset natura & doctrina constans, præclareq; esset inscitiæ suorum gnarus, admoneretur nonnunq̃ ut fit, a, senatoribus, ut cæterorum more, cognatorum genus locupletare uellet, ne esset iudicio aut constantiæ defuturus suæ, sæpe palam dictitabat Pontificem Maximum in complexu generis humani, nullo priuatim obstringi debere nexu, idq; homo grauis & sapiens dicebat, non tam ut communis naturæ uideretur repudiare sensum, q̃ ut admoneret cæteros, ut in cognatorum amplificanda fortuna, considerato largitionis genere uterentur, intelligerentq;

Q đ anteponendi sũt uirtuosi cognatis non uirtuosis:

Gregorius .xii.
Io. Dominicus Car. Ragusinus
Bonifatius .viii.

Benedictus .xii.

homines simulac summum essent adepti generis humani gradum, priuatim desinere debere suis, nisi quatenus uirtutis ratio postularet. Ideoq; ea maxime liberalitas legitima uideri potest, quae Theologorum generi debetur iure, proptereaq; in eo scientiae genere uersetur, quod sit caeteris uirtute materiaeq; dignitate prius: siquidem caeterarum scientiarum uarietas a rata progredientis rationis luce dimanat, quae facile decipi suapte natura potest, at uero Theologia quae libatu diuino instructa, a consignata patefactione prodit, errare nullo modo potest, ob eamq; causam affirmamus eam praestare dignitate caeteris, cum ea rerum genera persequatur, quae sunt supra rationis progredientem constituta modum: quis.n. est tam a communi hominum natura auersus: qui cum .D. Thomae, aut Ioannis Scoti legat de diuina disciplina libros, non se plurimum eorum incredibili sempiternaeq; uirtuti debere sentiat: aut non intelligat tantum Alberto, Alexandro, Gregorio, Egidio, caeterorumq; praestantium Theologorum generi tribui debere laudis, quantum cuiq; unq; sit, hominum generi doctrinae ratione datum: Atq; etiam multum est ei philosophorum generi tribuendum, qui operam curamq; in ea disciplina ponunt, quae maxime sit iudicium perfectura ueri, siquidem perspicuum esse potest, eos iure ab hominum genere offitii repetere debere fructum, qui earum ducantur contemplatione rerum, quae ab omnibus expeti natura solet, atqui cum ueri indagatio ab omnibus natura expetatur, cum omnibus, ut ait Aristoteles insita sit auiditas exquirendi ueri, perfacile concedi potest, hoc philosophorum genus semper a senatore fieri debere magni: quotus enim reperiri potest tanto ingenii torpore quisquam, qui unq; se putet Aristoteli debere desiturum, cum eius de coelo legat, aut de anima, siue de rerum natura libros: aut non intelligat, ita ad omnem memoriam eius disciplinae uicturum opus, ut sit ara futura morum & pictura naturae: Sed huic quoq; sunt generi finitimi putandi hi, qui in earum liberalium artium cognitione uersantur, quae maxime ad priuatum referuntur finem, nam quae specie utilitatis fallaciq; delectatione ingenium a fine detorquent, minoris sunt a senatore faciendae, est enim earum cognitio operosa tenuitas & inanis umbra doctrinae, qua etas solet in itineris peruersitate te-

Quod dandum est Theologis .4.

.S.Thomas:
Io.Scotus

Albertus Mag.
Alexander de Alex
Gregorius de Arimino
Egidius Romanus:

Quod dandum est Philosophis.5.
Primo methaph Aristoteles.

Quod dandum est his qui profitentur artes liberales .6.

ri : At multo magis censemus senatores in eos uisum iri debere li/berales / quos eloquentiæ maxime cernunt præstare laude : siqui/dem eo est huic hominum generi fauendum magis / quo oratoriũ munus difficilius & rarius iudicari potest / nam si cæteraꝝ artium repetantur studia / facile in promptu esse poterit / plures semper in omni scientiaꝝ genere / q̃ in eloquentiæ facultate præstitisse / ra/roq; dicendo floruisse multos : nec enim facile quenq̃ apud Ro/manos tot seculis in tanta hominum excellentium copia / præpter unum . M . Tullium reperire licet / cuius oratione consideratissi/morum hominum cumulate impleãť aures : eodemq; modo apud Græcos de uno aut de altero iudicari potest / idq; eo incredibi/lius uideri debet / quo maior hominũ numerus curam in dicendi facultate ponit . Quis est enim hodie paulo in aliqua doctrina eruditior / qui non sibi aliqd quotidie scriptitandũ putet / aut non credat se multũ scribendo laudis habiturũ : an censemus hodie non decemmiliũ litteratorũ hominũ in Europa reperiri genus / qui tantum dant scriptioni accuratæ temporis / quantũ ex nego/ciorum & uitæ necessitate redundat : at quot sanorum hominum iudicio probari possunt : quot in nominis celebritate uersantur / aut quibus deniq; debetur benedicendi laus : ex quo præclare histo/ricus disertus Sigismundus Fulginas dicere sæpe solet / multos perinde scire de eloquentia / ut de picturæ ratione iudicare / per/paucos autem ornate eloqui / aut pingere solere perite / cum quod spectatu facile iudicanti uideať / nihil sit tẽtanti / aut periclitanti difficilius . Nec item multo est poetarum genus a / senatore iuuan/dum secus : quis enim modo adeo est ad musarum studia exco/lenda durus / qui aut Baptistæ Mantuani Partheni/cem / aut Accii sinceri geneologiam humanam legat / qui minus præmio / utrunq; ornandum & iuuandum putet : eodemq; mo/do est amicorũ generi referenda gratia / in quo consentaneũ sit / prestãtioris uirtutis expendi debere modum / quæ necessitudo est/ in familiaritate constantior / idq; preclare animaduerti potest / cum reflante fortuna potestas fidei experiundæ datur : quod Cesarem Borgiam hominem munificum / & egregie audacem imperatorem dixisse ferunt / tum cum esset in custodia palatina detentus / nullos

Q đ dandũ est eloquẽtibus .7

Q đ eloquentes semp in omni etate fuerunt pauci

.M.Tullius

Q đ hodie sũt decemmilia ho minũ q cosectãť eloquẽtiã

Sigismũdus Fulginas secretarius secretus Iulii Secũdi

Q đ dandũ est poetis .8.

Baptista Carmelitanus:

Iacobus Sannazarus.

Q đ dandũ est amicis uirtuosis & doctis .9.

Cæsar Borgia Valentinus

fideliores amicos cognouisse q̃ eos in quos beneficia propter uirtutẽ contulisset, quod quidem omnibus faciendum puto. Quid enim ego si mihi pateret altius ascendendi iter, ex familiarum numero Hermodoro .B. Capellę, Scipioni Carteromacho, Hieremio Cusatro, Petro Grauinæ, Hieronymo Florentino, Cornelio Benigno, Fabio Spoletino, Guerino Camerti, Alexandro Neapolitano, Augusto Patauino, .M. Margato, aut cęterorum litteratorum hominũ generi, nõ cõferre deberẽ: qui tanũ uel poetica laude, aut eloquentiæ studio, siue Gręca disciplina pręstant: Quid ex his qui mihi sunt scriptis tantũ aut nominis celebritate noti: uel Erasmo Batauo, uel Aldo Romano tribuendum esse non censerem: cum alter tantum excellat doctrina rerum, alterum tam fuerit necessarium, q̃ imprimendi technã in Re pu. Christiana nasci: Atq; etiam multum pecunię dispertiendæ modum ad magnificentiam pertinere scimus, cuius maxime interest ad operis magnitudinem consenteneos dimetiri sumptus, quæ quidem communis est senatoriæ dignitatis uirtus: quandoquidem egentibus, ut pręclare ait Aristoteles nulla facultas magnificentiæ utendæ detur: Sed cum magnificentia maxime in templorum fanorumq; exornandorum cura uersetur, intelligendum est, ea esse fana a senatore excolenda & statuenda prius, quæ ei sint tutelari legitimoq; patrocinii iure commissa, quæ ob eam causam a Marcello Pontifice Maximo tributim in urbe fuisse descripta feruntur quo senatores non modo lustrandorum hominum curam, sed etiã excruciatorum susciperent compitalitiæ libitinæ munus: quo magis hi admoneri possunt qui in quotidiano aspectu populi Romani in mundicię oculis eiusmodi religiosissima fana sinunt euersum & constitutum iri: itaq; iure necesse esse dicimus, ut .S.C. Pontifice Maximo referente fiat, quo senatorio ordini iubeatur, uti hęc tutelaria fana eorumq; bustuaria, eulogica ratione resecranda, & reconcinnanda curent, cumq; in his diuorum exuuiæ abstrusæ sepultęq; ferantur, uti dent operam, ut ab edituum flaminumq; genere diuorum penatium sacra anniuersaria, & quotidiana fiant, quo propensius eorum precatio in coeli patrocinio sit humanę suffragatura uitę, eisq; curę sit, uti p̃ pfectos penetralios lararia & sacella pateãt quo

Hermodorꝰ Spoletinus
.B. Capella Ro.
Scipio Forteguerra Pistoriẽ
Hiere. Cusatrus
Hieronymus Florentinus
Petrus Grauina
Cornelius Benignus
Alexãder Nea.
Guerinꝰ Camers
Augu. Patauinꝰ
.M. Margato
Erasmꝰ Batauus
Aldus Romãus

DE MAGNIFICENTIA

Officium magnifici.
Aristoteles.
Q̃d magnificencia sit cẽ circa diuina & circa publica
Q̃d Ca. debẽt reficere .tt. suos .i.
Quare sũt inuẽti .tt.
Marcellus Papa
Q̃d tt. Car. debẽt refici propter reliquias sãctorum & martyrum

exurialibus piacularibusq; diebus, aduenarum transalpinarumq; gentiũ multitudini facultas diuos salutandi, aut cũ thensis supplicandi detur, eaq; sint & ad præsentium usum, & ad memoriam sempiternam, fana salutis. Ideoq; iure in hoc genere Oliuerius Carrapha & Raphael Riarius senatores laudari possunt, q ab eorum altero uidemus taurino fano aureum adiectum esse lacunar, ab altero in Pompei Theatro cernimus sistiloca ratione tutelare instauratum fanũ: Quin etiam intelligendum est, ad sũmam senatoriç magnificentię pertinere partem, uti ab his calamitosorum quoq; hominum ualitudinaria urbana fiant: quorum quidem quadruplex genus uocari potest unum, quod Xenodochiũ: alterum, quod Elephantinũ: tertiũ, quod Brephotrophium: quartum, quod Nosocomion nominatur: Xenodochiũ n. est, ad quod aduenę diuertere ualentes solent, in quo tridu m hospitibus triclinium tantum & anacliterium cum toralibus & lodice amphimallo datur: Elephantinum uero est, quod ad eorum ęgrotantium est factum & constitutum genus, qui eiusmodi solent elephantiæ uexari morbo: At Brephotrophium potest nominari id, in quo exposititios infantes ali & educari consuesse cernimus, quale illud Senense, aut ea domus Florentiæ uideri potest, quę proxime est ad templũ Salutatę constituta deæ: In qua quotidie septingentium homogalacticorum infantium genus esse ferunt, quod usq; eo ali gratuita benignitate solent, quoad fiat ętate ascendente pubes. Nosocomion autem est, quod ad eorum opem statui & ędificari solet, qui tetra diuturnaq; ęgrotatione languent, quale rursus id Florentię constitutum esse cernimus, quod Deæ matri est legataria donatione dedicatum: in quo tantum semper ęgrorum esse dicunt, ut quotidie quinos armillos gallinacei pulpamenti tusi cõsumi in languentium ęgrotatione ferant. Quocirca iure senatores admoneri debent, quorum maxime interest, uel opem fere egentibus uel fouere iuuando languefactos, uti sibi singulatim, aptis & accomodatis urbis locis, eiusmodi ualitudinaria locanda & construenda putent, quæ non modo generatim quibusq; notationibus assignentur suis, sed etiam ad quotidianam adeuntiũ frequentiam, & secularium annorum colluionẽ facta esse uideantur: idq; genus eo iustius laudari poterit, quo erit aut suppellectilis ualitudinariæ ratione cultius,

Oliuerius Carrapha Car. Neapolitãus Ostiẽ.

Raphael Riari9 Car. tt. S. Georgii Sabinensis

S. Laurent extra muros

Q đ Car. debent facere hospitalia in urbe .2.

Q đ hospitalia diuidũt quadrupliciter.

Hospitale Senense.

Hospitale Florentinũ Innocentiũ:

Hospitale Flor. S. Marię nouę

Q đ Car. debent facerẽ i urbe hospitalia secũdũ nationes suas

Q đ hospi. debẽt seruire multitudini in ãno Iubilei

aut medendi ordine & sanandi cura præstantius, nec. n. dubitare potest, quin id maxime ualitudinarium cæteris præstare debere ui, deatur, in quo non modo Clinicorum, Pharmaceuticorum, Empiricorum, Auricularior, Intestinariorum, Infibularium, Hirnicariorum, Sauciariorum, & id hominum numeretur genus, sed etiam ita ęgrotantibus uotiui, aut mercenarii ministratores assint, ac ita ab his ad ęgrorum custodiam, per ęquas aduigiletur uices, ut nulla extra ephemeridē mathematicam, aut præter nocturnorum casuū sciscitationem medicina dedatur: quo quid potest esse in hominū societate maius? quid dulcius hominum generi q̃ gratuita medicina sanari? aut quid rursus in erumnarum angore iucūdius, q̃ eo se scire deuenire ęgrotantem, quo intelligat nulla sibi pręsidia defutura uitæ: Similiq; prope in genere ea magnificentia numerari potest, qua fieri ei hominum generi benigne solet, qui his religionū initiantur sacris, quibus incotubernio & uoluntaria mendicitate uiuūt quiq; perinde opes in uiuendo respuūt, ac qui sibi in itinere manticas & onera abiciundo demunt, quo liberiores in eundo & peragrādo sint: Itaq; cum hi non modo in omni doctrina, sed multū etiā in concionatorio munere uersentur, quibus maxime rebus homines soleant ad animorum incolumitātē a criminū reuocari tale, facile apparet hoc genus hominū eo fieri debere a senatore pluris, quo cęteris subtilius religione litterata præstat: Nam si omnes philosophorū repetantur greges, quæ Latinorum, aut Gręcorum sapientium multitudo, cum horum numero & copia comparari potest? Quod si utilitas quęratur, quid tam utile, q̃ intelligentię caliginem scientiæ luce depelli, quid tam propriū homini, q̃ uel peruersę repugnantium obsistere inficiationi posse, uel se a prolapsione continere cadentem? aut quid tam necessariū, q̃ ab aliis inuenta solerter, ab aliis explicari solere enodatius, uel fieri addendo, aut mutando meliora? quo in genere quis hominū numerus est inuentus unq̃ atratorum aut cæsiorum multitudine erudita maior? quæ copia unq̃ aut plura scripsit in ocio, aut uberiora excogitauit inquirendo? Age uero quid in hominum societate concionatorio munere utilius? quid uel in regendis animis hominū uel a prauitate deducendis, siue ad probitatem cohortandis, acrius reperiri potest? ob eamq; causam, qs

De ordine seruādo in hospitalibus

Quod Car. debent facere monasteria fratrū mendicantiū.

Quod fratres mendicantes laudātur propter uitam scientiam, & prędicationē

Quod fratres superarūt scientia omnes sectas philosophorum

De utilitate sciētiæ fratrum

De utilitate prædicationis.

.S. Benardinus Senensis

auorum memoria, uel in inflāmandis animis hominū, aut ī seditiōibus sedandis flagrantior Benardino senense fuit: qui sic humanę in columitatis conseruandæ cupiditate ferebatur, ut quacūq; ueniret, uel

.F.Ioānes de Capistrano

homines dicendo a flagitiorum peruersitate reuocaret, uel inter se solet placare diffidentes: quid Ioannem Capistranū hominem uita seuera præstantem, quantū Rei pu. Christianæ profuisse censemus tū, cū ex Taurina arce in mediam præliantiū aciem penulatus irrupit, ardentemq; uictoria hostem execrando fugauit: quid

.F.Rubertus de Licio

Robertū Licium, quo nemo patrū memoria est abundantior in dicendo iudicatus, quo uocis sono, quo flumine uerborum, aut qua affluentia rerum animos hominū mouere solitū fuisse credimus, cui ex concione discendenti Populū Romanū religionis, eulabiaeq; causa

.F.Marianus de Ghinazano

penulam discidisse ferant, matronasq; semper esse cū cū odoribus & & floribus quacunq; persecutas: iam uero quid Marianus Ghinazanensis, homo in sermonis concinnitate cultus, non ne nobis pueris Populum Senensem intestina seditione flagrantem, ita deprecatione, uoce, dolore, ui, ad fletum dicendo deduxit, ac ita

.F.Hieronymus Sauonarola Ferrariensis

languefecit excitatum, ut extincta odiorum flamma inter se complecteretur: At si uerum quęrimus quid nuper Hieronymo Ferrariensi in dicendo neruosius, aut in persuadendo uehementius reperiri potuit: qui cū esset progressus fatidica ambitione longius, non ne satis declarauit se perficere probitatis specie & uēdibili sermone posse,

.F.Egidins Viterbensis

uel ut eruditi dedoceri uiderentur, uel ut facile irretirentur rudes, aut minus uerum secernere a falsi captione possent: quid item modo de Egidio Viterbense dicam: qui unus inter multos uideri potest ad Italorum ingenia flectenda & mitiganda natus, cuius sermo ita litteratioris elegantiæ sale conditur, ut in sūma uerborum cōcinnitate omnis adsit sententiarum succus, ac ita suauiter & numerose fluit, ut in uocis uarietate & flexu plectri similes exaudiantur soni: Ex quo

Q ꝺ Car debent ędificare monasteria mendicātium propter numerum crescentem:

intelligi debet, cum sapienter hoc genus hominū, uitæ fortunæq; splendore careat, cūq; in cōtuberniis inter se concordissimo iudicio, unis moribus, & ęquali germanitate uiuat, ac templa religionem, concordiam, bona fortunasq; omniū docendo & concionādo tueātur, prudētiū ītересse Senatorum domicilia eorum ędificāda & faciēda curare, quæ sint ad profanorum commodū, ad sodaliū usum, reli

giosissime uirtutis contubernia & fana mansura: Idq; sibi esse fa-ciundũ putare debere diligentius, quo quotidie magis ex lustris & censu eorum numerorum percrebescere cernunt, & quo plane bene ntelligunt, quo in dies initiantur plures, eo inter se iuuari magis ad absolutionis usum, uel in uitantium exemplo, uel doctrinæ co gnitione nouæ, ut in musicis uidemus melius, a, pluribus q̃ a, pau cioribus canendi solere conseruari modum. Sed multum etiam in Senatore magnificentia laudatur illa, quæ est ad bene de multis promerendum apta, quandoquidem perspicuum sit munera publi-ca proxime ad altitudinem diuinarum accedere consuesse rerum. Itaq; cum uaria magnificentiæ genera nominantur, quæ sint publicum paritura bonum, tum maxime illa laudari solent, in quibus nume-rantur Bibliothecæ, publica auditoria discentium, & contubernaliũ studiosorum domus: Quo circa in Bibliothecis ornandis ex maioribus magna est Cosmo Medici, & Nicolao Quinto tributa laus, quod idem postea honori Matthiæ Pannoni, & Federico Vr-binati fuit: Sed multo nuper splendidius & lautius a, Laurentio Medice, & a, Ioanne Aragone Senatore librorum est exculta su-pellex: quorum alter latitanti ũ peruestigãdorum causa, homini doctissimo Ioanni Lascari negocium Græciæ Asiæq; peragrandæ dedit: al-ter etiam ita appetens librorum excolendorum fuit, ut sena milia annua librariis sumptibus expensa tulisse dicatur: ex quo apertum esse po test, eo Senatores in eius modi librorum copia comparanda uersari debere diligentius, quo proprior est his generis humani mandata cu ra: Magne enim laudi Senatori datur, cum est omnibus explo-ratum palam, tantũ eũ domi librorum habere conquisitum, quãtũ sit ad publicam utilitatem satis, eamq; copiam non esse in uida te-nacitate clausam, sed cuiusq; generis hominũ utilitati patere sem-per, in clarissimaq; Italiæ uersari luce, quæ sit uel opitulatrix egentiũ uel inuitatrix blanda locupletum: eodem pro modo ea magnificen-tia probari debet, quę in publici auditorii ędificandi ratione uersatur, cum in eo presertim & descriptio artificiosa ad hibetur, & diligens cura laxitatis, quale id modo Romæ ex Iudeorum uectigalibus ędi ficari cernimus, quod antea ita ad discentium conuentum & mul-titudinem anguste extructum esse uidebamus, ut ad quẽdam op-

DE MAGNI-FICENTIA

Quæ sit esse cir ca bonũ publi-cum

Q đ Car. debent facere Biblio-thecas.

Cosmus Medices

Nicolaus. v.

Matthias Rex Hungariæ

Fed. dux Vrbini

Laurẽtius Med.

Io. Car. Aragõia

Io. Lascaris Grę cus

Q đ Car. debent facerẽ Bibliothe cam in domo q̃ pateat omnibus

De studio publi-co.

pidanum usum non ad urbis magnitudinem & frequentiam uidere tur factum : Ego quidem Iulium Pomponium hominem uitę no uitate notum, sæpe audiebam puer, cum ex Quirinali ad Calliciniũ in ludum uenticare soleret, ac nõnunq̃ præ multitudine eoꝝ qui partim ad fores assisterent, partim in loco certo considerent in ludũ ueni e nullo modo posset, Aediles Pręfectosq; Silicarios execrari solere uehementer, q̃ Populi Romani ac nationũ gentiũq; omnium Auditorium in Theatro orbis terraꝝ, angustum & sordidum extare uelle uiderentur, quo esset fractę romanæ uirtutis, & imperii amissi signum : Sed multo quoq; utiliores domus illę uideri possunt, quæ decerni quorundam descriptoꝝ studiosoꝝ sodalitati solent, quibus usq; dum conceditur circunscriptus habitandi usus quoad sint extimum doctrinę consecuti gradũ, qui maxime sit index præstantiæ & iustus adeptę disciplinæ honos, qualis maxime ea in urbe uideri potest, quam a magno homine Dominico Capranico Senatore in gentilicia domo constitutam ferunt : Quamobrem ita prorsus censendum est, cum in eam urbem, cui cęterę propter uirtutem parent, omnium gentium concursus ex tota Europa fiat, cũq; iure aduentantium adolescentium egestati obuiam eundũ sit, ne eoꝝ debilitetur & frangatur uirtus, aut ab animi inductione auocet, e Re pu. Christ. atq; e Senatus sapientis dignitate uideri, uti Senatores eiusmodi sodalitioꝝ genus, separatim urbis statutis locis, omnium gentium nationibus, faciendum & ędificandum curent, quod extet ad publicam orbis terræ utilitatem domus gratuita discentium, & palestra doctrinę. Sed in omni beneficentiæ genere multũ est ea laudanda donatio, quæ maxime ad misericordiæ ratonẽ pertinere putatur. Etenim cum misericordia sit, ex erumna aliena dolor, qua homines ad bene de egentibus promerendum excitantur, nõ alienum est ut de eo hominum genere dicatur, in quos eiusmodi miseratio benigna cadit : Quare intelligẽdum est, eos in primis hac teneriori animi moueri parte, qui impendentia & futura solent præmeditari mala, eaq; euenire posse arbitrari, quo in genere senes, & doctrinę magnitudine præstantes numerari possunt, quoꝝ alteri diuturnis casibus & experiundo nouerunt, quantum sit in afflictoꝝ calamitate mali : alteri perite ratio-

Iulius Põponius

Q đ Car. debent construere domos sapientiæ.

Dominicus Capranicus Car. Firmanus.

Q đ Car. debent facere domos sapiẽtię secũdũ nationes suas.

DE ELEMOSYNA.

Quid sit misericordia:

Qui sunt misericordes

Q đ misericordes sũt senes

Q đ misericordes sũt docti:

nis percursione cogitant, quodcunq; alteri accidisse sciant, facile si bi euenire posse: eodemq; modo misericordia adducunt hi, quibus est, aut senum parentum imbecillitas, aut infantia fouenda liberorum uerentibus ne ea quæ in altero luctuosa cernunt, in suos quandoq; eruptura sint, neue alteri natura occidentes ad aduersæ fortunæ reseruent ictum, alteri primo lucis usu primoq; augurio fati, afflicta calamitate premantur. Atq; etiam hi eiusmodi moueri affectione solent, qui alterum uersari in ea fortunæ acerbitate cernũt, in qua diu se fuisse intelligunt, in alienisq; erumnis, casus reminiscuntur suos: Idemq; prope est humanitatis sensus, cum his male euenire scimus, quibus sit aliqua adipiscendæ gloriæ desponsa laus: ut nuper Ferdinandũ minorem uidimus iuuenem uitrea fortuna lucentem, in ipso inchoatæ gloriæ cursu repentina tempestate fractũ: At miseratio in his maxima oriri cernitur, qui inter se ętatis, morum aut dignitatis societate coniũgunt ut præclare cernere licet, queq; similium sui erumna luctuosa angi: Nec enim nuper aliquos uidimus magis clarissimi hominis Lodouici Sfortię acerba calamitate moueri q̃ qui essent in altitudine & fortunę potestate cõstituti: etenim cernebamus eos in intimum illius afflictæ fortunæ influere solere sensum, metiriq; coniectura subtilius, quo moerore tale ingeniũ, quo nullum sit locupletius in Europa iudicatum, in tam adulta potentia, in tam splendida fortuna, in tantoq; consilii & iudicii robore a mundi sit flore diuulsus, quod qdem multo a cæterorũ hominum genere considerat minus: Atq; hoc idem facile his euenire scimus, qui inter se sunt eiusdem linguæ, aut generis societate nexi: ut nuper his Gallis militibus accidere uidimus: q in urbem Lyriana clade aduentarunt, nam cũ de uia grauiq; essent militia hiberna fracti, passimq; in sterquiliniis solerent Populo Romano inspectante mori, ac eodem exitii genere occasuri prope uiderent omnes ex tanto humanissimorũ hominũ cætu, a nullo sũt amantius q̃ a Gallorũ genere foti, a nulloq; plus opis est eorum miserrimæ calamitati latũ: Quocirca ad misericordiam homines his maxime solent impelli & moueri rebus, quæ uel a labefactantiũ rerum natura, uel a fortuita inuectione manant, ex quarum altera numerãtur, afflictatio, senectus, ęgrotatio, & inopia astricta uictus, quæ

Qđ misericordes sũt q̃ hnt patres senes

Qđ miser. sũt q̃ hnt filios paruos

Qđ miser. sũt q̃ uidẽt alios esse ĩ ea calamitate, ĩ qua ipsi fuerũt

Qđ homĩes sũt misericordes erga eũ, de quo bene sperat

Rex Ferdinandus secũdus

Qđ miser. sũt inter se q̃ sũt eiusdem ętatis moris, aut dignitatis

Lodouicus Sfor.

Qđ homines sunt misericordes inter se, q̃ sunt eiusdem linguę

Clades ad Garigianum:

Quæ res sunt quæ inducunt ad misericordiam.

ſunt hominum generi, uel interitum allatura feſtinum, uel ærum, nam datura ſempiternam: ex altera uero ducuntur direptiones, uexationes, calamitates, exilia, fugæ, & quæ eius generis nominari poſſunt: quarum rerum uarietate maxime ſolet hominum moueri genus: At uero contra hi de miſericordiæ deducuntur laude, qui confidentia manſuri fati, fortunæq; abundantia freti, nihil ſibi poſſe putant euenire mali: quiq; ſupra naturæ ſuæ modũ elati inaniſſimo ſuperbiæ uento tument, in eoq; prope genere numerantur, qui aut ſuapte naturæ diritate cupidi lædendi ſunt, libenterq; ſolent hominum cruciatu & uexatione paſci, aut qui in ulciſcendi libidine & in inflãmata uerſantur ira, nec ab ea deduci rationis admonitione poſſunt: Quin etiam his eſt maxime ademptus miſericordiæ & humanitatis ſenſus, qui tantarum præmuntur acerbitate rerum, ut nihil ſibi plus aduerſi accidere opinentur poſſe, & præ miſeriarum conſuetudine, præq; præſentis calamitatis ſenſu, minus poſſunt alienos acerbos meditari caſus: Sed cum omnis actio ad eam ſit uirtutem referenda, quæ eiuſdem eſt actionis excitatrix, cumq; opitulandi motio a miſericordiæ ratione dimanet, facile concedendum eſt, dandi rationem maxime proprium eſſe miſerendi actum, cum autem donatio ſit duplex, una quæ ad corporis, altera quæ ad animi rationem pertineat, de ea eſt maxime donatione dicendum, quæ ad corpus pertinere uideatur: Nam q̃q̃ ea donatio, quæ animi ratione continetur, eo præſtantior uideri poſſit, quo eſt corpore nobilior iudicanda mens, tamen cum modo ſit de pecuniarum redundantium erogatione differendum, ſatis perſuaſum eſſe debet, aptius hoc loco de ea donatione dici, quæ maxime ſit corporis ſpectatura partem, quãdoquidem multo ſit ſuapte natura difficilior, & communi naturæ ſenſu percipiatur magis: nec enim poteſt abeſſe longe, quin apertum ſit, ex hominum genere reperiri ſolere plures, qui recipere q̃ dare in hominum ſocietate malint: quin etiam multis iure licet negare ſe id dare cum excuſatione poſſe, quod minus ſint in fortuita partitione nacti: at quis animi munera ſe largiri nequire dicat? nam ſiquis ſe inſcitiæ conſcientia affirmet docendi, aut conſulendi ſuſcipere nequire munus, quis ſe iniuriæ

Qui ſũt ĩ miſer.
Q đ ĩm ſe.ſũt q̃ hnt fiduciã bonę fortunæ:
Q đ ſupbi ſunt ĩmiſericordes.
Q đ ĩmiſer. ſũt cupidi offẽdẽdi
Q đ ĩmiſer. ſũt irati:
Q đ ĩmiſer. ſũt q̃ ſũt in magna calamitate
Q đ elemoſyna eſt actus miſer.
Q đ miſericordia eſt duplex:
Q đ Car. debent dare bona corporalia.
Quare Car. debẽt dare bona corporalia
Quar̃ homines inuiti & coacti dant bona corporalia.

ultionē remittere, uel pro altero deprecari, aut consolari moerentem, siue facinorosos negabit obiurgare posse: at uero donatio quę corporis ratione continetur, multo est iudicanda difficilior, proptereaq́ homines fere sæpe externarum rerum commoda, ita sibi atexta esse opinentur, ut siquid diuellatur ex contextu largiendo, uehementer soleant tanq̄ membrorum a corpore secretione angi: ob eam iccirco causam, quid uis esse putant perpeti ingeneris humani auiditate satius, q̄ pecuniā a continuitate uelli: & quanq̄ necesse interdum uideatur esse pecuniam, tanq̄ quoddam membrum a cæterorum coagmentatione seiungi, quoquo tamen modo possunt ab eius secretione refugiunt, nequid sit de continuitate diminutum sua: ex quo fieri uidemus, ut fere sæpe hominum genus ad opitulandi procliuitatem sit suapte natura tardius: Nam municeps quidam meus Ticinas homo ad quæstum auara subtilitate solers, sed egregie officiosus scriba, cum nullo loco calamitosorum hominum egestati desit, sæpe affirmare solet, libenter se amicorum egentiumq́ causa peregrinationes & itinera longinqua suscepturum nulloq́ labori parciturum uitæ, dummodo nequid ex suo soluendum, aut erogandum sit: Sed cum de dandi ordine in opitulando quæritur, minus est dubitare fas, quin secerni largiendo debeat, quatenus cuiq́ tribuendum sit, nam cum sit hominum genus in petendo duplex, unum eorum, quibus est iure occurrendum primo, quale Pontificum minorum & id hominum numeratur genus, qui concionatoria disciplina præstant, alterum eorum, quibus nisi aliquid feratur opis, fame pereundum sit, nemini dubium esse potest, si eorum alterum sit fama peruulgata notum, quin sit adiuuandum benigna donatione largius: at si uerendum sit, nequid in eorum insit obstructa simulatione doli, qualis potest eorum iudicari fraus, qui amictu eos diui Antonii flamines imitari uolunt, qui in quæstuaria peregrinatione uiuunt, facile intellectu sit, minus his suppeditari oportere sumptum, cum satis apertum sit, in his homines præcauere debere diligentius, quę sint periculum paritura maius, sed cum exploratum sit, multum sæpe damni ex eorū simulata probitate gigni, ut facile in his cernere licet, qui fallendi studio solent suppositiis pontificiis ep̄lis, aut adul

Q đ omnes possūt dare aliqua bona spiritualia:

Q đ homines nō dant bona corporalia propter diuisionem cōtinui

Quaŕ homines refugiūt quantū possūt dare elemosynam corporalem

DE ORDINE DANDI ELEMOSYNAm

Quomō dandū est Ep̄is petentibus.

Quomō dandū est prædicatoribus petentibus

De his q imitanť in petendo fratres.S.Antonii

De his q portant indulgentias & bullas falsas

terinis diplomatibus concionandi uti, satis debet iudicii esse cauti curare prouidendo, ne eiusmodi hominum generi tribuatur quid, quod cæteris obfuturum sit: At cum eorum alterum ea precando petit, quæ sint eorum alitura uitam, rursus etiam intelligi secernendo debet, utrum hi qui aliquid petunt rogando, sint eo uitam alituri, an ad libidinem abusuri suam: in quo quidem sciendum est, eos excipi debere primos, qui cum corporis ualitudine robusta præstent, pecunia abutuntur data: quales possunt uideri hi, qui in uestibulo uaticano petunt rogando stypem, eaq; extra palatinum pomerium, aut chartacea alea, aut tesseris in fritillo ludunt: Ac ne his quidem dari debere dicunt, qui aliquo morbi genere uexari uideantur, de industria uel cruribus bubulum inducunt iecur, uel allio contuso nasci exanthemata exulcerata cogunt, quo cutetenus sanies sit, aut mucosa exitura pus: Ideoq; iure a multis frequenter solet Stefani Nardini Senatoris laudari illud, q diceret uehementi sibi illud largitionis genus displicere, quo in Hadriani ponte Senatores per erogatarios, aut circumpedes solent petentibus asses dispertiri singulatim, cum perspicuum esset, id potius uideri posse, ab animi ostentatione q̃ a miserendi benignitate nasci, quandoquidem facile appareret, quibusdam interdum solere sine selectu dari, quos indigos magis expediret esse, salubriusq; sibi uideri, constanti omniũ celebrare uoce, Senatores nullum diem præterire pati, quominus domi cum selectu solerent calamitosorum hominũ egestati suppeditare uictum, quo fieret egentium mendicitati satis, & improbi selectionis metu deterreri a petendo possent: Atq; etiam eos reiectum iri oportere uolunt, qui sunt in medio adolescentiæ flore constituti, ne precandi impudentia fiant, aut petendi assiduitate praui: Quod nobis usu uenisse hac proxima annonæ caritate est Elsinum Hetruscorumq; prope omnium conspectu cognitum: nam cum in Cortesiano Lacum quadringentorum passuũ ambitu, latitudine centenum tricenum, altitudine quinum & dodrantis, facere effodiendo uellemus, necesseq; esset, egerere aqua scrobibus corriuata humum, ac in eo opere faciundo omne genus hominum aliquid efficere, uel batilli egestu,

Q đ uidendũ est quomõ petentes utunt̃ elemosyna.

De his q ludunt

Stephanus Nardinus Car. Mediolanensis.

Vtrũ Car. debeant dare elemosynã in ponte S. Angeli:

Q đ nõ est dandũ adolescentibus sanis

Lacus in Oppido Cortesio

uel ligonis fossione posset / neminem uoluimus ab ea quotidiana sty pe exclusum iri / quo argenteus uicenarius nummus dari singulatim diaria mercede solet : quo præsentis lucri fructu / minus eis causa in posterum / aut eundi quæsitum / aut alieno assuescendi esset : At uero hi sunt iuuandi a / Senatore potius / qui aut aliquo gra / uiore casu ita sunt ęre alieno obstricti / ut in carceris luctuosissima fortuna uiuant / aut qui ob id hostium custodia asseruantur / quo aut collatitia pecunia redimantur / aut eant auctionando uenum : quale maxime hi captiui iudicari debent / qui a / Turcharum gene re acerbissima carceris adseruatione uexantur / pro quibus qui / dem redimendis acerræ etiam possunt / & penetralia uenire uasa : Recteq; etiam hi nobiles in iuuando spectantur / qui cum sint fortu nis exturbati suis / malunt reticendo egestatem in acerba calamita te pati / q̃ petendo pudoris subire damnum : Siquidem cum pudor sit turpitudinis inuectę metus / nobilitasq; nil aliud uideri uulgi ęsti matione possit / q̃ quædam uetustę familię continuata gaza / satis cre dendũ est / homines nobiles / cũ egestatis malo uexant̃ / aut suis euertũt̃ bonis / ne dedecori dignitati futuri sint / facile egestatis ĩsolẽtia esse in calamitate uerecũdos : idq; solere indignius euenire his / quo sordidius uideri deformati in amictu possunt / quasi obsoletus amictus sit / egestatis aperte signum / aut ludibrium ocolorum ui / deatur / in quibus maxime sit uerecũdia humana sita : Itaq; ho / nori sũmo nuper Federico Sanctoseuerinati Senatori fuit / ꝙ Ly riana clade non modo multos Parthenopeos dynastas hospitio re cepisset / sed etiã ꝙ coꝝ nõnullis imprudentibus dormitãtibusq; di cat̃ / & ceruicalibus sagos gratuitos occultari / & toralibus clandesti nos cõsui iussisse nũmos / quo inutili peruersaq; uerecũdia sublata / mi nus eis pudẽdũ in amictu & uiuẽdo foret / idq; ab eo cõsideratius fa ctitatũ dicũt / quo Parthenopeoꝝ genus est in amictu nitida natura lautius : ex quo nulla causa dubitandi dat̃ / qn Senatores esse de / beant ad bene de eo nobilium hominum genere promerendũ prom pti / qui rebus suis euersis / in exilii afflicta egestate uiuũt / quiq; for tunam tegũt pudendo & reticendo suam : quid enim tam humanũ esse potest : q̃ eorum opitulari fortunæ indigorum / qui cum sint ui

Quomõ in tem pore caritatis possint exerceri cuiuscũq; ętatis homines sani

Quibus est dan dum

Qđ dandũ est afflictis

Qđ dandũ est debẽtibus mul tum:

Qđ dandũ est his q sũt capti / ui apud Tur / chos

Qđ dandũ est exulibus

Qđ dandũ est nobilibus uere cundis.

Quare nobiles uerecũdant̃ in petendo:

Quare ex his ue recũdant̃ ma gis q sũt defor miter uestiti

Quid fecerit Fe dericus Car. S. Seuerini exuli / bus Neapolita nis uerecũdis post cladẽ Ga rigliani:

Q đ dandũ eſt nobilibus q ſũt cõſueti uiuere in delitiis nec poſſũt laborar.

uere in opum ubertate ſoliti, minus mercennario quæſtu uita pro-pagare queunt: quid tam liberale q̃ his ſuffragari largiendo uel-le: qui ſunt cæteros iuuare conſueti: quo magis in hoc genere Franciſci Gonzagæ hoſpitalitas uideri laudanda debet, ꝗ in hac communium temporum clade, ſemper eius domus Dynaſtarum nobiliumq; hominum egeſtati patuit: Quin etiam hi ſunt iu-uandi & fouendi ualde, qui ſunt ſquallore confecti, & imbecilla ętate ſenes, in eoq; genere hi uideri debent anteponendi iure, qui maxime ſunt, aut naturæ fraudatione claudi, aut fortuita in uectione, uel ortu naturæ orbi, quorum alteri incedunt ferula aut ſcipione nixi, alteri non niſi ploſtro uehi, aut cane ingredi prę-unte ſolent: Ex quo illud Coſmi Medicis hominis ſapientis cele-bratur, nullos ex indigorum hominum genere foueri debere beni-gnius, q̃ qui eſſent, aut manifeſta naturæ, aut fortunæ ſauciatio-ne læſi, cum apertũ eſſe deberet, homines propter perſpicuam cor-poris eliſi notam, falli poſſe in horum q̃ in cæterorum genere iu-uando minus: Sed in omni eiuſmodi largiendi genere nihil tam conſiderate q̃ tempus ſpectari debet, quo ſcilicet cuiq; magis mi-nuſue ſuppeditandum ſit: Nec enim dubitari poteſt, quin ab hinc annos quinq; hominum egeſtati tribuendum eſſet affluentius, cum perſpicuum eſſet, homines tum non modo quindenis uicenariis nummis emere tritici medimna cogi, ſed etiam pagatim eruere ſolere herbarum & radicum genus, quo poſſent in annonæ cari-tate ueſci, ne multis fame pereundum eſſet: Ideoq; nos tum non modo intelleximus, ex furfure ſpeuſticios, ſed etiam gra-mineos, & filiceos fieri ſolitos eſſe panes: Quocirca magnæ tũ eſt laudi Iulio Secundo datum, ꝗ ab eo ingraueſcente annona ſit Britannicum etiam frumentum in urbem comportari iuſſum, quo tantiſper e, mendicitate emergerent homines, dum eſſent pubeſcentes maturatæ fruges: Nec minus eſt etiam Aſcanius Se-nator laudari in illa communis exitii diritate ſolitus, ꝗ ab eo eſ-ſent & ſæpe prandia uulgo data, & domi clibani genus inſtitu-tum nouum, quo celerius ab artoptis indigoꝝ generi ſuppeditare-tur panis: Sed ex omniũ hominum genere maxime eſt imbecil-litas iuuãda mulieꝝ: nam quemadmodũ a natura cernimus omnia

F. Gõzaga Marchio Mãtuãus

Q đ dãdũ eſt ſenibus ęgrotis.

Q đ dandũ eſt claudis & cęcis

Coſmus Medi.

Quomõ debet cõſiderari tempus in dando.

Caritas de anno 1504

Q đ tũ cõmuniter ualebat ſextariũ tritici decem carlenos

Quid fecerit Iulius. ii. in ea caritate.

Quid fecerit Aſcanius Car. in ea caritate

QVARE Eſt DANDVM MVLIERIBVS

imbecilliora foueri solere diligentius, ut facile ab ea uidemus, & arbores, cortice, & fruges spica uestituq; custodiri aristarum, sic censemus esse a Senatore in foeminarum imbecillitate faciendum, ut quo plus eas uident egere solere opis, eo plus his præsidii adhibendum putent: Sed cum triplex possit mulierum numerari genus, unum, quod castita e, alterum, quod uiduitate, tertium, quod cõnubio continetur, expendi debet, quid sit earum cuiq; generi tribuendum iure: Itaq; cum de earum foeminarum genere disputatur, quæ ob egestatem debent uirginalibus initiari sacris intelligendum est, genus earum numerari triplex: ex quo unum earum sit, quæ ob id nondum sint in uenerio uolutatæ stupro, proptereaq; aut minus sint modum cum altero cubitandi nactæ, aut minus per ętatem intelligunt, quid sibi faciendum sit, quod quidem ambarum genus, dubitari non debet, quin ita a Senatore sit dotis suppeditatione iuuandum, ut ei statim facultas Sacrarium ingrediundi sit, ne aut alteræ eius, quod expetunt, nanciscant perficiundi modũ, aut alteris eius causa optandi cuius expertes sint, ętate confirmata detur: idq; est maturius a Senatore faciundum quo discrimen impendet ex actrectandi facilitate maius, quando scilicet minus patrimæ, uel matrimæ puellæ sunt, aut sub Victrici tutela uiuũt: quo maxime tempore puellis dari solet potestas aspiciundi & euagandi maior, quibus rebus fere sæpe consueuit puritas de corporis castitate deperdi: Alterum uero genus est earum, quibus q̃q̃ sit illata in attrectando uis, earum tamen animi puritas longe a ueneria cupiditate abest, in quo quidem cum difficile sit sine aliquo uoluntario obsequio, aut sine ęmula libidine incolumen dissensionem abnuentis seruare mentis, haud causa dubitandi datur, quin harum puellarum generi a Senatore sit in aliquo fundo statuenda dos, quo & sacri initiaris possit, & ei res cautior futura sit: Tertium autem genus earum est, quod non modo est corporeę attrectationis expers, sed earum est etiam aliena ab omni flagitiosa cupiditate mens, cũ perpetua animi inductione carendi, quęquidem eo sũt iuuandę dotis suppeditatione studiosius, quo earum est uirtus in parthenia puritate maior: Quin etiam ea generatim Sacraria iuuari donãdo debent, quę castissima religione florẽt, qualis illud

Quotuplex est genus mulierum.

Quomõ est dandũ his quę fieri uolũt Moniales.

Distintio Monialiũ initiandarum.

Q̃d triplex est genus Monaliũ initiandarum:

De his, quę sunt uiolatę.

De his, quę uere sũt Virgines.

De ſanctitate & numeroꝝ mo/nialiū Florentinaꝝ murataꝝ.

Florentiæ Exædificataꝝ nominari poteſt / quod quidem cum in eo ducentenus prope ſit initiatus uirginum aſſiſtendarum grex / tanta præſtat caſtitate uitæ / ut facile ſit conſtanti omnium ſermone per/ſuaſum / Florentinoꝝ incolumitatem eaꝝ quotidiana precatione ni/ti/iamq; palam exploratū ſit / ſæpe eas / & iratū Deū flexiſſe rogando / & impendentia aberūcaſſe obteſtando dira : quod quid po/teſt eſſe in hominū conditione maius ? quid diuinius q̄ hominum uoce placari ſolere Deum ? ex quo iure landari Petrus Soderi/nus Dictator omnium conceſſu ſolet / ꝙ non modohuic ſacra/rio ſit fundum legando mercatus / ex quo pecuniam ſit / fructua/rio iure percepturum / ſed ꝙ in eo hoſpitalia etiam triclinia con/ſtruxerit : quæ tam ueſtalibus / q̄ lectiſſimę foeminę Argentinæ cō/iugi ad culabiam uſui futura ſint.

Petrus Soderinꝰ Vexillifer.

Argentina Ma/leſpina

DE VIDVIS

Quomō dandū eſt his / quę nō poſſūt ſeruare caſtitatē.

At uero eaꝝ genus / quæ ui/uere in uiduitate ſolent / tripertita quoq; diſcerpi ratione poteſt : quoꝝ unum eſt earum / quæ quanq̄ caſtiſſime cupiant uitam tueri ſuam / difficile tamen ſunt conſueta uoluptate careturę / nec ullo credunt euenire modo / quin eis quotidie ſit cum ueneria cupiditate cō fligendum / inquo quidem genere iuuando nihil debet prorogari a Senatore temporis / quin his ſtatim genialis ſternatur dote numerata lectus / ne ſit cauſa ſui in meretricia uita peruulgandi :

Qđ dandū eſt his quæ uolunt ſeruare caſtita/tem.

Alteꝝ genus eſt earum / quæ / cum earum uoluntas ſit libidinoſarum ex/pugnationum uictrix / uiuere maxime in coeˈibatu uolunt / ſatiusq; putant conſeneſcere in pudica uiduitate parce / q̄ in coniugio uiuere fortunato ditius / quod quidem genus Gelaſio Pontifice Maximo auctore tantæ Senatui debet eſſe curæ / quantæ alteri intelligatur eſſe poſſe futurum quicq̄ :

Gelaſius Papa.

Qđ dandū ē his uiduis quę no/lunt deſerere filios & filias

Tertium uero genus earum eſt / quæ in cōiugio uiuere q̄ in uiduitate mallent / niſi pupillari impedirentur tutela puerorum / qua minus rurſus obſtringi coniugii colligatione poſſint : in quod genus eo eſſe debet Senatorum liberalitatis con/ſiderata propenſior / quo eſt liberorum charitas ęſtimanda maior / quid.n. hominū naturæ dulcius / q̄ matre educante ali ? aut quid liberis amantius q̄ maternū nomen eſſe poteſt ?

De his quæ de/bent maritari.

At cū de eaꝝ puel/laꝝ genere quæritur / quod ſit aut formę dignitate / aut ſuapte ani/mi cupiditate nupturū / intelligendū quidem eſt / eas primū marita/li debere coniugari nexu / quæ nupturę ſuapte procliuitate ſint /

quo & hominum conseruetur & propagetur genus, & scholis sit manantis nascitura uirtus: quid. n. prçmii his decretum esse credimus, qui in eo castissimaꝝ puellaꝝ genere maritando iuuerunt, ex quo sit Albertus, aut Ioãnes Scotus, siue Gregorius Ariminensis natus: a, quibus tanta sit orta theologumenon sententiaꝝ lux: quem item locum his definitum esse censemus, qui his gallicis alexandrinisq; temporibus, dote oblata & constituta curarunt, ne pudicissimarum puellarum corpora meretriciæ peruulgarenť uitę: quo circa iure in omni institutum morata ciuitate cernimus, ut ex ęrario publico ãnua pecunia decernatur, qua nuptum eat puellaꝝ egentissimarum genus: quod idem fieri uotiua, aut collatitia donatione scimus, qualis Romæ pro maritandis uirginibus ea ęris collatio uideri potest, quæ a, matralibus sodalibus ad Mineruæ delubrum in Deæ salutatæ celebrať sacro: Quibus quidem cognitis sciendum est, septem præmiorum genera solere ex eiusmodi largitione nasci Primum enim genus est, quo opes, imperia, principatus priuata remuneratione dantur, ut Gallorum Regum familiæ contigisse cernimus, quæ cum ab hinc ãnos quingenos uigenos trinos semper egentium mendicitati opitulata sit, semper est quoq; imperium consecuta maius: Alterum est, quo ãnorum accessione, uitæ propagatur tempus: quis eni in patrum memoria Renato Massiliæ Rege fuit in egentium hominum genere iuuando benignier: qui ita curiosus in largiendo esse ferebatur, ut sæpe hostiatim indiges sciscitari solere diceretur, num in eius domo matutinam accepissent stypem, quo intelligere percuntando posset, siqd his esset Erogatarii tenacitate demptum, at quis diutius ea ętate uixit: aut cui unq̃ ita secundus ualitudinis & uitæ contigit sine prolapsione cursus: Tertium est, quo mens acrius collustrata cernit: ut siquem dicamus largiri desinere solere nunq̃, facile etiam credendum sit, plura eum sensim & maiora moliturum, & quo potiora moliatur, eo prętantiorē moliturum finem, quod Herculi Aesten, si euenisse dicunt: qui cum cæpisset semel mendicitati suppeditare indigorum, sic est postea progressus probitatis absolutione longius, ut non modo annua dotali amictor aq; largitione uteretur, sed etiam eam quotidie horariam procationem

Qđ maxime laudať elemosyna quę dať ꝓ maritandis uirginibus egentibus:

Quę bona possũt nasci ex maritatione uirginum

Qđ maxime debet laudari elemosyna q̃ fit die ãnuntiatiõis in ecclĩa Mineruæ

Qđ DANTEs ELEMOSYNAM CONSECVNTVr .7. PRAEmia

Primũ prçmiũ Familia Regum Gallorum.

Secũdũ prçmiũ: Renatus Rex Massiliæ.

Tertium prçmiũ

Hercules Aestē. dux Ferrariæ

inire soleret, quæ est ad septẽdiale instituta munus: ac quis eo est hac ætate mortuus, aut mentis lumine, aut ętatis tempestiuitate fortunatius? Quartum est, quo homines malitioso Demonis liberant̃ nexu: cum perspicuum sit, eius uim in eo pugilatu ualere solere minus, in quo sũt homines charitatis lorica septi? Quintum est illud, qua hominũ genus est particeps precationis eius, qui sit donando, & largiendo fotus: quod enim precationis genus pro Ascanio Sfortia ab eo anicularũ Romanarũ generi iniri non solere credimus, a, quibus septena quotidie fana salutari mercennaria, aut eulabica accessione soleant? cũ ab eo tantum adiutæ sint, uel in adultarũ collocatione filiarũ, uel in quotidiana suppediatione uictus? Sextũ est, ex catharticę liberatione mulctę, nec enim dubitari debet, quin longe eorũ sit poena futura minor, q̃ excitant̃ ad bene promerendi modum, q̃ quorũ mens ad miserendũ frigida duritate rigent? Septimũ autem est, quo flectitur donandi ratione Deus, cum uerisimile putandũ sit, ab his eum placari solere lenius qui eum in largiendo consectãt̃: quocirca iure sunt admonendi Senatores, ut hoc suffragandi genus eo sibi frequentius ineundum putent, quo aut est urbs indigorũ ubertate refertior, aut quo eorũ est gaza iudicanda locupletior.

Quartũ premiũ

Quintũ premiũ

Ascanius Sfortia Cardinalis

Sextũ premiũ.

Septimũ premiũ

Q đ Car. omnino debent dare elemosynã:

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI DE CARDINALATV LIBER TERTIVS POLITICVS AD IVLIVM SECVNDVM PONT. MAX.

QVOD PAPA CVM COLLEGIO CARD. EST PERFECTIOR ET DVRABILIOR RES PV. OMNIBVS REBVS PV. HVMANITVS INVENTIS:.

Q VARE INTELLIgendum eſt primum / omnes res quæ in aliquod extremnm referuntur / inſtituentis diſciplina egere / quo ad conſtitutum ultimum deducantur: At uero cum perſpicuum ſit / ab hominum genere aliquem ſtatui debere finem / ad quem tanq̄ ad ſignum omnis uitæ dirigatur actio / facile intellectu eſſe poteſt / homines / cum diſſimiliter finis uarietate ducantur / maxime egere ad uitam ineundam duce: Exquo ſciri debet / cauſam generi humano a / natura dari / ut in hominum cætu & ſocietate uiuat: Nam cum ea / quæ ad communem hominum uitam tuendam pertinent ab hominum genere natura appetantur / Cumq; minus ſibi ea ſine aliorum ope ſuppeditare poſſint / nihil abeſſe debet / quin fatendũ ſit / hominum genus hac naturæ procliuitate naſci / ut propter neceſſitatem maxime uiuere in cõmunitate uelit: Idq; facile intelligi certa ratione poteſt / cum plane bene notum ſit / humanum corpus ita præſtantia tactus effectum / & conſtructum eſſe natura / ut ad integritatem ualitudinis artificioſa ciborum coditione egeat / naturaq; obſoniorum uarietate alatur: Quod contra cæterorum animantium generi accidere uidemus: quæ aut gratuito fruuntur pabulo / aut his ueſcuntur / quæ maxime ſoleant natura progrediente gigni:

Quęlibet Res eget dirigente ad finem

Homines maxime egent dirigente

Cur homo uiuat in ſocietate:

Corpus hominis indiget cibo præparato

Natura beſtiis præparauit cibũ ſufficienter:

Vt. n. tauros aut oues cernimus oblata herbarum uarietate ali, si etiam accipitrum & luporum generi uidemus pennarum pedumq; celeritatem in pastu capessendo datam, quo diuersi generis esca uescantur: quæ sit ad eorum naturam alendam & tuendam apta. At uero homines maxime instructo conquisitoq; aluntur uictu, neq; n. triticum, quo fere sæpe uescuntur homines, sine lapidea rota siue excussorio cribro, aut sine pinsendi opere, siue sine fermento & furni usu, ad hominum uictum, a, natura inuentum iudicari poterat: Eodemq; modo uidemus cęterorum animantium generi ad frigus caloremq; pellendum naturæ tegumenta tribui: ut ex his alia uidemus uestiri uillis, alia squamarum aut pennarum operimento tegi, at homines cernimus nullo naturæ uestiri amictu, quo in caloris aut in frigoris ui propulsanda tueantur: quin etiam cernere licet contra metum & uim suo cuiq; pecudum generi arma naturę inuentu dari, ut uespas uidemus aculeis, cornibus tauros, morsu canes, ceruos cursus uolocitate defendi naturęq; esse sedulitate prouisum, ut siqua contra uim minus se tueri corporis imbecillitate possint, iudicium eis aduersantium fugiendorum sit: ut facile ab agno cernimns naturæ admonitu formidari lupum, At homini solum uidemus opifices ministrasq; adhiberi manus, quibus utatur ad uitæ tuendæ & propagandæ modum: Cum autem perspicuum sit minus per se eum tecta, aut arma extruere sine hominum administratio, ne posse, perfacile iudicium est, natura eum uersari in hominum societate uelle: Atq; etiam apertum esse debet, natura fieri, ut cæterorum animantium genera ad consentanea munera sine disciplina propendant: ut araneorum genus uidemus suopte naturæ impulsu textrina ratione uti: Idemq; prope ex hirundinum apumq; natura, adnimaduerti potest: quæ nidos aut fauos, eadem naturæ sedulitate fingunt: Homines autem cernimus nihil sine antegrediente disciplina moliri, nec posse ad munia uitæ consentanea naturæ procliuitate duci: ex quo iure dicimus, ob id sermonem eis, a, natura tributũ, quo uicissim inter se causa instuendi sit, facultasq; bonorum & malorum declarandorum detur: quod cum minime fieri sine hominum societate possit, satis sciri debet, homines natura

Bestię habent uestẽ naturalẽ cõtra intemperiẽ coeli

Bestię habent arma naturalia cõtra uiolentiã & timorem

Belluę habent industriã naturalẽ circa nociua

Homo hĩt manũ organum organorum.

Bellue hñt instinctũ ad opationes debitas:

Homini est datus sermo.

Homo est animal sociale

inter ſe ſolere cõmunitate iungi / ꝙ ſi ad uitæ uſum hominum in/ter ſe ſocietatem neceſſariam fuiſſe affirmetur / dubitari nullo mo do debet / quin ratio ex eadem cauſa fuerit ciuitatum conſtituenda/rum nata : Id ꝓ probari certa ratione poteſt / cum ſatis argumenti ſit / homines nec / a / belluarum impetu / nec ab impendentium periculorum magnitudine tutos tectosq; eſſe potuiſſe / niſi muni/tio eſſet ciuitatumq; ædificandarum reperta ratio . Nec item ſi// ne hominum ope & cætu ægritudinum ſanatio eſſe potuiſſet / cum haud quaꝗ perinde ab hominibus / ut a / bellius poſſint mor/borum genera depelli / quandoquidem ſatis notum ſit / cæterorum animantium generi prouiſione naturæ notitiam in ægritudine ſa/nanda dari / ut præclare / Hirundines Chelidonia / Lauro Co/lumbas / Ciconias Origano / Hedera Apros / & Ruta Muſte/las / uti contra morborum genera ſolere cernimus : Nihiloq; ſe/cius intelligi debet / ſine hominum coetu / nec iuſtitiæ poſſe / nec amicitiæ ſeruari munus : cum earum altera in uendendo / emen do / locando / contrahendo / & commutando uerſetur / quæ ma/xime hominum multitudinem deſiderat / altera ſine hominum cõ/munitate manca & nulla uideatur : ex quo perſpicuum eſſe poteſt / hominum eſſe generi natura ſatum / ut in hominum ſocietate ui/uat / procliuitasq; ei urbis conſtituendæ ſit: Q đ ſi hoc affirma/re licet / eſt etiam fateri neceſſe / in hominum cætu ſtatui debere quiddam / quod ſit multitudinis dirigendæ & adminiſtrandæ prin/ceps / nam cum homines maxime ſoleant priuatorum commo/dorum utilitate duci / & quiſq; commodi ſui gratia / detra/hendi cupiditate feratur / facile concedi poteſt / generis humani ſocietatem euerſum & diſſipatum iri / niſi conſtitutum uideretur quiddam / quod eſſet publicorum commodorum libertatiſq; æquan dæ cuſtos / quæ cum conſtent intelligendum eſt etiam / n omni mul titudinis regendæ / ciuitatiſq; adminiſtrandæ ratione magiſtratum unum eſſe debere caput / cui ſit a / tota ciuitate parendum / cum autem finis ciuitatis multitudiniſq; regendæ ſit duplex / unus qui ci/uili fœlicitate continetur / Alter qui in bonorum / ultimo adipiſcen do conſiſtit / primum / a / ciuili ratione ordiemur / deinceps de

Cur homo appe/tit Ciuitatem.

Belluę habent extimatiuã na/turalem ad me dicinam.

Iuſtitia & amici tia non poſſũt conſeruari ſine multitudine

Cur debeat con/ſtitui quiddam primũ in ciui/tate

Societas huma/na corumpi/tur ſine magi/ſtratu

Duplex eſt finis ciuitatis

150

Pont. Max. S. Q. Re pu. dicemus, quo ritu naturæ fiat re-ctus in ascendendo gradus, finisq; collatione intelligatur, quantũ cęterarum ciuitatum administrandarum ratio a diuina Rei pu. descri-ptione distet, quare non sine causa dicendũ est initio constitutis ur-bibus multa a doctis fuisse de optimo Rei pu. genere exquisita so-lertius, siquidem Plato a Socratis disciplina manans, cũ maxime exquireret Rei pu. beatę statũ, persecutus est, differendo multa, quę uideri possunt ingeniosa magis, q̃ necessaria ratione concluderdi ue-ra: at Phaleas Carthaginensis homo popularis, libertatis potẽtięq; ęquandę gratia, priuatos est fundos agraria lege partitus: post autẽ Philodamus Chalcedonius, primus ut ait Aristoteles ciuiũ multitudi-nem tributim ordine, censu, & disciplina secreuit: Eodẽq; modo in singulis ciuitatibus docti homines uaria sunt Rei pu. regendę gene-ra cõmenti: nam in Gręcia, quę semper maxime cupida legũ feren-darum fuit, diuersa est instituta Rei pu. moderandę ratio: siquidem Lacedęmonii, Athenienses, Thebani, Cosmi, & Cretenses uaria inter se sũt persecuti genera regendi, cũ a singulis id status exqui-rereťgenus, quod maxime esset ad loci hominũq; naturá aptũ: Ex quo Aristoteli causa contra omnes differendi locusq; Rei pu. tẽ-perandę fuit: nam omnem ciuitatũ administrandarum rationem in sex status genera discerpi oportere putat quorum tria optima, triaq; teter-rima esse opinať, ex qbus altera ad Reges, ad Rem pu. optimorumq; dominatũ pertinere dicit, altera uerſari in tyrãni, in plebis, & pau-corum potestate censet. Nos autẽ si omnia Rerum pu. genera exquira-mus, quę sunt humana rationis progressione nata, nihil abesse pote-rit, quin fateri cogamur, nullũ esse ab hominibus repertũ Rei pu. administrandę genus, quod minus suapte natura conuulsũ iri possit nam cũ omnis Res pu. propter incolumitatẽ soleat iustitię libertatisq; ęquandę cupiditate trahi, sępe fere potest in iustitia metienda falli, proptereaq; cũ homines id minus sibi uident in honoris partitiõe da-ri quod sibi iure deberi opinentur, maxime id fieri iustitia aduersante putant, ex quo facile quęritur diffidendi & Rei pu. labefactandę lo-cus: Ideoq; primũ uidemus ab eo hominũ genere causam solere po-pularis status euertendi nasci, qui maxime sunt plebis dirigendę &

Positio Platonis de Re pu.

Phaleas Carthaginensis

Philodamus Calcedonius

Aristoteles:

Athenienses

Lacedęmonii

Thebani

Cretenses

Cosmi

Positio Arist.

Sex status ciuitatis

Q͞d nulla Res pu. durat humanitus inuenta

Qui corrumpũt statum popularem

concitandę, duces: nam cū uehementer cupiant locupletum florem plebeia crudelitate frangi, quo eis facultas ex fortunatorum hominū inuidia crescendi sit, maxime in eiusmodi hominum genere obtrectando solent insidiosa calliditate uti: ex quo fere sæpe euenire scimus, ut locupletum generi ob periculi magnitudinem causa inter se coniungendi, armaq; arripiendi sit, itaq; hi plebeiæ leuitatis duces, quo eorum potentia sit in locupletum statu labefactando gratiosior, aut fortunatorum bona publicari criminando temptant, aut legem agrariam ferri populo plaudente uolunt, ex quo fit, ut cum minus obsisti eorum gratiosæ ambitioni possit, commodum eis sit, & locupletum amandandorum, & tyrannidis usurpandæ tempus. Ideoq; non sine causa in Flamminia piceno & Gallia semper tyrannorum genus est, ex plebeiorum ducum calliditate natum, cum ab his sit quæsita semper popularis gratiæ ineundæ uia: idq; tum maxime euenire solet, cum populi duces multum rei militaris scientia imperatoriaq; laude excellunt, cum perspicuum sit, natura maxime, a, plebe ducem legi solere eum, cuius uirtus facile sit locupletum euersura opes, ut Ariminensium urbi contigisse legimus: quæ cum intestina seditione flagraret: plebsq; locupletum opibus cessura putaretur, locum Pandulpho Malatestæ dominatus occupandi dedit, cum is tum maxime unus, e, multis esset militari usu, & bellica ratione ferox: At uero locupletum paucorum status, duplex mutatrix ratio esse potest, una qua indigorum multitudo cum diuitum potestate diffidet, altera, qua locupletes inter se dominatus ambitione pugnant: etenim cum egentium multitudo se uidet locupletum potestate opprimi, adauctisq; uectigaliis opes exinaniri suas, maxime solet, ad eorum conuellendum statum furore inflammato rapi, cumq; inscitia regendi minus se diu tutam contra locupletum dominatum mansuram esse putet, summæ sibi curæ esse solet, ut impedito Rei pu. tempore uni ex locupletum cætu sit in imperio adipiscendo fautrix: qui maxime obsistere fortunatorum potestati possit, quiq; imposterum sit plebeiæ libertatis defendendæ princeps:

Princepis ppli.

Quomodo diuites coiungūtur

Quomodo diuites pelluntur:

Quomodo principes ppli fiūt tyranni:

Pādulphus Malatesta:

Quomodo corrumpitur status paucorum

Quomodo multitudo erigit unum cotra paucos.

At maxime locus paucorum status labefactandi datur, cum a lo-cupletum genere summa inter se imperii contentione certatur, nam cũ Res pu. perpaucorũ potestate tenetur, multumq; cauetur ne quid cæteris uiæ ad regendam ciuitatem pateat, dubitatione nõ habet, quin confitendum sit, causam oriri solere eiusmodi commutandi status, cum satis apertum sit, cæteros eiusdem generis homines, quibus sit præclusum ad honorem iter, maxime fruendæ potentiæ exceptione lædi, naturaq; ab his solere, modum in ęquãda potestate quęri. Itaq; licet uidere eas urbes, quæ hominum exceptione uti in Re pu: administranda uolunt, non modo ciuile, sed sæpe etiam gentilicium excitare bellum, occasionemq; plebi se-misopitę dare, qua paucorum inter se certantium dominatum tollat: Vgolinus quidem Gerardus, & Ninus Gallura homines inter se propinquitatis colligatione nexi, cum diu Pisis inter se de imperio summa regnandi cupiditate certassent, plebi dederunt sui necandi, & status labefactandi modum, cum alter sit in hypo-pyrgio fame necatus, alter sit in exilii calamitate mortuus: quin etiam uidemus paucorum potentiam dirimi intima permotione pos-se, cum binę familię magna inter se ambitione certant, utra regnare in ciuitate debeat, earumq; altera existat ex imperii contentione uictrix, ut Bononiæ Bentiuolum Maluitiorumq; nobilissimis familiis euenisse scimus, quarum cum summa esset inter se primo Rei pu. regendæ societas, bellum inter eas postea regnandi cupiditate exarsit, earumq; altera belli terminatione uictrix, sola est munus ciuitatis administrandæ nacta, nihiloq; minus ab his exquiri casus eorum status euertendi solet, qui summo loco nati bona largiendo profuderunt, aut a, quibus solitum sit luxuriosa libertate ui-ui, nam cum largiendo egere cęperunt, quacunq; ratione Rem pu. perturbare conant̃, quo solita frui uiuendi libertate possint, ex quo plerũq; euenit, ut facilis eis occasio rerũ permutandarũ dominatusq; occupandi sit, siquidem cũ ab ab his multũ diuitiarũ sit, in epularũ ludorũ, pecuniarũq; largiendarũ ratione consumptum, quibus maxime rebus uulgi delinit̃ sensus, dubitari nõ potest, q̃n multorũ assequãtur studia, q̃bus uti in Re pu. delẽdã imperioq; usurpãdo possint:

Quid maxime noceat paucis:

Quomodo nascitur bellũ inter coniunctos:

Vgolinus Comes Pisanus.

Ninus Gallura Comes Pisãus

Bẽtiuoli. Maluitii. Bono.

Quomodo prodigi perturbãt Rem pu.

cum facile concedendum sit, hominum multitudinem solere largiendi spe explorataque utilitate trahi: Itaque si quando ipsi minus sunt modum Rei pu. occupandæ nacti, dominatus transferendi causam alterique adiudicandi quærunt, quo beneficii imperiique delati præmiis uiuere luxuriose possint, ut Philippum Tidicium Pistoriensem fecisse legimus: qui cum urbis imperium occupasset, intelligeretque postea minus se dominatum retinere posse, consilii esse putauit sui, ut Castrucio Lucensi homini fortunato & audaci imperium Rei pu. regendæ deferret, quo ei in societate peculatus esset honorificentior uiuendi modus: Atque etiam paucorum locupletum solet labefactari status, cum formidolosissimi temporis impendentisque periculi expectatione de multitudinis fide dubitatur, paucorumque permissu datur plebi Rei pu. administrandæ ius, cum ualde pertimescendum sit, nequis plebis accitu ad dominatum euocetur, qui maxime auctor urbis opprimendæ sit, satiusque tum uideatur paucos multitudini parere imperanti, quam unius dominatu libertatis obcæcari lucem: Optimorum autem status causam desinendi habet, cum hi qui tecta improbitate abstrusaque ambitione flagrant magistratus dignitate præteriri solent: nam cum simulationis obstructione spectatuque uideantur probi, usque dum se malitia consiferata tegunt, quoad occasio Rei pu. commutandæ sit, tumque in insidiosa sedulitate obtrectatorioque artificio præter expectationem erumpunt, bonique cōmunis specie optimorum temptant labefactare statum, idque plerunque eo facilius quibusdam ciuitatibus eueni re cernimus, quo hebetius & inscitius, a, uulgo simulatæ probitati creditur, & quo libentius multitudo solet communium bonorum auditione duci: Eademque ratione causa eiusmodi status dirimendi nascitur, cum Res pu. aut nimiis optimorum diuitiis, aut summa indigorum tenuitate describitur, necesseque sit, alteris natura inuideri, alteros despectum & contemptum iri, ex quo præclare Cosmus Medices dicere solere ferebatur, nihil esse in omni ciuitatis administrandæ ratione difficilius, quam aut locupletes inuidia, aut tenues contemptu liberari: quin etiam aliquid est in hoc statu commutando loci, cum ita quidam uirtutis aut fortunæ

Philippus Tidicius Pistorieñ

Castrucius Lucensis

Quomŭ corrūpitur status diuitum

Quomō corrūpitur status optimorum

Quomō hypocritæ corrumpūt statū optimorum.

Cosmas Medices

Quomodo præter cęteros excellentes corrūpūt statū optimorum

uirtutis aut fortunæ magnitudine excellant, ut nec cum ceteris ęquari, nec parere uideantur fuopte fati splendore posse, nam cum fere sæpe soleant magnitudinis suæ mensione falli, multumq; sibi iniuriæ factum esse opinentur, nisi imperium Rei pu. moderandæ consequantur, contineri nullo modo possunt, quin aditum quęrāt optimorum euertendi status: Eodemq; modo est de Rei pu. mutatione dicendum, quam plerunq; cernimus in id status genus solere natura uerti, ad quod suapte procliuitate propendet:

Quomō corrūpit Res pu.

Quomō corrūpit regnum

At uero Regni multiplex est labefactandi genus: nam cum aut minus solent scelera patrata plecti, aut minus decernitur uirtuti excellenti honos, causa maxime potest regni delendi dari: Cum peccatorum genera maiora impunitate fiant, & uirtutis usus sine honore tollatur, nihiloq; tum est regni incolumitas putanda diuturnior, cum unus, e, multis plus opum uectigaliumq; possidet, q̄ sit minorum gentium homini, & priuatæ fortunæ satis. F. quidem Coppula Neapolitanus homo confidentia fati, & continuata foelicitate audax, cum paulominus quingenties mille Ferdinandi maioris permissu possideret: sic immoderata exarsisse appetendi regni ambitione dicitur, ut facile sit de Ferdinandi regno usurpando coniurasse iudicatus: nec item minus metus modum regni dissoluendi affert: siquidem homines cum minus se uident formidoloso dominatu regum liberari posse, maxime in insidiaꝝ construendaꝝ cogitatione uersantur: nec. n. alia causa Parthenopeis Dynastis ab Alphonso minore desciscendi fuit, nisi ꝙ iure his minax & superbum Alphonsi imperium metuendum uideretur: Quin etiam perspicuum esse debet, regnum aut Reꝝ pu. aut regum occupatione deletum iri posse: ut modo uidemus Cyprum a, Venetis, & Siciliam a, Ferdinando Hispanoꝝ rege in prouinciaꝝ transferri & mutari formam: At uero tyrannoꝝ potentia labefactari suapte maxime natura potest, proptereaq; malum per se intima ęgrotatione corrumpatur: quandoquidem tot morborum genera medullis inhęrentia contrahat, ut sibi ipsi sit causa euertendi sui: Ex quo sciri poterit tyrannoꝝ potentiam, quo uehementior in uexanda ciuitate sit, eo minus esse diuturnam premente intestina ægrotatione posse: Idq; eo celerius euenire solet, quo licentius peregri

Quomō extra modū diuites corrūpūt regnū

F Coppula Neapolitanus

Ferdinādus maior.

Quomō barones corrumpūt regnum:

Alphonsus minor.

Veneti

Ferdinādus Hispanoꝝ rex

Quomō corrūpit status tyrānorum:

nor ignotorumq; hominum generi Imperia mandantur, ut olim Florentinorum Rei pu. usu uenisse legimus: In qua cum princeps esset Gualterius nescioquis Gallus subita uulgi gratia, seditiosaq; lectione dictus, atq; is urbem crudeli dominatu oppressam teneret, repente est ex regno multiplici ciuium coniuratione pulsus. Quod cum constet, intelligi etiam debet, eundē solere statum maxime contumeliæ inflictione labi: Cum ciuium generi, a, Tyranno aut uerbis animi uitia exprobrantur, aut re corpori inuruntur notæ Cola quidem Montanns homo ingeniosus & disertus, cum esset a Galeatio Sfortia, flagro ob stupri suspitionem populo inspectante cęsus, maxime auctor coniurationis concitandæ eiusq; interficiendi fuit: Atq; etiam facilius causa Tyrannorum labefactatrix adest, cum hi aut ita languide luxu ignauo flaccescunt, aut ita turpiter solent in libidinum uolutari coeno, ut iure contemni uideantur, sed maxime insita est his eiusmodi potentiæ delendæ sitis, qui aut ex Tyrannorum cæde aliquid commodi ad se peruenturum putant, aut qui maxime philoleutheri sunt & patriæ amore flagrant, plurisq; est his Rei publicæ beatæ salus, q̄ odiosa in seruitute uita. Eodemq; modo intelligendum est, sæpe, a, propinquorum genere Tyranni euersum iri solere statum, ut Ioannem Galeatiū Vicecomitem fecisse dicunt, qui cum homo esset regnandi cupiditate callidus, Imperiumq; Mediolanense fuisset, cum Bernaboue Patruo ex semisse partitus, quo tutius dominatu potiretur solus, usq; dum se religionis specie simulauit imperio carere uelle, quoad est locum patrui necandi & imperii potiundi nactus. Nec item minus is status potest, affectatorum familiariūq; coniuratione prodi, cum hi aut minus possunt cruentum Tyrannorum dominatum natura pati, aut suopte ingenio imperii cupiditate flagrant. Quod Petro Gambacurtę Pisanorum Principi euenisse ferunt: qui cum Iacobo Appiano uno inter multos familiarius uteretur, ab eo est in cubiculo salutatorio propter imperii cupiditatem interfectus, quibus ex rebus intelligi oportere puto omne Rerum peblicarum genus, quod possit malo aduersante qua

Gualterius Dux Athenarū.

Cola Montanus Galeatius Sfortia.

Quomodo luxuria corrumpit statum tyrannorū

Quomodoamātes patriæ corrumpunt statū Tyrannorū

Ioannes Galeatius Vicecomes

Petrus Gambacurta Pisanorū dominus.

Iacobus Appianus

Quomodo Res pu. corrūpunt quę habent cōtrarium

.p.i.

ti / natura solere labi / quandoquidem uni contrario alterius causa dissoluendi sit / atqui cum omnia Reρ publicaρ genera inter se pugnanti quatiantur malo apertum esse debet / nullū esse eiusmo/di Reρ publicaρ genus / quod minus suapte natura possit corru/ptum & deletū iri / idq; probari ratione potest / cum perfacile iu/dicium sit / omnem Reρ publicaρ labem ab intimo / aut ab ad/uentitio malo aduersante nasci : Et q̄q̄ in uno Res publica incolu/mis duratura uideatur / in altero tamen non ita potest conseruari semper / quin quandoq; ei causa mutandi sit / ut si hoc diligentiori sęculo dicamus prudentissimam Florentinoρ Rem publicam ob eam causam intima ratione duraturam / proptereaq; sit & Rei pu blicæ & optimoρ & perpetuæ Dictaturæ agglutinatione mixta / quę sociatio suapte natura mansura sit / cum in ea hæc status genera in/ter se ad uirtutem analogica ratione propendant / exquo sit fateri necesse materiem igni seditioso demi / naturaq; intercludi contro/uersiarum iter / cum Rem publicam uideamus Dictatoris pruden/tia considerata regi / & nihil optimorum genere inconsulto / & ple/be reclamante fieri / nullamq; causam intercedendi dari / haud ta/men pro certo affirmandū putamus : ita eam undiq; malo aduer/sante liberari / quin mutari aduentitia contraria motione possit / quare iure affirmari debet / humanarum Rerum publicarum diu/turnitatem ab auctoris rerum Dei procuratione nasci / nec enim quicq̄ causę esse potest / cur dicendum sit / Res publicas incolumes esse progrediente humana ratione posse / cum facile intelligi de/tur : quarundam Rerum publicarum incolumem solere conseruari statum : quæ natura aduersante maneant / ut facile est de Veneto/rum Re publica iudicare licitum / quæ cum millesimum iam pro/pe annum nulla status mutatione floreat / in nullo tamen horum sex statuum genere numerari potest / cum Res publica magna pa/tritiorum multitudine regatur / & plebs sit publicorum munerum magistratuumq; administrandorum expers : Neq; enim ego eo/rum sententiæ assentiri uolo / qui eam dicunt loci natura suapteq; maris munitione defendi / quominus ei causa seditionis excitandæ

Quomodo Res pu. Florentina est bene ordinata

Dictatura Florētina.

Quomodo Venetorum Res pu. durat cōtra ordinat m nu/merum Aristotelis.

ſit, cum perſpicuum ſit, locum adhortari magis ad intimam ad-uentitiamq; permotionem poſſe, quandoquidem diſcordiæ inteſti-næ ſemen, facilius poſſit ex maritimi exitus aditusq; oportunitate naſci, nec ita urbs aut terræ diſiunctione, aut appellendi difficul-tate defendatur, quin nauali pugna poſſit externarumq; claſſium magnitudine premi, cum ſatis notum ſit, ab hinc annos centum triginta Petro Auriæ Genuenſi bello nauali facultatem fuiſſe urbis capiundæ & Rei publicæ diſſoluendæ datam. Q đ ſi hoc ei ſe-mel contigiſſe confitendum eſt, dubitari nullo modo debet, quin item fatendum ſit, idem ei rurſus euenire poſſe. Ex quo fa-cile exiſtimandum ſit, eorum ſtatum natura aduerſante uitare pe-reundi caſum, menteq; diuina humanarum Rerum publicarum diuturnitati conſuli: quæ ad locupletandam augendamq; religio-nem quarundam maxime ciuitatum conſeruatrix eſſe ſoleat, ut mo do uidemus Florentinorum urbem Italiæ oculum ob eam cauſam Imperii incolumitate frui, proptereaq; nuſq̃ Fanorum ſacrario-rumq; celebritate maior. Diuinitati habeatur honos, facileq; in-telligi coniectura poſſit, in auerrucandis diris eorum precationi-bus annuere ſolere Deum: eodemq; modo poteſt de Gallorum Regum familia iudicari, quæ ſemper princeps Chriſtianiſ. Rei pu blicæ tuendę fuit: Idemq; fere eſt de Hiſpanorum Luſitano-rumq; Regum diuturnitate dicendum, qui non modo in arcen-dis ſed etiam in debellandis hoſtibus ſemper Chriſtiani Imperii ſo lent propagare fines. Nec item multo ſecus de Germanorum principum genere affirmari poteſt, qui Pont. Max. S. Q. adminiſtri priuata ſuffragante ratione dantur. Eademq; prouiſa ra tione cernimus certo Imperii termino quorundam incolumem con ſeruari ſtatum, quo aut ab hominum genere ſcelerum poenas acer-biſſima animaduerſione repetant, aut ipſi luendis facinorum ſuo-rum poenis grauius occaſuri ſint. Itaq; iure dicimus diuina ratio-ne Pontificis Maximi. S. Q. ſtatum diuturniorem eſſe opor-tere, cum præclare apertum ſit, maxime diuinæ intereſſe ra-tionis, ut cuiq; conditionis ſuæ modo conſulatur. Atqui cum

Quomodo ciui tas Venetorum poteſt expugna ri

Petrus Auria Ve netorum urbē oppreſſit

Quomodo Res pu. durāt p̄ pro uidētiā diuinā

Qđ Florētina Res pu. ꝓpter religionē

Familia Regum Gallorū.

Reges Hiſpano rū & Luſitāoꝝ

Electores Impe-rii

Rationes probā tes Papę & Car dinalium Rem pu. diuturniorē fore cæteris

Prima ratio .1. At qui cum hominum conditio reposcat, ut in extimum appetendorum statuatur, duceq; in eo adipiscendo egeat, cumq; Pont. Max. S. Q: status maxime sit generis humani in finem dirigendi princeps, consentaneum est eum cæteris diutius esse duraturum
Alia ratio .2. Atq; etiam id Rei publicæ genus diutius incolume mansurum uideri debet, quod sit gratia & liberalitate institutum, q̃ quod sit insidiosa hominum occupatione natum, at q cũ eiusmodi status genus Dei sit gratuita largitione institutum, facile iudicandum est, id diutius cæteris esse duraturum, Idq; præclare animaduerti potest, si omnium Rerum publicarum repetantur, ortus quæ omnes præter hoc status genus uideri possunt ui aut aliorum oppressione constitutæ, ut facile ex Assyriorum, Chaldęorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Carthaginensium, aut Romanorum Rerum publicarum ortu iudicari licet: Quin etiam illa
Alia ratio .3. Res publica minus potest labefactatũ iri, quæ inter se coniunctior esse solet: Sed nemini dubium esse potest, huic accidere uni, ut non ciuili societate, sed caritatis coniũgatur nexu qua genus humanum fiat extimæ foeliciratis compos, in promptu esse debet,
Alia ratio .4. eam minus iri mutatum posse. Eademq; ratione dicimus, Id genus Rei publicæ debere iudicari firmius, quod magis sit intelligenti hominum naturæ consentaneum, quæ perse nullo modo labefactari potest, atqui cum hoc genus magis q̃ alia intelligenti hominum naturæ congruere uideatur, proptereaq; in eo rerũ genere uersetur, quæ per se nullo modo contabescant, nihil causæ esse potest cur minus fatendũ sit, id omnino cæteris iudicari debere
Alia ratio: firmius. Deinceps etiam q̃q̃ in natura singularum rerum genera deleri posse uideantur nunq̃ tamen catholicum genus ita deletum iri solet, ut in altero funditus uim instauratitiam amittat, sed cum eiusmodi Res publica perinde cum cæteris, ut Catholicum cum singularum rerum genere comparari possit perfacile iudicium est, eam minus deletum & conuulsum iri posse, idq; maxime ex eius imperii magnitudine ostendit, quę si ĩ uno quãdoq; potest, hostili puersitate lędi, ĩ altero ex adiecta gratia cõseruari solet quẽadmodũ

ſi patrum memoria ab ea ſit Græciæ labes Bizantino ſuſcepta bello, ea tamen modo Bethycæ, Indiæq; propagatione augeatur: præterea id diuturnius imperium futurum exiſtimari debet, in quo Rei pu. regendæ principes eadem morum ſimilitudine, uiuunt, proptereaq; qui inter ſe eadem morum ſocietate cõiungun, tur, in idem finis genus ſolent rationis communitate duci, ex quo neceſſe ſit, ut idem propoſitũ in uiuendo conſequãtur, quandoqui, dẽ moꝝ ſimilitudo ſit concordiæ cõciliãdę gluten, atqui cum Pont. Max. S. Q. eadem ꝑ propoſita finis ratione uiuant, dubitationẽ nõ habet, quin eorum imperium diutius manſuꝝ ſit: Rurſusq; etiã ſciri poteſt, eam Rem pu: minus natura deſituram, quæ minus analogicam menſionem naturæ ſuæ tranſit, cum dubitari nullo modo poſſit, ſi cuipiam corpori euentuꝝ ſit, ut præſcriptum conditionis ſuæ modum natura deprauata tranſeat, quin ſit in aliud animantis genus tranſiturum, ſed cum facile intellectu ſit, Pont. Max. S Q. minus euenire poſſe, ut extra menſionis ſuę modum accretione augeſcat, ſatis ſigni eſſe debet, minus eiuſmodi ſtatus genus natura deſiturum. Ex quo facile iudicari datur, in eiuſmodi Rei pu. deſcriptione iure unum Pontificem Maximũ eſſe oportere ducem, qui auctor generis humani in ultimum deducendi ſit, uidemus. n. hunc eſſe coeli & totius naturę ritum, ut in omni rerum genere naturæ ratio ad unius adminiſtrantis referat nutum, ob eam ꝑ cauſam dicimus eum in Rei pu. adminiſtrandę modo, adiunctione egere ſenatorum, nam quemadmodum corpus membrorum genere in uita degenda eget, ſic neceſſe eſt, Pont. Max. cohęrentia membra dari, quibus in Rei pu. regendæ ratione utatur, eodem ꝑ modo in muſicis uidemus, ut nunq̃ cantus cadere iucunde poſſit, niſi ſit uocum uarietate nexus, atq; hoc idem cernere in pictura licet, quę nunq̃ probari certa artis ratione poſſet niſi diſpertita colorum uarietate conſtaret, quoꝝ alii umbram, alii uiciſſim eſſent excitaturi lumen: quamobrem iure dicimus ſenatum Pont. Max. ſimilitudine cognata iungi: quo non modo adiutor Pontificatus gerendi, ſed etiam comes cõſilii ineundi ſit: Idq; maxime conſentaneum eſſe probari ratione poteſt, cum perſpicuum ſit multos plura ſcire q̃ unum, faciliusq; unum deprauatum iri poſ,

Alia ratio .6.

Alia ratio .7.

Quomodo Papa iure conſtituitur caput.

Quomodo Cardinales ſũt mẽbra Papæ.

ſe q̃ multos, proptereaq́ homines fere ſæpe opinionis errore plura ſe omnino arbitrentur ſcire q̃ ſciant, ex quo non ſine cauſa erit con fiteri neceſſe iure ei ſenatum adminiſtrum in Re pu. regenda dari, quo ſit in conſulendi & iudicandi ratione comitatior.

DE POTESTATE CARDINAILIVM

QVAE cum ita sint, intelligendum est, duplex esse senatoriæ potestatis genus: unum quod ad singulos priuatim pertinet, alterum quod totius senatus iure continetur: Id.n. quod generatim singulis permitti solet, in priuatam iuris rationem & in magistratuum descriptionem distribuitur: Priuata .n. potestatis ratio multiplex uideri potest: siquidem perspicuum esse debet, non modo cuiq; senatori ius omnium ordinum sacerdotia antegrediundi, sed etiam causarum noscendarum dari, recteq; etiã affirmari potest, ĩ tutelariis cõpitalitiisq; urbanis fanis cuiq; senatori prætoriam potestatem in iudicando permitti: Eodemq; modo intelligi debet, in communi priuatorum legum obrogatione, minus senatorum iura antiquatum iri: ut si modo a Iulio Secundo sit, de priuatorum legum genere antiquando latum, minus causa affirmandi sit, ea rogatione priuata senatoria iura abrogatum iri: quin etiam in ea urbe, in qua litare interdictum execraria promulgatione sit, satis persuasum esse debet, neminem eorum eiusmodi interdicti sauciatione impediri, quominus piatori flamini ius permittere sacrificandi possit: Ideoq; non sine causa singulis uidemus ius aræ itinerariæ utendæ tribui, quo cõmodius quotidie cuiq; facultas litandi & sacrificandi sit. Atq; huic etiam finitima adiungitur religionum tuendarum cura: qualis modo ea uideri potest, qua Dominicus Grimannus patronus cesiæ religioni datur, quod idem dici de uestitus ratione potest, qua senatorio ordini prærogatiua tribui in amictus dignitate solet: in qua non modo uidemus ei esse erythrei pilei, sed etiam byssinæ tunicæ utendæ ius, quo a cæteris amictus raritate distet: eodemq; modo cernimus senatores coccinea toga calyptra uti: quæ ita præclare est ad ornatũ & dignitatem facta, ut nihil in amictu possit excogitari grauius, quæq; ita infra talos late diffusa patet, ut minus eis sit sine laciniario pedisse quo ambulare cõmodum, ex quo intelligi potest lege esse amictoria cautũ, necui sit eiusmodi uti colore fas, qui in senatum sit exuo

Potestas Car. est duplex.

Car. antecedũt omnia collegia ecclesiastica.

Ostieñ & Io. An. ĩ.c. ad liberãdã

In.c. his quę pro eccl'ia .S. Lau. in Damaso:

Iulius .ii.

Altare portatile

ProtectiõesCar.

Do. Grimãus .tt. .S. Marci ,ptector religionis .S. Francisci

Prerogatiua Cardi. in uestitu:

Q đ Car. possũt uti rocheto & cappa

Q đ Car. possũt uti caudatariis.

Q đ Car. q̃ sunt fratres aut monachi nõ possũt uti panno colorato

Cosmus Cardi. Vrsinus

Marcus Saonẽsis Car. Senogaliensis:

Priuilegiũ Constantini.

Q đ Car. possũt uti mula ut in c. nonnulli.

Q đ Car. possũt uti mazariis cũ maza argentea & palafrenariis cõ hastis:

MAGISTRATVS CAR.

Vicecãcellarius: Camerarius Penitentiarius.

LEGATIO CAR.

In .c. legatos de offi. legat.

Egidius Carillus Car.

Lodouicus Bauarus

tiua religione lectus: ob eamq; causam, ut pueri Cosmum Visinum atratum, & .P. Venetum leucopheatum uidimus, sic hodie Marcum Senogaliensem amictum cæsia toga cernimus: nec item minus sciri debet senatorio ordini ius esse Constantini Cæsaris auctoramento datũ, quo ei non modo calcaribus inauratis, sed etiam tolutari mula uti equitando liceat, eademq; ratione institutum cernimus, ut eo℞ cuiq; equitanti, & anteambulo cum argenteo scipione lictor, & circũpedes cum hastis inauratis adsint, eosq; agogus eques cũ insigni uiatoria pera antecedat, quo in substillo facultas senatori, calyptræ mutandæ, & epitogii sumendi sit, nec multo secus increbruit consuetudine usitata mos, ut senatui in palatium eunti, tibicines cum ductili tuba ex, Hadriani mausoleo canant, & a stationariis militibus in uestibulo palatino soleat fistulatore tympanizante plaudi: quo senatoria dignitas honoratior in equitando sit: Magistratuum autem descriptio bipertita numeratur: nã eo℞ alii perpetua potestate pręstant, alii solent in certum pręfiniri tempus: ex hiis .n. qui perpetuo iure utuntur, Proscriba Pontificius, Tribunus Aerarius, & Piator tedentium nominari possunt: Proscribæ .n. potestas est ea, qua Iudiciarii, Compendiarii, Centumuiri, Plumbarii, Libelliones, & qui sunt generis eiusdem continẽtur: & qua animaduertendo cauetur, nequa iudicando aut obsignando fraus insidiosa calliditate fiat: quæ multum sit alteri paritura damni: Aerarii autem Tribuni potestas est, cui præfecti Prætorii, Telonarii, Silicarii, Quæstores, Frumentarii, & uectigalium mancipes priuata sunt lege subiecti: & cuius permagni interest prouidendo scrutari, nequid in Re pu. oriatur audaci fraudatione mali, in quo æraria iactura fiat: At Piatoris tedentium potestas est, qua, ei, quem sceleris patrati tedet, uenia expiando datur: quo mulcta sit in Orco expiatore minor: Eo℞ autẽ potestas, quę in tempus circunscribi solet, in obeunda℞ legationũ genere uersatur, quæ aut ad iacienda fundamenta pacis, aut ad legitima bella gerenda decernitur: qualis legatio auo℞ memoria Egidi Carilli fuit contra Lodouici Bauari dominantis opes, qua est flaminia diuturna tyrannorum uexatione liberata: At uero senatus totius duplex quoq; potestas numerari potest, una, quæ in interregno datur, altera, quę

ei permitti Pontifice uiuo solet: Ea.n. quæ in interregno uersatur, multiplex mandari senatus ditioni potest, nec. n. dubitari debet, quin senatui ĩ interregno sit, quæstorum aut præfectorum decernẽdorum ius, & quin ab eo obuiam iri periculorum magnitudini nascenti possit, quo eatenus incolumis Res pu. seruetur, quoad rite pontifi cia comitia ineantur: ut si Alexandri Quinti interregno, a, sena tu militibus mutuatitia pecunia decerneretur, quo obsisti Ladislai Regis audaci cupiditati posset: At ea potestas: quæ senatui per mitti Pontifice uiuo solet, uaria & multiplex numeratur: Nam cum senatus Pont. Max. tanq̃ capiti membrum annectatur, cũq; non modo sit Pontificis in Re pu. administranda comes, sed etiam orbis terræ sit gentiumq; omnium constitutus iudex, facile affirmari potest, ei quandam iuris coniunctionem in administrãdo dari: qua pontificiæ potestatis fiat affectando & consulendo parti ceps: cum perspicuum sit, ad ea decernenda, quæ dubitationem af ferant, a, Pont. Max. senatum adhiberi solere semper, quo pr̨ stantior sit Rei pu. regendæ ratio. Quare imprimis cum homi nes sunt a, Pont. Max. diuorum ascribendi fastis, senatus maxi me tanq̃ adiutor & cognitor adhiberi solet, ne quis malus insit in uitæ simulatione dolus, neue eiusmodi in diuos relatio ostentatiõis aut quæstus causa queri uideatur: ut si Leopoldus Auster Ma ximiliani Cæsaris atauus ab Innocentio octauo in diuos referen dus esset nihil deberet esse caus̨ quin senatui per Pontificem lice ret scrutari ante uit̨ peruulgat̨ bona, quo testatior esset in cõse crando fides. Eadem q; fere est indulgendi ratio: cum potestas pa tritio legato datur, qua ei sit mulctæ remittendæ ius ut si cuipiam ex mulcta remitat, si Gaditanam peregrinationem suscipiat: aut si ad Asiaticum proficiscatur bellum, in cuius uictoria sit Rei pu. constituta salus, nihiloq; minus dicendum est, cum a, Pont. Max. culpæ multa liberantur hi, qui aut demones ad percõtandum euocare solent, aut qui malefica sagarum ratione utuntur: Quod idem iudicari de uoti sponsione potest, cum mulieres, quæ in cæ libatu uiuunt, aut rite sacris initiat̨ sunt, liberatoria .S.C. uenia cõ nubio temporis causa colligantur: ut si Constantia Guillermi Nea politanorum Regis filia Herrico Cæsari ex sacrario educta nubat

POTESTAS CAR. SEDE VACANTE
Alexander .v.
Ladislaus Rex
POTESTAS CAR. VIVẽ TE PAPA
Collegiũ Car.
In.c. fudamẽta
In .c. decreto.ii. .4.vi.
In .c. sacrosãcta dist.xxii.
Archidiaconus.
DE CANONIZATIONE SANCTORUM.
.S.Leopaldus
Maximilianus Cæsar
Innocentius.viii.
DE INDVLGENTIIS .2.
DE INCATATIONE .3.
DE VOTO 4
Constantia Monacha
Herricus Cesar

quæ causa regni conseruandi sit : Nec item multo secus intelligi potest, cum feriarum constitutarum die, ex . S . C . locus iudicio causę non scendæ sine comperendinatione datur : quãdo scilicet aut adulterii metu est de sponsu cõnubiisque iure disceptandum, aut tarditatis discrimine flaminalia comitia ineunda sunt, siue conficiendi oportunitate belli, quando scilicet, cum immani teterrimoque hoste confligendum sit : ut si proximo nataliciarum feriarum die, ex . S . C . Rhodiis limitaneis cum Baizete Otomano ius prælii ineundi detur : quo aptior occasio belli conficiendi periculique auertendi sit: Itidemque prope dici de paricidii ratione potest : cum hi qui aut nocturnum necarint furem, aut qui uxorem propter adulterii probrum a, se occisam esse fateantur, siue hi, quibus legitimo belli iure causa hominis occidendi fuit, recuperatoria uenia liberantur . Eademque ueniæ ratione sciri debet, solere liberari eos, qui furti, peculatus aut repetundarum postulari possunt, quique lucrum ex uectigalis portoriique noui institutione quærunt : ut si dicamus a, Bernaboue Vicecomite uinarium aut salarium uectigal excogitari nouum, in quo publicũ fiat persoluendo damnum : Quin etiam idem est affirmandum de testimonii dictione falsi : cum hi liberari petunt, qui lędendi cupiditate, eo testimonii genere utuntur, quod alteri obfuturum sit, aut q testimoniũ studio religionis obtrectãdę dicunt, quo sapere uideant altius ut sępe ei generi hominũ accidere uidemus, a, qbus inutile colligitur in litterularum ieiunitate mel : Ex quo perspicuum esse debet idem dici de sacrorum ratione posse : cum temporis causa ex . S . C . aut ius tributim permittitur ritus ineundi noui, aut eorum status mutatur genus, qui sacris faciundis præfuturi sunt . Idque multo est intelligendum magis, cum de fidei membrorum mutandorum ratione disputatur, cum ex Pont . Max . sententia is pręscribitur credendi modus, in quo cuncta reperiantur ea, quę in fidei decreta consignata cadant, siue tantum loci membrorum accretioni datur, quantum sit ad uim eorum enodandam satis : Atque etiam apertum esse potest, simili in genere ciuile Pontificiumque uersari solere ius, cum in altero aut pernitiosę emendãtur leges, aut rectum quęritur in rerum diiudicatione iter : In altero uel pontificum edicta negocii causa abrogantur, uel nouarum augentur latione legum : Vt a,

DE FERIIS .5.

Equites Rhodiani:

DE HOMICIDIO .6.

DE MATRIMONIO .7.

DE FVRTO. .8.

Bernabos Vicecomes:

DE FALSO TESTIMONIO .9.

DE SACRAMENTIS .10.

DE ARTICULIS FIDEI .11.

DE IVRE CIVILI ET CANONICO .12.

Bonifatio octauo & a Clemente quinto factitatũ cernimus: siue cũ de sacrorum cõmentariorum, aut diuorum sententia disputatur, quatenus scilicet sit credere eorum religiosę præscriptioni fas: Vt si in litteria ab Archigrãmate exquisita ratione affirmetur, quod a .D. Thoma in ea opinatione retinendum sit, qua affirmat Pont. Max. indulgere uotiuę castitati posse. P. M. S. Q. interfit decernendo pręscribere, quatenus sit utrius credere rationi fas: quę eadem sũt de priuatarum legũ largitione dicenda: Cum quandoque propter morum uoluntatumque mutationem, causa auctoramẽti dandi aut adimendi sit, ut si modo dicamus iure Rhodios equites .S.C. uectigaliũ immunitate donari, proptereaque assiduo bello cum Turcarum genere pro omniũ incolumitate pugnent, aut contra Armenios iure auctoramenti honore excludi, proptereaque auelli a letali transfugarum credulitate nolint: Ac rursus eadem fanorum collocandorum ratio iudicari potest: cum uni plura fana extraordinaria pręrogatiua dantur, q̃ cęteris dari dispertita ratione soleant: ut si plus fanorum Pico Mirandulæ q̃ alteri dandũ esse affirmaretur, proptereaque unus inter multos ingenii luce pręstaret, plusque eius quandoque doctrina esset Rei pu. allatura boni: Itaque nõ minor causa disputandi de Gymnasiorum genere decernendo datur, cũ statuẽdũ est, ut tributim in minorum põtificũ dictione sedẽtaria auditoria fiant, quo quotidie explicari possit theologumenon quęstionum genus: Atque etiam pretereundum non est, idem esse religionũ ferendarum aut abrogandarum ius, quoad scilicet aut quibusdam uita durior permitti .S.C. patientia considerata solet, ut sępe est in senatu de Cartusiensium religione disputatum: aut nequior uita improbatur, ut .S.C. est de templariorum, aut equitum uoluptariorum religione antiquanda factum: Siue quando quidam propter scelera flaminio, aut pontificio honore abire coguntur: quemadmodũ quosdã pontifices minores a Bonifatio .ix. legimus pontificia dignitate motos, proptereaque adulterina diplomata audaci calliditate obsignassent, aut contra cũ his datur in senatoriũ ordinem redeũdi locus: q senatui sint priuato magis odio q̃ iustitiæ ratione moti, ut olim est Clemente .v. referente de Columnesium senatorum restitutione latum: sine causa est Pontificis minoris mutandi aut decernendi noui: Similique prope modo est de concedendi ratione dicendum, cum regibus

Sextus Bonifatii .viii. & Clementine

DE CõMETARIIS DOCTORum ECCLesiaSTICOrum .13.

Cancellarius Parisiensis

.S. Thomas

DE PRIVILEGIIS .14.

Armenii

Rhodii

DE COLLATIONE BENEFITIorum .15

Picus Mirãdula

DE ORDINaTIONE StuDIOrum .16.

DE ORDINaTIONE RELIGIONum .17.

Cartusienses

Templarii

Fratris gaudentes

DE PRIVATIONE .18.

DE RESTITuTIONE DIGNITATIS .19.

DE CONCESSIONE: 20.
Ferdinádus Rex Hispaniæ.
DE POTESTATE SECVLARI :21.

ex. S. C. fanorum uectigalia decumana dantur, quo his causa maior Rei pu. tuendæ & imperii dilatandi sit: ut si Ferdinando Hispanorum Regi uectigalia fanorum decumana Innocentio octauo referente cócedi diceret, quo ei causa cómodior Bethyci belli cófi ciundi esset: Quare hoc idem potest de profana potestate dici, cum perspicuum sit, ad Pont. Max. pertinere de uniuerso genere humano iudicandi ius: idq; maxime ostendi rationis præscriptione potest: nam cum finis sit earum dominator rerum, quę in extremú statuantur, quo uicissim inter se res naturę suæ modo congruant, cumq; nullo modo dubitandum sit, quin maxime proprius huius potestatis limes extima foelicitas uideri possit, ad quam homines debeant Theologicarum uirtutum consignata patefactione duci, & quin profanę potestatis finis ciuili sit foelicitate præscribendus, ad quam, morum ratione humanum deducatur genus, cumq; minime negari possit, quin is finis præstare uideatur magis, qui ad eam fælicitatem statuatur, quæ sit futura sempiterna, q̃ is qui id foelicitatis contuetur genus, quod suapte sit natura desiturum satis in promptu esse potest, eiusmodi potestatis genus præscribere debere cęteris uiuendi & parendi modum: quo homines ad appetendorum extimum reuocentur, atqui cum Pont. Max. potestas generis humani sit in appetendorum ultimum dirigendi dux, facile concedi debet, cęteris eam posse prescibere parendi & uiuendi modum, quo possint in appetendorum extimum consignata ratione duci. Itaq; ob eam causam iure dicimus, imperatorem qui sit totius generis profani princeps. P. M. S. Q. armatum administrum dari, qui maxime impendentium, periculorum magnitudini occursurus, fanorumq; tuendorum curam suscepturus sit: Nam cum Pont. Max. permagni intersit pacis obire constituendę munus, quo liberior hominum generi pateat ad extimam foelicitatem uia, facile affirmamus ius ei imperatoris decernendi dari, quo eo tanq̃ belli duce possit in concordia conseruanda uti, quæ sit bonum habitura pacis: Id tum maxime ad Potificis potestatem pertinere dicimus, cum imperatoris comitiis bini solent suffragatorum obuaricatione legi: Vt Herrici interregno legimus Federicum Austrú, & Ledouicú Bauarú Imperatores esse suffragantiú diuulsione factos, aut pacis constitué

Ratio probans Pont. Max. habere potestatẽ secularem:

Q đ Ipator ẽ minister Eccl'ię:

DE ELECTIONE IMPERATORIS :22.
Herricusprimus
Federicus đ Austria
Lodouicus Bauarus

dę ratione, ut si hisdē comitiis Pont. Max. iubeat renunciari eum cui iure sit Imperium delatura uirtus: aut surrogandi Imperiiq; alteri adiudicandi iure, ut est a Clemente sexto ex senatus sententia de Lodouici Bauari perduellionis imperio abrogando, deq; Carolo Boemo surrogando latum: Siue disidia aut potestatis obeundę inscitia, cū quis ita sit imperii administrandi expers, ut iure uerendū uideatur, nequid ob eius inscitiam sit Res pu: habitura damni, ut Venceslao primo cōtigisse ferunt: Aut perduellionū opprimendorꝫ causa, cū ita eius mali labes multorꝫ contagione serpit, ut ei minus obuiam iri sine præstantis imperatoris lectione possit: Ex quo etiam apertum esse debet, suffragatorꝫ genus.S.C. mutari in comitiorꝫ ratione posse, quo aut obuaricantium tollantur studia, aut causa præstantiorꝫ asciscendorꝫ detur: Eodemq; modo dicimus.S.C. intercedere suffragantium lationi posse, quominus illis sit eius renūtiandi ius, qui uideatur Rei pu. futurus hostis, aut eorꝫ potius fauere parti, qui probiorem renuntiari uelint: nec multo quidem secus dicendum est, temporis causa.S:C. solere hęreditariū succedendi ius in imperio mandando dari, cum præsertim aut comitiorꝫ discordiæ sedantur, aut cognita est imperatoris designandi uirtus: quemadmodum est de Maximiliano Cæsare.S.C. Sixto quarto referente factū, latumq; ut ei esset cum Federico patre regnare licitū, cum in eo cuncta reperiri uiderentur ea, quę requiri in designādo possent, nec expectandus esset in eius futuro imperio experiundi casus. Quod cū perspicuum sit, sciri etiam debet, idem posse de omni regum genere dici, cum Pont. Max. sit nationū gentiumq; omnium constitutus iudex, ne tenuiores ualentiorum potestate præmantur, neue iustitiæ munus occasurum uideatur, quare cum Reges iustitiæ obliuione capiuntur, iure Pont. Maximis iniuriis extimandis recuperator constituitur, ut cuiq; sit locus prouocandi & iuris retinendi sui: Ex quo non sine causa ei potestas regni abrogandi datˀ: nam cū duplex sit iustitię genus, unum quod singulis priuatim congruit, quo aut pontentiorum opibus oppressi liberantur, aut facultas prauis nocendi tollitur: alterꝫ cōmune, quo non modo homines ad bonorꝫ genera ducuntˀ, sed etiam adimitur Rei pu. perturbādę uia, satis intelligi debet, propter hoc duplex iustitię genus,

Clemens .v.I

DE DEPOSITIONE IMPERATOris .23:

Venceslaus primus

DE MVTatione ELECTORVm.24.

DE PROHibitione ElectOrꝫ .25:

DE IVRE Succedendi in IMPERIo.26

Maximilianns Cæsar

Sixtus .iiii.

DE CORRECTIONE ReGVM .27.

In.c.ad Romanam ecclīam dist.11.4 vi.

In.c.quicūq; litē habens dist.xi. .4 i.

DE DEPOSITIONE REGVM .28.

In.c.grādi ꝺ̄ ſup plen.negli.p̄la. lib.vi.
Zaccaria Pont. Max.
Federicus .ii.
In.c.q cōtra diſt. .xi..4.1 &.c pe nultimo diſt.xv .4.vi.

Pont. Max. permitti abrogandi ius / quo rite utrūq; iuſtitiæ explea tur munus : Itaq; ob id quendam Galloꝝ Regem . S . C . Zacca/ ria Pontifice referente regno mulctatum legimus/ proptereaq; prop ter ingenii tarditatem & inſcitiam regni gerendi uideretur expers : At cōmunis iuſtitiæ cauſa memoriæ proditum eſt . S . C . mulctā fuiſſe Federico Sueuo Imperatori dictā / iuſq; faſcium utendoꝝ & & regni adminiſtrandi demptum / proptereaq; ſeueritatis ſpecie eſ/ ſet ſenatum Rempublicamq; delere conatus / nullaq; Pontificii in terdicti ſauciatione terreretur / quominus abeſſe a / Re pu . uexan da uellet : Ex quo ſatis apertum eſſe poteſt Pont . Max. in omni poteſtatis genere ſolere / ſenatus conſulētis auctoritate uti/quo lex la ta uideatur decernendo ſanctius :.

DE ELECTIONE PAPAE.

EODEMq; modo est de Pontificia lectione dicendũ: quæ maxime senatus iudicio & potestati datur: q̃q̃ hoc loco a multis affirmatur Pontificem Maximum diuina potius debere q̃ hominum nominatione legi. Nam cum nihil Pontificatu esse putent ex omni humanarum rerum genere maius facile sibi concedi oportere credunt, eum sine intermedio debere diuina nominatione dari: quibus sane responderi potest, minime Deum per se sine intermediis omnia rerum genera moliri, nam ni ita esse diceretur, facile intelligi posset, creatarum uacationem esse rerum, frustraq; rata rerum munia uideri: quandoquidem id frustra nominari possit cui proprium adimitur obeundi munus: Q đ si hominum generi Pontificis eligendi ius adeptũ uideretur, nihil abesse posset, quin fateri cogeremur, legitima eos diuinarum reꝝ functione fraudatũ iri cum plane bene notum sit, homines inter cætera animantia ad diuina administranda pręclara quadam conditione nasci: Ex quo intelligi iure potest, eum Pontificem diuina nominatione dici, qui sit eorum hominum iudicio & suffragatione factus, quibus maxime sit Pontificum legendorum ius: Itaq; multis est exorta causa, cur affirmare audeant, non omnes fuisse Pon. Maximos post. D. Petrum suffragantum approbatione lectos, cum ab eo Clementẽ Primum renuntiatum fuisse sine legitima comitiorum ratione probent: Nos autem dicimus Clementem uitii dirimendi causa, Pontificatu abire uoluisse, nequid de cõmuni suffragandi libertate diminutum uideretur, interregnumq; usq; eo initũ fuisse, quoad ei esset cõmuni suffragatione surrogatũ: Idq; probari certa ratione potest, nam si lex de comitioꝝ habendoꝝ ratione feratur, quę Pont. Max. succedendi iure renuntiari iubeat, satis argumenti esse potest, sacerdotium maximum in casus fortuita uarietate poni, quo nihil esse potest a certa comitiorum ratione disiunctius, cum perspicuum sit imperium generis humani arte debere potius q̃ fortui-

Vtrum Papa debeat eligi inmediate a Deo. 1.

Opinio quorundam

D. Petrus

Clemens Primus

Vtrũ cõuenientius sit Papam fieri p̃ successiõe q̃ p̃ electionem. 2.

ta sortitione dari: Ex quo iure est, promiscua lege cautum, nequa hominum exceptio in Pontifice legendo fiat, ob eamq; causam uidemus, nulli unq̃ hominum generi seclusum fuisse pontificatus adipiscendi iter, quo ratio certior uirtutis seligendæ esset, prouisumq; fuisse communi ratione semper, nequa generis officeret uirtuti ascendenti nota. Itaq; alios ex sutoria officina, alios ex coctilitia taberna, nonnullos etiam ex alutario artificio ad sacerdotium maximum obrepsisse legimus: Sed maxime hoc loco disceptari solet, num senatui tantum potestas Pont. deligendi detur, siquidem multi communem generis humani herum, communi hominum consensu legi debere putant, at qui cum Pontificem Maximum omnium gentium principem esse dicant, perfacile intelligi uolunt, omnium gentium hominibus deberi Pontificis surrogandi ius: idq; etiam argumento probare conatur: nam quemadmodum Pont Maximo dari dicunt uniuersæ Rei publicæ administrandæ munus, sic etiam Pontifices minores uolunt ad obeundi muneris acciri partem, atqui cum partis interesse dicant, ut maxime integritati consulat, satis apertum esse affirmant, Pont. Maximum debere eorum suffragatione legi. Contra autem affirmatur, latas esse leges, quæ Pont. Maximum iubent nominari eum, qui legitimis comitiis fit, senatus nominatione factus, idq; rationi consentaneum uideri dicitur, cum satis perspicuum sit, in suffragii ferendi modo paucorum tutiorem esse uiam, multosq; inter se natura solere diffidere: cum autem Pontificatus interregnum suapte natura timendum sit, facile intelligi datur, quo paucioribus remediis consuli impendentium discriminum rationi potest, eo tutiorem opis iudicandam esse lationem, atqui cum multo sit senatorum, quamPontificum minorum numerus contractior, perfacile iudicium est, iure senatui deberi Pontifici Maximi surrogandi ius: Eodemq; modo quæritur, cui nam maxime ius suffragii ineundi detur, si senatus cunctus comitii ruina, aut eadem fati necessitate opprimatur: multi enim tum Pontificem Maximum, compitalitiorum flaminum suffragiis, plębisq; Romanę scito legi oportere putant, quibusdam etiam Imperatorum generi suffragii lationem permitti de-

Vtrũ electio spectet ad collegiũ tantum .3.

.C. licet
.C. ubi maius
Clemen. ne Romani.

Vtrum deficiẽte collegio electio Papæ deuoluatur ad cõcilium generale: .4.

bere placet, nonnulli uero magis interregnum iniri conuenire dicunt, flaminalesq; omnes acciri debere generis humani tri-bus, quo legitima Pontificis surrogandi comitia habeantur: quorum quidem maxime est probanda sententia, nam si Pont. Max. flaminum Romanorum suffragatione plebisq; scito renun-tiatus diceretur, facile tum intelligi posset, locum suffragiorum lationi obuiam eundi esse, causamq; intercedendi dari, quominus posset pontificia potestate uti: quo nihil est in tota pontificalium comitiorum ratione cauendum prius. Sed summa hominum dis-sensione disputatur, num is Pont. dici in hac comitiorum ra-tione possit, qui sit plurium senatorum suffragatione factus, in quo quidem dubitari nullo modo potest, si is sit una atq; constan ti senatus nominatione lectus, quin iure Pont. dici extraordina-ria ratione debeat, cum satis perspicuum sit, senatui in comi-tiis ius ueterum obrogandarum legum, nouarumq; ferendarum da ri: quo temporis causa tutius lectioni consulere lege comitiali pos-sit: ut Bonifatii Noni interregno a senatu factitatum legimus. In quo tamen intelligendum est legem esse comitiali ratione la-tam, quae eum sacerdotem maximum nominari iubet, qui sit dua-rum senatus partium suffragatione lectus, idq; apparet considerata ratione fieri, nam si Bini Pontifices diffidentium senatorum ęqua-li nominatione legerentur, facile sciri posset, neutrum tum Pont. cem Maximum debere dici, sed rem ad oecumenicam concionem esse reuocandam, rursumq; iniri debere interregnum, quo Pon-tificiis comitiis ius legitimum suffragiorum ferendorum esset, quod cum maxime lõgum periculosumq; iudicari posset, satis est cauta ra tione prouisum, ut duabus senatus partibus ius Pont. Max. renuntiandi sit: Itaq; in Pontificatu mandando uidemus hunc suffragandi increbruisse usum, ut in comitiis cuiq; senatori sit trium nominandorum locus, iusq; lecto ea nominatione au-geatur. Ex quo etiam intelligi debet, senatoria suffragia perinde ra-ta haberi subscriptione posse, ut a tot senatoribus nomina-tim subscriptum sit, quo duarum senatus partium numerus ex-pleri uideatur: Quare iure est causa Ostiensi senatori data, cur affirmaret, subscriptionem usq; eo debere probari, quoad la-

Vtrum Car. pos sint ordinare ut is q̃ hĩt plures uoces in scruti nio sit Papa. 5.

Scisma Bonifatius. ix.

Vsus nominãdi

Car. Ostiensis

re probari, quoad latio suffragiorum sit, eamq; usq; dum pendere opinatur, quoad sit aut senatus consensu discissa, aut ad alia obeunda munia ex comitiali sacello discedatur, obeamq; causã permagni referre dicitur, num aliquid ex interuallo sit suffragiorum accretioni loci, siquidem Ioannes Andreas locum opinatur suffragandi accretioni dari, dummodo haud quaquam sit suffragia scrutari desitum, nec causa ad alia munia decedendi sit, at uero uaferrimus iurisperitorum Baldus, accretionem ex interuallo ratam haberi debere putat, etiam si latio suffragiorum pendere dicatur, nec quicquã abesse opinatur, quin suffragii ineundi ius amissum in uideatur, si sine causa ex comitiali sacello discedatur, Eodemq; modo causa inquirendi datur, num senatores ultro abire suffragiorum latione possint, Osthiensis enim senator, qui in eiusmodi causa fuisse dicitur, negat, cuiq; esse senatori ius, ut ultro abire suffragandi potestate possit, nec enim conuenire dicit, ut ius publicum, priuata pactione obrogetur, cum satis in promptu esse dicat, si uni ius suffragii abrogandi sit, nulla ratione interdici, quin idem cæterorum quoq; potestati detur, ex quo euenire posse arbitratur, ut summa Rei pu. iactura ex interregni diuturnitate nascatur, at hodie contra uidemus rogationem esse lege abrogatoria latam, ut cuiq; senatori potestas pontificia suffragatione abeundi sit, ita tamen ut ei adimatur postliminium, & ad suffragia redeundi ius, Sed utrum senatores pontificiis comitiis moueri possint, magna hominum dissensione dubitari solet, in quo quidem apertum esse debet, nullo modo senatorum generi posse aditum ad suffragia ferenda præcludi, nec ita eos, aut pontificia sica sauciari, aut muneralis postulari ambitus, siue ita exleges exauctoratosq; iudicari posse, quominus aut eis sit pontificis surrogandi locus, aut ipsi minus esse pontificii candidati possint: At uero cum sciscitatio interponitur, utrum comitia a senatu possint aliqua suspitione trahi, satis notum esse debet, senatum nulla astringi potestate posse, quominus, si ei, e, Re pu. uideatur, trahere interregnum possit, id q; potest uaria ratione nasci, ut si ex potentissimorum hominum postulatione quæratur, utrum a senatu sit gerendus Federici Aenobarbi uoluntati mos,

Vtrum accretio uocũ habeat locũ ex interuallo 7.

Io. Andreas in .c. licet.

Bal. in cõsilio p Vrbano sexto: .64. dist. c. si for.

Vtrũ Car. possint renuntiare uoci suę .8.

Osthiẽsis .l. ius publicũ. ff. d pactis

Vtrum Car possint inhabilitari: .9.

Vtrũ Car. possint differre electionem. .10.

Federicus Barbarussa:

qui mirifice a senatu petat, Pontificem Max. ex gentilicia propinquitate legi: aut ob eam causam longum interregnum ineundũ sit, quo nihil iuris uideatur ex senatoria potestate demptum: siue praesentium armorum metu, ut si Alexandri Sexti interregno quaeri uideatur, utrum eatenus duci comitia debeant, quoad Caesaris Borgiae militibus causa, ex urbe abeundi sit: quo tuto comitia haberi a senatu possint, siue iniectae spei ratione, ut si in secessione senatorum Benedictus duodecimus recipiat se pro concordia ordinis abire pontificatu uelle, quo causa legitima comitiorum habendorum sit: Aut captiuorum redemptione senatorum, ut si Caelestini quarti interregno quaeratur, utrum usq; dũ interregnum ineundum sit, quoad senatores ex tetro funestoq; Federici secundi carcere liberentur. In quo tamen intelligendum est, iustam, necessariamq; nõ commentitiam interregni ducendi uideri debere causam, ut si dicatur comitia certorum senatorum fraude malitiosa trahi, quo aptius tempestiuitas quem uelint deligendi cadat, aut dolose fingatur senatum quorundam regum dominatu impediri, quominus statuere possint interregni diuturnitati modum. Ob eam q; causam fatendum est, maxime senatus sapientis interesse, palam interregni diuturnitatis explicare causam, nequid appareat in hac comitiorum ratione signi, quo aut pontificia lectio senatus malignitate negligi, aut secessionis causa flammaq; malorum excitari uideatur. Eodem q; modo uidendum est, qui nam pontifex uitio factus putari possit, in quo quidem sciri debet, eum minus rite lectum iudicari posse, qui repperiatur in hereseos latrina uolutari sciens, cum plane bene notum sit, ad Pont. Max. pertinere perduellionatus cognoscendi ius, nec consentaneum esse uideatur, eum, qui eiusmodi sceleris cognitor futurus sit, eadem tabis inquinatione pollui. Nec item quicq̃ est causae, cur multo secus de eo iudicari debeat, qui maxime sit coniugii societate nexus, ut Petro Corbariensi insititio pontifici contigisse legimus. At uero siquem nundinatione renuntiatum esse dicamus, dubitari nullo modo potest, quin fateri cogamur, eum minus debere uitio uideri factum, sed irrogandam esse potius legenti senatori mulctam causamq; ei esse debere poenas ambitus, exauctoratione dandi.

Alexander .vi.

Caesar Valẽtinus

Benedictus .xiii. antipapa

Captura Cardinalium:

Caelestinus .iiii.

Federicus .ii.

Cardinales debẽt publice allegare causã suspensionis electionis.

DE ELECTIONE VITiosa .ii.

De eo qui sit uxorem:

Petrus Corbariensis antipapa

Cardi. debeat puniri qui cõmittunt simoniã in electione

Itaq; facile intelligi datur, satis esse lege muneralli cautum, ne tum ius tertiæ senatus parti reclamandi, aut intercedendi sit, quominus is Pont. Max. comitiis calatis fiat, qui sit etiam nundinatoria suffragatione lectus. At tum maxime lectio iudicari uitiosa debet, cum ante interregnum senatores inter se uiam pontificatus mandandi, aut adipiscendi quærunt, collegarumq; studia fauentium astringere, re clandestina subscriptione uolunt, Marcus quidem Barbus Venetus, quo nemo putatus est illis temporibus in senatoria dignitate probior, cum ante Sixti quarti interregnum, a quodam ambitioso senatore rogaretur, ut nomen suum adscribere certorum senatorum occulte lectioni uellet, respondisse dicitur homo tam existimationis retinendæ q̃ animi morsus fugiendi cupidus, abortum immaturo fieri solere partu: Quod idem dici de largiendi ratione potest, cum aut pecunia aures tentantur senatorum, aut nomina nummatorum pactione fiunt, siue trapezitę dantur ęraria stipulatione uades. Idemq; etiam tum minus ratum uideri potest, cum senatores, uel amicorum precibus, uel potentissimorum regum gratiæ in suffragando cedant, seq; nullum pontificem situros pollicentur, qui futurus uideatur aduersantium senatorum fautor: ut est in Clementis quinti comitiis Nicolao Pratensi auctore dolosa suffragatione factum: At uero cum in interregno senatus uel de pręscribendo suffragandi modo, siue de pontificatu mandando consulitur, apertumq; sit, nihil inesse in comitiorum habendorum ratione doli satis in promptu esse potest, consulendi suffragiiq; ferendi modum uideri debere ritum: Itaq; non sine causa quęri solere scimus, num suffragia uitio uideantur lata, quæ impendentis periculi terrore fiunt, in quo quidem est Vrbani sexti comitiis magna contentione pugnatum, senatusq; est transalpinorum senatorum secessione diuulsus, cum affirmarent hernicorum concursione nocturna, armatorumq; romanorum metu, qui ad delendum transalpinorũ nomen, ad senatorumq; imminerent cedem minus se in comitiis esse potuisse tuto, minusq; fuisse eis liberam animi optionem in suffragando datam, itaq; memoriæ proditum est propter hoc metus iniecti uitium, non modo his ab Vrbano causam fuisse desciscendi, sed etiam ab his quęsitum interregni ineundi modum, quo Vrbano dies uitii aberuncandi

Practica est uitiosa ante mortẽ Papæ

Marcus Car. S. Marci

Sixtus .iiii.

De symonia.

De gratia:

De practica post mortem Papæ

Clemens. v.

Nicolaus Pratensis

Vtrum electio sit uitiosa propter metum

Scisma in Vrbani sexti electione

causa diceretur, senatuiq; esset nouorum comitiorum habendorum ius, ne quid uideretur de legitima suffragandi ratione diminutũ: Ex qua secessione euenisse dicitur, ut octuaginta annos Res pu. sit binos Põtifices in dissidii peruersitate nacta, diuq; ambigua sit contentione disceptatũ, uter Pontifex rite posset in Re pu. administranda dici, aut utrę senatus parti esset legitimũ suffragii ferendi ius: Ex quo iure causa Baldo contra transalpinos arma capiendi fuit, locusq; insiti mali conuellendi datus. At uero Nicolaus Siculus, quo nemo est in Pontificaliũ legũ descriptione abundantior, cum maxime cupiat patefacere omnem hunc inuolutum in disceptando locũ, Rẽ totam generis, uel hominum secretione discerpit, nam cum dicit, senatũ periculi terrore cogi, ut quempiam certa & priuata quadam pręscriptione legat, maxime tũ suffragia uitio lata uideri debere putat, quandoquidem affirmet non modo consensũ, sed etiam liberum senatus consensum in suffragando postulari: At cum senatum astringi formidine insidente dicat, ut quempiam ex quodam hominũ genere suffragando legat, nihil tũ abesse opinatur, quin rata suffragiorum latio iudicari possit, cuius quidem sententię minus pleriq; assentiri uolunt, propterea φ ea arbitrentur liberum adimi comitiorum ius, senatumq; putent de suffragiorum libertate pelli: Sed si contentio oriri uideatur, quę nam legitima formido uocari possit, qua Pontificia comitia uitiosa fiant, in promptu esse debet, eum iustum oportere nominari metũ, qui cadere in hominem constantem possit, nec.n. conuenire dicimus senatum, qui princeps generis humani sit, quiq; in subeundis repellendisq; formidolosis rebus pręstare animi magnitudine debeat, in becilla impendentis mali opinatione quati, inaniq; periculi suspitione frangi: Quandoquidem imbecilliores animi partes sint superioris rationis pręscriptione regendę, nec debeant tenui mentis assensione, aut quadam animi fuga impediri, quominus certe consideratęq; rationi pareant, ob eamq; causam dicimus peruerso quadam metus opinati mali, comitia minus fieri debere uitiosa, propterea φ metus, cum a naturę suę pręscriptione recedit, formidantis imbecillitate expendatur, plusq; pauoris formidine opinata afferat, q̃ sit certę constantiq; rationi satis: Idq; sæpe usu hominum generi uenire scimus, qui in nocturnis formidolo

.xiii.disputationes in cappella Regis Hispanorum cõtra Vrbanũ Sextum Baldus in cõsilio pro Vrbano .vi. Abbas Siculus in.c.licet

In .c. cũ dilectus

Metus talis esse debet qualis debet cadere in hominem constantem:

.ff.φ metus causa.l. metum autẽ non uani hominis

Vtrũ Car. debe/ant eligere do/ctiorem .12.

fisq; itineribus / sæpe truncum / hominem esse opinantur / omniaq; efficiunt metuendo grauiora: Atq; etiam permagni referre dicitur / num is Pontifex a / senatu renuntiari debeat / qui longe cęteris do/ctrinæ magnitudine antecellit: Nos .n. cum magna præsidia ei debere suppeditatum iri uideamus / qui sit suscepturus generis humani fasces / facile affirmamus / eum debere senatoria nominatione legi / qui longe doctrinarũ studio præstare uideatur / idq; honestius & utilius fieri posse dicimus / si senatui perinde docti hominis ac inscii facultas renuntiandi sit / ut si Pauli .ii. comitiis disceptatio nasci uideretur / utrum Pontifex Bessarion Nicenus / an Lodouicus Patauinus renuntiandus esset / cum inter se tanta doctrinę longinquitate distarent / dubitari non posset / quin Bessarion esset renuntiandus magis. At uero si rudior sit suffragiorũ ratione prior / lectioq; uideatur sũma senatorum uoluntate rata / nec obuiam possit lationi sine periculosa contentione iri / satis apertum esse dicimus / legentem adscribere debere suum collegarũ suffragationi nomen.

Paulus .ii. Bessariõ Nicenꝰ & L. Patauinus Patriarcha

Quomõ Cardi. possũt confor/mare cõsciẽtiã suam cũ aliis:

Qđ si pares suffragiorum ęqualitate sint / nihil causę esse arbitramur / quin perspicuum sit / doctrinarum studia a / senatu fieri debere pluris / cum natura rectum sit / rudiorem a / doctiore præstantię commendatione superari / ex quo quidem intelligi debet / cum hi qui doctrinæ magnitudine excellunt / a / rudiorum senatorum genere in Põtificatu adipiscendo superantur / gratiam non causam solere spectari / suffragantiumq; senatorum genus restituendæ / uel inchoandæ gratiæ aucupari tempus / in quo non potest a / rationis præscriptione reclamari magis: Sed cum res / a / nobis comparando secernitᷣ / intelligendum est / nos non de eo sapientũ genere disputare / qui reperianᷣ negociorũ tractandorũ & Reipu. administrandæ rudes / ut est memorię de quodam philosophorum genere mandatũ / sed meminerimus nos de eo hominũ genere disputare / a / quibus fieri uicissim possit utriq; rationi satis ⁘

Qui sunt scien/tes & nõ habẽt practicam agi/bilium

Qui habent praticam agibiliũ & scientiam debent creari.

DE CONSISTORIO.

NVNC autem sequitur, ut de senatus habendi ratione dicatur: quę quidem maxime in consulendi genere uersatur: cum autē perspicuū sit, homines alieno consilio in rerum tractatione egere, primū erit de cōsilii ratione dicendum: Nam q̄q̄ facile homines exquirere per se possint ad negocia pertractanda uiam, abesse tamen non potest, quin is maxime sit iudicandus rerum humanarum rudis, qui iudicio suo tantū uult in rerum tractatione uti: Quandoquidem satis in promptu sit, multos plura scire q̄ unum: at cum maxime consiliū sit rerum eligendarum indagatio, dubitari nullo modo debet, quin de his sit dicendum prius, de quibus minus senatus consuli certa ratione potest: Nec uero attinet de ęternis, aut de his fieri debere consilium, quę semper eadē cōstāti natura mouent': quis.n.putat cōsiliū sibi esse ineūdū aut de quotidiana circuūectione solis, aut de menstrua uicissitudine crescentis aut se nescētis lunę? Cum sempre eadem & equali conuersione ratoq; annuo inflexu moueantur: nec item quicq̄ est causę cur sit de fortuitarum rerum euentu consulendum, cum nec a libera animi optione nascantur, nec possint humanorum operum effectione mutari, at cum perspicuū sit, consilium in singularum uersari questione rerum, quę ab operum nostrorum actione dimanant, intelligendū est primum, quales nam incōsulendo sententiaq; dicenda senatores esse debeant: quibus maxime est potestas Rei pu. regendæ data. Itaq; primū sciri debet homines his habere solere in consulendo fidem, qui repperiantur in uitę perpetuitate probi: cum satis apertū sit: his iure credi sine rationis etiam percursione posse, qui mentiri nullo modo uolunt. At uero contra hi repręhendi in consulendo solent, qui Pont. Max. ob eam causam uolunt placere adulando, quo ei uel insidiosa uoluptate obsint, uel uitia reticendo foueant: Quare non sine .S.C. lex est assentatoria lata, quę iubet flamines exauctorari eos qui hominum generi blanda adulatione nocē: Itaq; iure est eorum hominū repręhendendus error, quos sępe fere uidemus a cęterorum consilio, odiosa contentione dissidere, idq; ea ratione moliri, quo

Consistoriū diuidit' i consiliū & iudicium

De quibus cōsiliū nō potest fieri.

De consiliariis Car. dinalibus

ADVLATORES. .i.

In Decretis disti .xliii.

CONTENTIOSI: .2.

aut inimicorum sententię perpetua dissensione obsistant, aut consulenti dolorem aduersando inurant, quorum, alterum ad discordię futurę semen, alterum ad litigiosam disceptationem obuaricandique cupiditatē pertinet: Itaque iure hi litigiosi Aristotele auctore nominari possūt: qui doloris inurendi causa singulis contradicendo obsistunt, in senatuque eximunt pugnando & disceptando diē: Ex quo patrū memoria maxime est uitio Dominico Ticinensi senatori datū: qui cū esset homo stomachosus & diserte callidus, pugnacissime ī senatu ferebatur omnibus aduersari solere semper, quo subtilius sapere in cōsulendo uideretur: Nec item minus in hoc genere damnandos puto, qui inuidię solent lurida perturbatione rapi: nā cū alterius sententię. P.M. .S.Q. assentiri uident, ualdeque soleant eius consilii honore angi, maxime ex inuidia contradicere aduersando uolunt: Siquidē liuor eo crudior solet ex sententia dicēda, q̄ ex externarum rerum amplificatione nasci, quo prestantius est ingenii q̄ fortunę iudicandū lumen. Eodem accedit, quod hi in inuidiam uocari solēt, qui ęquari possūt, aut nō longo interuallo ab inuidorum fortuna absunt: nec. n. ab aliquo ueteramētario præstanti regum fortunę inuidetur, cū inter se tāta fati longinquitate distēt, at uero senatorius ordo cum in ęquo dignitatis iure uersetur, procliuius potest ī inuidiæ incēdia labi: Lodouicus quidem Patauinus homo opum affluētia & cōsilii ratione præstans, cū rogationē in senatu de duodecimuirali auditorio, ex Iudeorum uectigalibus ędificādo tulisset, apertissime ex eodē ordine Paulus ii. eius rogatiōi obstitisse cōtradicēdo dicitur, affirmās magis tū senatus interesse cōsulentis, pecunias decernere ad eas Gręcię tuēdas urbes, quę propter proximum Byzātinę calamitatis exemplum ambigua fide pēdere cogerētur, ita specie honestioris utilitatis obiecta, cū ea re illius cōsilii ademit laudem, quę temporis causa appareret fieri nullo modo posse, ex quo euenisse dicūt, ut propter inuidię cōtētionem neutrum sit ex senatus sentētia decretum, cum utrumque tamen honestum uideri, rei necessitate posset. At multo sūt illi in sētētia dicēda uituperandi magis, qui. P.M.S.Q. in lubricum deducūt labēdi locum, ut. n pedibus ī uia, sic ī rerum actione hominibus causa cadēdi datur, quo maxime solet totū Reipu. quati & perturbari corpus: ut ille qui Clemēti. v. ī Italiam aduētāti auctor &

Arist. 4. Eth.

Dominicus Car. Papiensis.

INVIDI .3.

Lodouicus Patauinus Patriar.

Paulus .ii.

SCANDALOSI .4.

Clemēs. v.

suasor urbis deserendę senatusq́ in Galliam transferendi fuit: cum pręclare notũ sit, urbem mundi umbilicum diuorum exuuiarum sedem fidentiumq́ nationum lumen, ad omnium gentium adeuntiũ cõmodum religionem ꝓ maxime colendam esse factam, sitisq́ sit. S. C. cautum, ne cuiq̃ Pont. Max. ius urbis deserendę sit. Sed quid erit de eo hominum genere dicendum, qui captiosissimo argumentationum genere uti in consulendo uolunt: nam cũ maxime cupiant spectatu uideri sapientes, satis se adeptos putant epipedonica captione laudis, si pugnantem ad id fallaci interrogatione deducant, quod minus certa probabiliq́ ratione congruat, siquidem captiosarum interrogationum limes, ĩteruersum & perabsurdũ potest uideri quiddam, ad quod respondentes dolosa captione deducuntur: quo genere usum Nicolaũ Cusensem senatorẽ ferunt, qui cũ in senatu incõsideratam Iacobi Ciprii loquacitatem contundere probando uellet eũ ad id perabsurdũ rationis genus argumentando perduxit, ut facile probaret, nec eum esse senatorem, nec ius ei in senatu de Re pu. differendi dari, quod quidẽ malitiosũ & captiosũ genus nullo modo probari in sententia dicenda debet: cũ aut a falsis oriatur abssumptis aut ab earum dimanet actione rerum, quę spectatu uideantur uerę, itaq́ magis hęc est sophistarum generi cõcedenda libertas, qui studio laudis adumbratę solent dolosos nectere in disputando nodos: Atq́ etiã quid de his extistimandũ est, q meditata animi prouisione fallere in cõsulendo uolunt: qualis Bonifatius .viii. fuisse dicit: q cum esset homo ambitiosus & audax, facile Cęlestino .v. uiro frugi & probo, sed paulominus in hominũ insidiosa malitia explorãda cauto, monendo persuasit ut Rei pu. causa abire Pont. uellet, affirmans minime decere eũ, qui iuris iudiciorumq́ auctor, ac nationũ gentiũq́ omniũ cognitor futurus sit, aut humanarum expertẽ esse rerum aut in Re pu. administranda rudẽ: Ex quo est. P. M. S. Q. auctoritate factũ, quo cuiq́ esset Pontificatu abire licitũ senatuiq́ daret comitiorum indicendorum ius: Sed ex omni cõsulentiũ genere hi possũt uituperari magis, q omnia in senatu metiri cõmodorum suorum utilitate uolunt, plurisq́ putare solent in re priuata cõmodũ q̃ i publica ratione damnũ: Ex quo euenit, ut sępe nascat aut senatus a Pon. Max. desciscẽdi, aut Rei pu. euertendę causa, quo circa intelligẽdũ est,

De Roma

D. stinc. 24. 4. 6. c. Rogamus, & c. de summa Tri. & Fide cath.

SOPHISTę. 5.

Nicolaus Cusensis Car.

FALLACes. 6

Bonifatius. viii.

Cælestinus .v.

.C. pri de Renũtia .l. vi.

QVI QVærVNT VtiLITATEM PROPRiam

Consiliũ est i genere persuasiuo.

Quomodo diuidit utilitas

DOLVS .2.
Pius .iii.
Cæsar Borgia Valentinus:
CōPARATio VTILIũ .3.
Veneti
Lodouicus Gallorum Rex
Iulius .ii.
IVSTITIA .4

Robertus Malatesta:

Picus Mirādula
Mãfredus Rex:
FORTITVDO .5.
Alexander .iii.
Fe. Barbarussa

in sententia dicenda senatores iure debere turbida animi motione liberari, quo syncerius & lucidius consulere in senatu possint: Sed si hoc loco de sententię dicendę artificio quęratur, perfacile iudiciũ est, cōsilii ineũdi artem, materię finisq; ratione in persuadendi genere uersari: nam cũ consiliũ nascatur ex humanarũ actione rerũ, quę incerta rerũ uarietate constant, cũq; eius finis sit, ut seligatur perquirendo uia, qua perueniri possit ad probũ rei constitutę finẽ, satis sciri potest, id persuadendi ratione cōtineri, quę in deliberandi genere uersetur: Cũ autem in senatu consilii capiendi finis, utilitas societatis humanę cōseruandę sit, intelligendũ est primũ, quid sit maxime hominũ utilitati a senatu consulendũ, nam cũ utilitas in tutum & honestũ diuidatur genus, non alienũ est uidere, quid sit in senatu seligendũ prius: Siquidem cum perspicuũ sit, tutum genus in uim & dolũ suapte natura secerni, dubitari nulla ratione potest, quin sit senatus consilio exquirendũ, quid ex his eligi possit certa ratione tutius: Vt si quęratur in dolo instruendo, utrũ Pio .iii. tutũ uideretur, cum uehementer Cęsaris Borgię audaciam regnandiq; cupiditatẽ metuẽdam putaret, dolose iubere eũ contra fidem in carcerẽ Po. Ro. inspectante duci: At uero ex honesto genere elici potest cōsilii ineũdi ratio, cũ utiliũ collatione consulendo secernitur, quid sit utilius Rei pu. futurũ magis, ut si modo in senatu, cũ inter se Venetorũ Res pu. & Lo. Gallorũ Rex, de orbis terrarũ partitione cōtendant, in tam impendentis formidolosissimi tẽporis procella dubitetur, utrũ utilius Iulio .ii. sit, alteri pecuniã suppeditare uenienti, an alterius suffragari causę: Eodẽq; modo potest de iustitię ratione dici, cũ senatus de gratia referenda deq; beneficiorũ genere remunerando cōsulitur, ut si quęrendũ uideatur, utrũ Roberto Malatestę ex. S.C. in Vaticano sit statuę decernendus honos, proptereaq; pro Rei pu. salute sit in uictorię foelicitate mortuus, aut utrũ iure deberet homo florentissimus Picus Mirandula in senatũ legi, quandoquidẽ omne studiũ conferret ad celebrandũ Rei pu. Chri. nomen, & theologumenon sententiarũ lumen: uel cōtra consulendũ sit, utrũ Manfredi Regis hostis iudicati corpus, extra pomeriũ debeat gleba iniecta cōdi, sitq; ne ultra mortẽ progressura poena: Idẽq; prope est de fortitudinis ratione dicendũ ut si i senatu Alexãder .iii. rogationẽ de Fe. Aenobarbi imperio abro-

gando ferat / qui carnifex Italię dicatur / quiq; senatus conetur delere nomen / quęri uideat / utrū ei propter armorū metum parendū sit / an satius putet in integra causa cum dignitate mori: Nec minus quęri in deliberando potest / utrū exploratū sit / quippiā fieri certa ratione posse / ut si pro certo affirmetur apertum esse / ut propter recētē Baizeti Otomāni hominis fortunati mortē / causa nobis Asię recuperandę det: Ac etiā ex earū rerū genere cōsilii coniectura ducitur / quę fieri posse uideant / sępeq; etiā incidunt causę / ut in senatu deliberandū sit / utrum quippiā faciendū uideat / ut si quęratur num Iulio .ii. ad Bononiense bellū ueniendum sit / aut minus fieri consulta ratione debeat / ut si in senatoriis comitiis dissuadeat / ne in senatū cooptent hi / qui sunt in generis splendore & regia fortuna natiuitaq; nō sine causa est ī deliberādo cōsulēdū / ut utilitas nōnuq̄ deserat / quo honestas secutura sit / ut si in senatu Innocentio .viii. suadeat / faciendā esse potius cū maiori Ferdinando pacē / q̄ pecuniā ex fanorū nundinatione quęrendā: Quin etiā sępe est honestati anteponenda utilitas / quemadmodū si Sixto .iiii. consulendū uideretur / ut Idruntino graui periculosoq; iuberet bello / penetralia argentea auctionari uasa / quo nephariū Turcarū genus pelli / ex regno Parthenopeo posset. Quare sciri in cōsulendo debet / quid sit ex omni rerū genere deliberandū potius / quidue negocii soleat ex loci / temporis / modi occasionis / facultatis / personarūq; ratione contrahi: Quod quidē maxime elici comparatione potest: ut si modo in senatu causa de Gallico aut Germanico foedere referendi sit / necesse uideatur esse inquirere cōparando uiam / qua gradatim rerū genera intelligi distinguendo possint: Siquidē locus considerari propinquitatis / aut longinquitatis ratione debet / ut si dicamus Maximilianū Cęsarem cōmode bellum gerere cū Gallorū Rege in Insubrię regione posse / proptereaq; Germania maxime Italię proxima finitima uicinitate sit Aut longinquitate / ut si affirmetur propter maritimi interualli spatiū / facilius naualibus subsidiis Dyrrhachium iuuari posse / q̄ Rhodum. Tempus autē expenditur necessitate rei / cum quid citius aut tardius fieri rata mēsione potest: Vt si dicamus nihil abesse posse / quin Lodouicus Gallorū rex his proximis natalitiis feriis in Italiam uenturus sit / cum intelligat Venetos serpere ad bona amissa

CERTITudo .6.

Baizetus Turcarum rex

CONIECTVRA .7.

DVBIA. .8.

Iulius .ii.

NON FACIēDA: .9.

POSTPOSITIO VTILITATIS .10.

Innocētius .viii.

Ferdi. maior

ANTEPOSITIO VTILITATIS .11.

Sixtus .iiii.

COMPARATIO.

LOCVS .1.

Maximilianus Cæsar

Lo. Gallorū Rex

TEMPVS .2.

Lo. Gallorū Rex

recuperanda latius / seq; preparare ad bellum excitandum nouum aut ueniendi tarditate / ut si affirmetur / minime BaizetumTurca/ rum Regem Venetis estiuum subsidium laturum / proptereaq; ma xime ponderando uereatur / ne in medio uictorie cursu/reconciliatis inter se Europeorum animis tota in eum sit belli recasura uis: At occasio quadam describitur oportunitate rerum / ex qua interdum tempestiuitas cuiusdam rei faciende / & nō faciende sit / ut si dicat Gundisaluum Ferdinandum idoneam esse oportunitatem regni Parthenopei potiundi nactum / proptereaq; Alexander. vi. sit fato inespectato mortuus / qui maxime uideretur Gallorum suffragari parti / aut non faciendi ratione / ut si causa affirmandi sit / Maxi/ milianum Cesarem in Italiam aduentantem Philippi filii morte im pediri / quominus ad suscipiendos fasces / imperatoriaq; ornamen ta capienda ueniat: Modus autē cum deliberandi ratione considera ri potest / cum queritur quippiam quemadmodum / aut quo animi motu fieri uideatur posse: Vt si queratur quomodo futurum sit / ut Venetis unq̄ detur amissi imperii recuperandi modus / cum ab his tanta sit pecunie iactura bello aduano facta / tantiq; ab his amissi sint uectigalium transpadanorum nerui: At uero facultas conficien di facilitate definitur / ut si dicamus Iulio. ii. facultatē Bononie re cuperāde dari / proptereaq; sit pecuniam / arma / comeatus / sociorum presidia / ciuium animos / duces deniq; belli administrandi nactus. Ex persona autem ratio potest consideranda duci / si in deliberando expendatur / utrum is cum quo bellum gerendum / aut foedus ineū dum uideatur / senex / an adolescens / Gallus an Germanus nomi/ nandus sit: Aut ex animi habitu / qui mentis uires ad bonorum / aut malorum genera definit / utrum probus an malus iudicari secernendo possit. Nihilq; etiam abest / quin idem fere sit de turbidarum pertur/ bationū affectione dicendum / quibus uehementer uidemus humanū quati solere genus / quo constituto facile intelligi comparando pote rit / quid maxime in senatu decernendū sit / Sed queri hoc loco ho minū contentione solet / num sit exordio in sententie dictione utē dum / siquidem grauis auctor Aristoteles dissuasoris interesse pu/ tat / ut principio quodam in deliberando utatur. Nos autem cum minime causam in sententia dicenda esse uideamus / qua con/

Marginal notes: Baizetus Turcarum Rex — OCCASIO .3. — Gūdisaluus Ferdinandus — Alexander .vi. — Maximilianus Cæsar — MODVS. .4. — Veneti — FACVLTas .5 — Iulius .ii. — PERSONa .6. — HABITVS ANIMI .7. — PASSIONes .8 — Vtrū sit adhibēdū exordiū in consulendo — Arist. in Rhet. — Quo exordii genere sit utendū

ſultoꝝ animi conciliandi ſint/ob eam iccirco cauſam dicimus ſena
tores breui quodam aditu ſententię debere in conſulendo uti / qui
quędam exordii imago iudicari poſſit : Cum ſatis perſpicuum ſit /
in omni reꝝ natura aliquid ſemꝑ progredi ſolere primũ / nã Fran/
ciſcus quidem Rouarella / qui patrum memoria propter animi con
ſtantiam ſenatoꝝ dicebatur cato / errare in hoc genere ſolere fere/
batur / ꝙ nullo principio uti in ſententia dicenda uellet / ſemperqꝫ
quoddam conſtrueret ſine capitis ratione corpus / quo nihil eſſe poſ
ſet in omni dicendi genere peruerſius : At contra iſdem tempo/
ribus nihilo eſt Paulus Secundus repręhenſus minus / ꝙ ſemper
ſit ab eo magis apparatę exordii longitudini q̃ rei deliberandę ſerui
tum . Quare ſi in alterutrum uitii genus incidendum ſit / dubitari
nullo modo debet / quin magis in ſententię dictione ſit / nuda rei de
deliberandę indagatio q̃ exordii deſideranda concinnitas / cum in
conſulendo exquiratur potius rei conficiendę uia / q̃ animos conci/
liandi modus : Atqꝫ hoc etiam idem dici de narratione poteſt/cũ
plane bene notum ſit / id quod in conſulendi rationem cadit / nar/
ratione nullo egere modo / cum ſit neceſſe confiteri / in ſenatum uo
cari nullum/qui ſit ignarus eaꝝ efficiendaꝝ reꝝ/de quibus in ſenatu
deliberandũ ſit : In quo tamen intelligi debet / narrationẽ extrinſe/
cus adhiberi in ſententia dicenda poſſe / cum aut ad exempli inter/
ponitur ſimilitudinẽ / aut ad rei confirmandę fidem / ut ſi in ſena
tu affirmetur / potentiũ minitantiũqꝫ regum furori ad dignitatẽ Rei
pu . tuendam nulla debere ratione cędi / nihil narrando recenſere
obſit / Alexandrũ Tertiũ hominẽ Rei pu. libertati natum / Federi
co Aenobarbo in magna hominum frequentia / perduellionatus cul
pã deprecanti / pedes in collũ iniecisse : aut nuper Carolũ Galloꝝ
Regem Alexandro Sexto ad trigeminã equitanti aureum adibuiſſe
calcar. Sed ſciri maxime in ſententię dictione debet / ita quandoqꝫ
hominum animos eſſe concitandos / ut ad eos animi deducatur
motus/quibus aut miſericordia / aut hominũ excitetur amor / quod
Aſcanius Sfortia in ſenatu apud Innocentiũ . viii . in Lodouici fra
tris cauſa feciſſe dicitur / qui cum eũ uideret propter fanoꝝ dationẽ
foederiſqꝫ Parthenopei dolũ . P . M . S . Q . uehementer eſſe odioſũ
uelletqꝫ temporis cauſa eum abalienatum ad gratiã reuocare conſulen

Franciſcus Rouarellus

Paulus .ii.

De narratione.

Alexander .iii.
Federicus Bar :
Carolus Gal. rex
Alexader .vi.

De affectibus
Aſcaniꝰ Sfortia
Innocẽtius .viii.
Lo. Sfortia

do, sententię dictionem ab excusatione facti, ad animorum permotionem amorémque conciliandum traduxit: Cōtra autem odium augeri dicēdo potest, cū facti atrocitas aliqua exprimitur offensione sensus. Quo genere Otonem Candidum hominem astrologia & rerum tractatione pręstantem, usum in consulendo ferunt, nā cum Federicum Secundum perduellionem uario multiplicique uitiorum genere prauum iuberetur damnare dicendo, ueniam a, senatu petiit, si in eius sceleribus recensendis, auersus narrare cogeretur, cum propter turpissimorum flagitiorum explicationē minus ferre hominum contuitum incolumi pudore posset: Nec item minus adhiberi artificii in metu incutiendo debet, cum pręsentis aut futuri mali impendentia pericula narrantur: Vt si Alexandri .v. interregno contra Ladisl um Neapolitanorum Regē narrari ab aliquo senatore diceretur, quantum fieret in urbis amissione damni, aut quantum esset mali in posterum ex ea occupatione nasciturum: Eademque fere est spei concitandę ratio: quæ maxime cōsueuit ex bono opinato nasci. At uero tum ualde causa quęritur irę concitandę, cum maledicta repetuntur eius, qui maxime lędere contemnendo uoluit: Contra autem ira deprecatione sedatur: sed maxime homines ad fletum misericordiamque deducuntur, cum calamitosissimorum aflicta fortuna deplorando exprimitur: Vt Bessarion Nicenus in senatu pro his Græcis dicitur fecisse redimendis, qui essent a, Maumethe Otomanno, bello Byzantino capti: Nam cū ad consilii confirmationem eos redimendos esse suasisset, quo cæterorum populorum animi ad Gręciæ libertatem defendendam concitarentur audacius, ad iustum animi dolorem permouendum, squallores, uexationes, uerbera, supplicia, carceresque miserorum captiuorum deplorando narrauit: Modus autē sententię dicendę uarius uideri potest: Siquidē multi uersute illius sententię adhęrescere in cōsulendo uolunt, quā maxime in senatu probatum iri uident: In quo genere Stephanum Nardinum assiduum fuisse dicunt: Multi etiā diuisione in dicendo utuntur, qua alterius sententię partē probare, partem damnare uideantur. In eoque genere nonnulli quærunt alienæ sententiæ corrigendæ locum, quo uel ei adimant quod nociturum sit, uel addiciant, quod profuturum uideatur: Qualis patrum memoria modus hominis

De Odio
Oto Candidus
Federicus .ii.
De metu
Alexander .v.
Ladislaus Neapolitanorum Rex
De spe
De ira
De misericordia
Bessarion Nicenus Car.
Maumethus Otomānus
MODVS SĒTENTIAE DICENDAE.
MALITIA .i.
Stephanus Nardinus Car.
DIVISIO .2.

patritia calliditate uafri Lodouici Patauini in sententia dicenda fuit. Quidam inuolutum consilii alieni sensũ interpretando euoluũt, quę rũcq; in alterius sententia illustranda laudem: quibusdã etiã placet alie na antecedentia in usũ cõuertere concludendi suũ: quo ĩ genere Latinũ Vrsinũ Quiritiũ Senatorũ prudentissimũ fuisse dicunt, alii alterius sententiam amplificare rerũ nõ expositarũ consecutione uolunt alii partẽ in utramq; dicunt, integrãq; optionem senatui sine iudicii sui sententia reseruant: ut si modo in Senatu rogatio de foedere ineundo feratur, quęraturq; utrũ salubrius sit, cũ Gallis an cũ Venetorũ Re pu. inire foedus, ab aliquo Senatore utrinq; facultates & copiæ impendentiaq; pericula sine deliberandi iudicio exponant᷑. Quin etiã nõnullis in cõplexu rerũ meditata pręoccupatione utunt᷑ nequid sit alienę sententię dicendæ loci. Idq; fere sæpe cernimus accidere solere his, q percurrendi iudicio inuestigandarũq; rerũ laudẽ excellunt: qui p in Senatum ad dicendum meditati ueniunt: qua animi prouisione Ascaniũ Sfortiam uti solitũ fuisse scimus: Sed ex omni sententiarũ genere, nullũ pręstantius uideri debet, q̃ quod in intermedia quadã dicendi ratione consistit: qua nimiũ & parũ cõsulendo uitat᷑, itaq; nõ sine causa magno honori Martino.v. fuisse ferunt, q in Senatu semp intermediũ quoddam consectari uideret᷑ genus. Nec item minus est uarius sententię dicẽdę ordo: quo inter se Res pu. cõsulendo distant: Siquidẽ prudentissima Florentinorũ ciuitas, in hac temperata ratione Rei pu. primos sententias Dictatoris iussu in senatu rogat, qui Tribuni Plębeię sodalitatis sunt, q si minus est ĩ illorũ sentẽtiã facta discessio, tũ nominatim iubet rogari eos, qui sententiã loco Decemuirali dicũt: Eodẽq; ordine gradatim legionarios tribunos, pręfectosq; pętorios sententias rogare solet: q si rursũ minus est in illorũ sententiã itũ obuaricatione cõsulentiũ, tũ & qbusdã honoris causa extra ordinẽ, & cuiq; Dictatoris permissu dicẽdi potestatẽ dari solere fert᷑, quo cuiq; facultas de Re pu. cõsulendi sit: Quod idẽ prope fieri ĩ Venetę Rei pu. descriptione solet: At uero ĩ Senatu is debet esse sentẽtię dicẽdę ordo, quo nõ modo hi sentẽtias rogent᷑ primi, q cęteros ętate antecedũt sed etiã his sit princeps locus cõsulẽdi, q doctrina prudẽtiaq; adulta pręstant, quo absolutior sit sententiæ dicendę apex.

CORREctio.3.
INTERPRETATIO .4.
Lo. Patauinus
Latinus Cardi. Vrsinus
ANTECEDEntiũ TRANSLATIO .5.
AMPLIFICATIO. .6.
DICTIO IN VTRAMq; PARTEm.7.
PRAEOCCVPATIO .8.
Ascanius Sfor.
MEDIA SENTENTIA .9.
Martinus .v. de Columna.
ORDO DICẽDAE SENTẽTIAE.
Modus Florentinorũ
Capitanei societatis populi.
Decẽ supra bellũ
Nouem militiæ.
Octo baliæ.
Venetorũ mod9
Modus Car.

LIBER TERTIVS

DE REBVS VRBANIS CON SISTORIALIBVS.

De iudicio audiẽtię.

Qd̃ pertinet ad Vicecácellariũ dirigere Rotá.

Mercurius Beneuentanus

Ioan. Antonius Triultius

Benedictus Gallus

Vanulię Luceñ

Quid reqri debeat in auditore eligendo.

Diuisio legũ

Iustinianus Cęsar

SED Quemadmodum in senatu esset / de rerũ cõmuniũ ratione disceptandum / satis est supra explicatũ / a nobis deinceps sequitur / ut de eo urbanarũ genere dicendũ sit / quo hominũ uita continetur / in quo de ea in primis est iudicii ratione disputandum / in qua maxime uersari cernimus Rotarium Duodecimuirale iudicium. Itaq; cũ perspicuum sit ad pontificium pertinere Proscribam / non modo eiusmodi magistratus dirigẽdi / sed etiam iudicium eligendorũ munus / intelligẽdũ est maxime interesse sua / ut ad Senatũ referat de ratione cooptandi / quo id iudicium / ad quod sit omne humanum prouocaturũ genus / iure dici possit / arx legum / mens mundi / ara iustitię: ob eamq; causam sciendum est / in hoc iudicum genere legendo / id primũ debere spectari / quod sit in iudicando potius: uelut si modo Mercurius Beneuẽtanus / Ioãnes Antonius Triultius / Benedictus Gallus / aut Vanulius Lucensis in eiusmodi duodecimuirale iudiciũ cooptádi sint / dubitari non debeat / quin in his oporteat id triplex genus requiri / ex quo unum in prudentia legũ / alterũ in experiundi usu / tertium in uoluntatis probitate uersetur: Prudentia. n. est duplex / una quę in iudicandi ratione / altera quę in legum scientia consistit: iudicandi. n. ratio maxime a / prudentia pręscribente manat / nec . n. recte iudicari potest / nisi iudicium sit prudentię ratione nixum / quandoquidem nihil aliud iudiciũ sit / q̃ prudentiae dictantis actio / quod / ut pręclare ait Aristoteles / maxime solet a / synesios pręscripto nasci / quę uirtus una / e / multis sit recte iudicandi lanx. At legũ scientia potest nominari duplex / una quę in Ciuili / altera quę in Põtificio iuris genere uersetur. Ciuile. n. quanq̃ sit multiplex descripta lex / ea tamen Ppli Romani quiritiũ pręscriptione continet / qua plebiscita / Senatuscõsulta & id genus iussa cõtinentur / quę Iustinianus Cęsar est ĩ quatuor librorũ genera tanq̃ ĩ corporis mẽbra partitus / quo facilior esset congnitu scientia diuisa iuris. Pontificũ autem uis in ea Senatus iubentis lege consistit / qua id totũ supra contineri di/

ximus , quod ſit . S . C . & Pont . Max . referente latum , cum autem apertum ſit , in hac bina iuris ratione omnium negociorum iudicandorum uerſari genus , intelligi debet , Senatus conſultis re, ferre ſuadere eos eſſe legendos , quoꝝ ſcientia ſit diu probando cognita , uelut ſi modo Dominicum Romanũ , uel Petrum Ar, retinum , aut Antonium Montem , ſiue Achillem Bononien, ſem in Duodecimuiratum cooptandos eſſe dicamus , propterea q; tam ſint conſulti iuris q̃ ęquitate iuſtitię , quę biceps maxime eſt in hoc Duodecimuirali iudicio poſtulanda uirtus . At experiundi facultas ex ea , uarijs fieri poteſt recordatione reꝝ , quæ ſimili pro pe modo ceciderunt : in quo ſit intelligendum , plus eos quandoq; in iudicando profuiſſe , qui habiti eſſent experiundi facultate cauti , q̃ qui doctrinę ratione pręſtitiſſent , ut ſæpe in ſanando cernimus plus ęgrotantium generi profuiſſe eos , qui empirici q̃ qui cataſco, pi in medendo ſint : uolũtatis autem probitas eſt perpetua animi cõ ſtantia cum animi inductione nunq̃ ab iuſtitiæ ratione deſciſcendi : Quocirca in hoc Duodecimuirali iudicio ſciendũ eſt , cum conſiliũ initur , genus debere reꝝ ſpectari triplex , cuius unum in diſceptan tium conditione , alteꝝ in cauſa , tertium in eo legũ genere uerſat̃ , quaꝝ maxime pręſcriptione iudicandũ ſit . Quod quidem facile in telligi ex ea cauſę noſtrę deſcriptione poteſt , qua nos modo acriter apud Duodecimurale iudiciũ diſceptare cogimur : Nã cũ Florẽtini Cęnobitarii Caſſinates idibus Februariis fundos mihi Ianenſes ea pactione uendidiſſent , ut illis proximis honorariis gabaleis pretium ex ſtipulatu ſoluerẽ , recepiſſemq; me id ex ea pecunia ſolutuꝝ , quæ ex eius Diplomatarii magiſtratus uenditione cogeretur , qui Pont . Max . a , ſecretis ſit , cumq; nec eum magiſtratum mihi per Alexã drum Sextum uendere , nec pecuniam eo temporis articulo ſoluere licuiſſet , quo eram ſtipulando aſtrictus , paucisq; poſtea diebus Ale xandri permiſſu facultas eſſet mihi uendendi data , eamq; pecuniam apud Trapezitas collocaſſem , ut erat ſtipulando cautũ , cũq; hi ne, garent & pecuniam recepturos ſe , & prędia promiſſa daturos , atq; ego ob eam cauſam perfacile uiderem multum mihi cũ his contro, uerſię futuꝝ , acriterq; diſceptandũ eſſe , nequid extra iudicium na, ſceret iniuria ſuſcepta grauius , a , Iulio ſecundo per poſtularios li,

Dominicus Ia, cobacius

Petrus Accoltus

Antonius d Mõ te

Acchil'es de Graſſis

De cauſa noſtra corã Venulio contra Mona, chos Caſſinates

Alexander .vi.

Quomõ Monachi negatũt mihi poſſeſſiones promiſſas poſt uenditionẽ offitii ſecretariatus Apoſtolici.

bellus postulatorius i. profitio

Vanulius Lucẽsis auditor Rotæ.

Quomõ sit indicandũ utrũ qs fuearit in mora

.C nõ ẽ ĩ mora đ Re.Iu.L.vi.

Et L.nulla intelligit

Et.L.nihil interest.ff.de Reg. Iuris

Libellus de efficio aduocatoꝝ

De falsificatione monetę

De triplici genere falsificande monetæ.

.C.de fal.Mo.l. qcũq;

De tripici genere poenę falsarioꝝ monetę.

De officina monetæ

bellos rogando petissem / ut rem per duodecimuiros cognosci iubere uellet / atq; is Vanulio Lucensi Duodecimuiro Rotario ius causæ iudicandæ dedisset / quo celeriter extinctum iri posset re iudicata lis / dubitari nulla ratione debet / quin modo Vanulii iudiciarię intersit curę / cogitare / quid contrahi possit in negocii / legũ & disceptantiũ ęstimatione secus / q̃ iudicandũ & decernẽdum sit / ut si quęritur utrum Alexandri Sexti sit impeditione factum / quo minus pecunia sit ad pręstitutam soluta diem / satis cognosci detur / sua interesse scrutari / quid sit utraq; amussoria iuris rogatione latum / quod sit in iudicando consectandum / aut si de disceptantiũ conditione discepteť / perspicuum sit / eum noscere debere perquirendo / utra nostrum conditio sit usų in disceptando litigiosior / aut natura in appetendo cupidior : quod eodem modo de patronoꝝ genere dicendum esset / nisi de his alias esset differendum pluribus / ostendẽdumq; quomodo eoꝝ munus dicať ad oratoriam pertinere partem nec multo secus de Cõpendiarioꝝ / Tabellionum / Libellionum / Apparitoꝝq; genere affirmari potest / quoꝝ formulis iudiciiq; periculo cõmunis omniũ continetur fortunaꝝ status . Itidemq; hoc loco prope est de falsarioꝝ improbitate affirmandum / a / quibus adulterini nũmi solent audaci improbitate cudi : Siquidem triplex est falso monetæ signandę genus / nã unum nominari potest / / quo nouus signať nũmus / ut si quispiã modo ob id Iulieos signare dicať / quo aliquid faciat in ęris mixtione lucri / alteꝝ genus est / quo monetę aliqua demitur limando scobs / qua minus ad simbellam respõsura sit / proptereaq; ex libra possint quini dẽpti numerari sicli : tertium uero genus nominatur / quo ita ęs inaurari solet hydrargiro / ut difficile iudicari coticula explorante possit / uel quantum auri artificiosæ imposturę insit / uel utrũ sit auꝝ indice fallente meꝝ : quod quidem falsarioꝝ hominũ genus / cum impudenter improbissima lucra quęrat / dubitatio nemini accidere debet / quin iudicandũ sit eo trino genere poenę plectendum esse / quod sit ustuaria / capitaria / & bestiaria animaduersione constitutum . Qui . n . cuiq̃ ĩn mentem uenire potest / ut eum quęstum inire audeat / qui cum publica omnium iactura fiat ? Atq; ex hoc etiam sciri potest / permagni interesse Senatoris / censere rogando / ut idem de monetaria

ria offina decernatur, nequa fraus sit publicam læsura uitam. Nam cum per Pont. Max. Monetariis triplex liceat genus excogitare fraudis, unum quo ob id quippiam ex legitimo monetæ pondere si gnando demitur, quo imminuta tantidem, quanti integra ualitura sit: alterum quo fit ex uena deteriore nũmus, idq; eo perniciosius excogi tari solet, quo moneta ẽ ex urbe dimanatura latius, & quo pluribus est peragrando nocitura: tertium, quo per præconem edici solet, ne, cui præter Pontificios sit uti nũmis in urbe licitũ, etiam si ad assariã lancẽ responsuri sint, quo interdictis cæteris sint urbani ualituri soli, satis liquere debet, Senatus esse prouidentis in hac pecuniaria ratio ne curare, nequa fraus in nummorum genere signando fiat, quo Mo, netarii intelligant, non esse eorum artificiũ in fraudando, q̃ senatus studiũ in prohibendo diligentius. Atq; idem fere est de ponderandi ratione dicendum, ut scilicet. S C. caueat, ne ob pecuniariũ quæstum a, Nummulariis simbellæ fraudando mutẽ tur, neue ita malitiose trutinarii librẽtur scapi, ut facile Nũmularii arbitratu sint, in alterutram propensuri lancem: Ideoq; iure dicimus ex. S. C. libripendes urbanos esse statuendos, a, quibus opera sũ, ma in stipe ponderanda detur, ne Argentarii permutationis nomi, ne, quippiam improbe ponderando corradant, quod sibi quæstui fu turum sit, neue ab his in singulos aureos permutãdo amplius q̃ singu, li argentei stipendiarii exigantur nũmi, quod uideri debeat selludario lucro & ociosæ permutationi sat. Idq; intelligi oportet a, Senatu prouidendũ esse cautius, quo maior aduenarum multitudo piacularis diebus eulabiæ causa in urbem aduentare solet, quæ facile ab argen, tariis decipi, uel nummorum permutatione, uel simbellæ fraudatione possit, ut sæpe exurialibus feriis ei Dalmatũ aut Pannonum generi euenire cernimus, quos ob id dicũt fraudari solere facilius, propte, reaq; eorum nũmi minoris extimari debere uideant, cũ & externa sint signati nota, & uena deteriore constent, ex quo causa sit fraudan, di & mentiendi iustior: Similisq; prope est Aurificũ dolus iudican, dus, qui tũ homines solent fraudare nequius, cũ aut Berillũ pro Adamãte, aut perinde argyritim & chrysitim, ac Argentũ putũ & Aurũ Obrizum uendũt, ex alteriusq; fiunt iactura & ignoratione dites, in quo eo est improbior putandus astus, quo res pluris æstima

De triplici genere fraudis in si gnãda moneta

Quid debeat ꝑ uideri in consi storio circa si gnationem mo netæ.

De ponderibus:

De fraude circa pondera

Quid debeat ꝑ uideri in consi storio circa pon dera

De Aurificũ ge nere

De fraude Auri ficũ.

tū potest: Quo in genere non modo cylices sacrificales, statuncule ararię & pacificatorię ecoonculę, sed etiam pollubra malluuia, urceoli manales, paterę potorię, argenteę fuscinæ, zonæ maritales, obsignatoru annuli, & quę eius generis sunt nominari possūt quę ad priuatū statuunt usum. Inquo quidem ex .S.C. prouidendū est, ut & emptori pręstet damnū, & id genus hominū in Nonario carcere extrorsum adhibita quęstione castigetur, quo sit ad deterrendos cęteros poena constituta palam: nec . n . scelus potest esse maius q̄ in rerum̄ preciosarum̄ genere ex alterius inscitia prędari uelle: At cum est de mensurarum̄ ratione decernendum, sciri debet cauendū dū esse, nequid a polymitariorum aut lineariorum̄ genere ad eam ulnam uenum eat, quę uideatur sextante aut triente minor, q̄ sit mēsoria lege definitum: Quod si quandoq; accidere dicat id, nihil causę esse oportet, quin urbanis nundinis hi debeant, aut scopinario di uerberari flagro, aut eo Melio capitolino necti, quod in collis iugo ad capitariæ caueę colūnam appensum spectari solet, quo cæteros a fraudando detereāt, nihiloq; est cautio habenda dissimilior, ne ab his id ueneat tantidem laneę telę genus, quod ex stamine sit, ad Rombū, aut ad uerticillū netū, quanti id, quod sit ad colū spondylo tornante factū, cū perfacilis cōiectura sit, alterum̄ languidius, alterum̄ iudicari debere solidius, neue cōmodi sui causa id genus magno uēdere patario sarcinatore uelint, uel cui sit ambustū tingendo filū, uel quod tractū sit ergata & arpagonica extēsione longius, q̄ possit staminis natura pati, ex quo minus uestium caligarum̄q; genera aut tibialia duratura sint: Atq; idem licet de Pharmacopolarum̄, Macellariorum Cauponumq; genere affirmare, quorum̄ artibus cum maxime hominū seruiatur uitę, cauendū est, nequis astus in fraudando insit, qui hominū sit incolumitati offuturus: Qui . n . in his minus .S.C. caueri debet, si intelligat, Pharmacopolas in catharticis aut catapotiis faciundis eo antitodi genere consuesse uti, quod uel diuturnitate obsoletius, uel languidius mangonia mixtione sit: quis item erit in Macellariorum aut Cauponum genere plectendo lentior, si ab eorum alteris sentiat pro ariete ouem iri solere uenum, aut ab alteris intelligat his rebus condiri uina, quibus maxime corpori no-

De lanariis:

De fraude in lanificiis.

De macellariis.

De fraude Pharmacopolarum.

De fraude tabernariorum.

ceri possit / quale est Peloponesiacũ aut cretense iudicandum illud / quorum alterum argylla / alterum gypso condiri solet / quo nulla potest corpori pernities afferri maior. Sed cum incidant sæpe causę / ut de ędiũ iit locandarum ratione disceptandum / dubitari non debet / quin Senatus etiam intersit cure decernere / ut a / domino dãnum in Aediũ uitio reticendo pręstetur / quemadmodum siquispiam Sixtea aut Alexandrina uia cupiam eam domũ cęlando locet / quæ ita male materiata sit / ut paucis post diebus eius ruina / aut in Equili tolutarię mulę necentur / aut gaza disiectum iri uideatur / facile intelectu sit .S.C. esse faciundũ / quo iubeatur / ut a / domino pręstetur id / quod minus sit in locando dictũ: eadẽq; est ratione cauẽdũ / ne in urbe ędes aduẽtatibus hospitibus multo locent pluris / q̃ ęstimari debeat collatione cæterarum / quemadmodũ siquispiam modo in exquiliis aut in quirinali tanti uelit domũ locari / quanti ea ędiũ genera locari solent / quæ sunt in Florida constituta uia / neue ab aliquo pensio exigatur prius / q̃ sit stipulando promissum / aut locatarius discedere ante iubeat / q̃ locando cõstitutũ sit: In quo tamen intelligi detur / triplex excipi debere genus / quo domino sit locatarii pellendi ius / quorum unum in ędium amissione / alterum in coniugis ductione tertiũ in mala tractatione uersetur: amissio. n. ea nominatur / qua herilis domus igni iniecto uel fortuita inflãmatione ardet / aut Tyberis cataclysmo siue mota tellure ruit: coniugis .n. ductio nominatur ea / qua domũ est ducenda uxor / nec cõmodius usq̃ habitare licet / q̃ in ea / quę est alteri locata domus: tractatio autem dicitur mala / cũ ab Inquilino aut domus solet euersum iri habitando / aut id statui in domo lupanar / quo a / uicinis pudoris iactura meretricio cõspectu fiat / ex quo domino permittat ius inquilini pellendi / & ĩ domũ immigrandi suam. Sed cũ ex omniũ fraudum urbanarum genere nihil improbius foenore uideri debeat / rectissime affirmatur / ad existimationem pertinere Senatus / curare ut / aut minus in urbe eiusmodi impudentissima lucra fiant / aut ad concessum modũ reuocentur / quæ .n. est foenore uel opum tempestas maior putanda / uel pręda iudicanda certior? quid calamitosius q̃ nihil cęteris reliqui desidiosissimo lucro fieri / & exinaniri foenerando urbem? Idq; eo potest uideri turpius / quo iam est Europa tota peruulgatum / nihil es/

De locatione domorum

De modo locãdi

De fraude locãdi

Quibus causis patronus potest intrare ĩ domũ locatam?

De Vsura

se urbe danistarum ubertate refertius, nec usq̃ ab hominum genere solere de foenore expostulari acrius, nec itẽ ullũ tã longinquũ aut abstrusũ reperiri locum, quo non peruaserit tam impudenter infamia aperta foenerantium: Quo magis est a Senatu prouidendum, ne in urbe, a quoq̃ is ineatur quęstus, in quo mutuando quippiam in singula centena exigatur: Nam cum foeneratio propositũ sit, ex mutuandi commoditate lucrum intelligi debet, id tum foeneraticium quęstus genus iudicari oportere, cum cuipiam aliquid ab altero ea pactione creditur, ut ad eum incolumi mutuaticia summa, sit annua redundatura merces: At cum quippiam conceditur mutuando gratis, quippiamq; uicissim gratis remunerando redditur, satis liquere debet, id tum minus mercennarium uideri debere lucrum: Vt si modo diceremus Romæ quempiam locupletem Mercatorem, & hominem in pręstantium litteratorum genere iuuando liberalem eloquentissimo homini Hieronymo Donato tercentum gratuita mutuatione credidisse, redditaq; postea pecunia ei Hieronymũ annulum anaglyptum dedisse gratis, perfacile a nobis erit affirmare licitum, nihil ab eo foeneraticii mali contrahi posse capiũdo: Sed si quando Romę Propola cum altero sit pecunia mutuata depactus, ut eas sit merces empturus suas, quæ ei opus futuræ sint, etiam si recipiat se eas non pluris uenditurum, q̃ ęstimari cõmuni uenditione possint, uelut si dicatur denos Iulieos ab eo serici uendi solere ulnam, quod pretium sit cõmuni ęstimatione par, nihil sit causæ, quin foenoris postulari debeat: quæ eadem sunt de ea mutuandi ratione dicenda, qua scilicet emptor solet a Caupone aut ab Oleario paciscendo astringi, ut aut ex alterius oenopolio uinum emat, aut ad alterius torcular oliuas molitum uenire cogatur. Atq; etiam si quispiam frumenti medimna, alteri mutuaturus ea animi inductione dicatur, quo sit frumentum habiturus permutando recens, facile quibusdam placere sentio, minus cũ tum fuisse iudicari debere foeneratũ, si præsertim sit causa affirmandi, eum id sine auaritiæ conscientia fecisse, nec id ea spe aut ea anni coiectura commodasse, qua pro certo putaret, frumentum ualiturum pluris: Sed siquis colono ob id pecuniam mutuando det, quo quippiam summat ex fundo amplius, q̃ sit partiaria diui

Quid sit usura: .i.

Quomõ nõ est usura. .2

Dist. xiiii. 4 iii. c. putant & c plerisq;.

Hierõymus Donatus

Dist. xviii. c. de ulogiis & dist. .i. 4. ii. c. sicut:

Alius casus. .3.

Dist. xiiii. 4. iii. c. si foeneraueris

Alius casus .4.

Io. de Lig.

Alius casus .5.

Dist. xiiii. 4. iii. c. putaut:

sione percepturus / dubitatio nō accidit / quin possit a / quęstionario prędaria lege cogi / ut feneraticiū restituat partiario colono lucrū: Alius casus .6.
Quin etiam si quispiam centenos sit alteri nūmos ea ociosa audita te concessurus / ut perinde in his tantidem damni aut lucri fiat / ac quanti / a / totidem iacturę uel quæstus fieri in lanaria / aut sericaria mercatura solet / intelligi debet / cum id foeneraticii discriminis mutuando aditurum / quod nasci consueuit ex mutuationis depositi / & capitariæ dubitatione summæ: Nam si eum id pecuniæ genus ob eam causam alteri concedere mutuando dicamus / quo inde quippiam sumpturus sit / negari non potest / eum illa mercennaria ratione duci / quæ credenti foeneratori datur: si autem id dicatur depositi ratione fieri / nihil rursus abest / quin affirmandum sit / id debere sine quæstu reddi: At si id capitariæ summæ nomine datū esse diceret / facile etiam concedi oporteret / id esse debere aut in aduersaria perscriptū / aut a / tabellione stipulando cautū / quo intelligeretur id societatis nominibus expensū iri: quod cū neutrū in eiusmodi mutuandi ratione fiat / iudicari potest / eam ad id genus pertinere foenoris / quod minus sit inuolucro sublato anceps: Eodemq; modo siquis quippiam pignoris mutuando sumat / quo sit cōmodi aut compendii sui causa usurus / uelut siquis uti ueste aut domo oppignerata uelit / dubitationem non habeat / quin ab eo debeat reddi repigneranti merces: Simillimaq; est pecuniarum permutandarum ratio / in qua quidem / primum sciendum est / id minus uisum iri debere foenus / quod ab argentariis in minuta permutatione fiat / ut si deni stipendiarii nummi in singula centena permutanda exigantur / minime id lucellum possit foeneraticius iudicari quæstus / cum in eo nihil detur mutuando / quod sit aliquid allaturum lucri / iureq; is sumptus æquari debeat / qui in argentariæ tabernę pensione aut in nummulariorum Rationaliorumq; hominum mercede fiat. Chirographaria autem permutatio ea nominatur / qua aliunde quippiā nummorum sumitur / quod aliubi soluendum sit / ut si quispiam cētenos septenos nummos / a / Florentino mensario sumat / quos sit Romæ soluturus / quatenus scilicet minoris aut pluris auri egestas aut affluentia ualitura sit / affirmari liceat / id permutationis genus foenoris uideri debere expers / cum in eo minus pecunia iri uideatur

Alius casus .7. (margin, beside "pertinere foenoris")

De cambiis. (margin, beside "oppignerata uelit")

De cambio per litteras. (margin, beside "Chirographaria")

Alius casus

uenum, sed tantũdem nũmorum soluatur Romæ, quantũ Florentiæ dinumeratũ sit: idq; dicimus ex ea nasci uarietate locorum, qua moneta fiat pretii mutatione dispar: nam cũ Florentiæ tantidem possint centeni æstimari, quanti Romę centeni septeni ualituri sint, putandũ est, nihil tum plus, sed solui solere idem. At uero cũ est id mutuaticiũ expendendũ ęs, quod solet ei dari candidato, q sit pro diplomatibus soluturus nũmos, intelligi debet, id tũ foeneraticiũ iudicari posse, cũ quippiam ultra permutandi modũ sumitur credẽdo nũmi, quo quęstus sit certa mercedis ratione tutus; uelut si modo homo doctus Lodouicus Tessira eques Lusitanus, pro diplomatibus equestribus soluendis, ducentenos nũmos permutationis nomine a Romano trapezita sumat, quos se recipiat Lusitanię ad laurentalia solutum cũ septeni in singula centena accessione ęris, dubitari non possit, qn debeat uideri foeneraticios sũpsisse nũmos. Nihiloq; minus est de ea uenditione dicendũ, quę in tempus stipulando fit: Quo in genere cauendo, eo est a Senatu prouidendũ cautius, quo frequentius id fieri in urbe cernitur: In qua cum Compendiariorum, Plũbariorum, Centumuirum, Libellionũ, Velitariorum, Parariorum, & Apparitorum multitudo uersetur, satis est omnibus exploratũ, ab his eiusmodi magistratuũ genera in tẽpus uenire solere crebro, quo cũ nihil esse possit ab urbis religiosa dignitate disiunctius, nihil etiá debet puniri, a Senatu prius: Sed ne id quoq; est ludorum genus omittendũ, quod est S.C. & promulgando sublatũ, quale est illud chartariũ aut tesserariũ iudicandũ, in quo constituitur fortuna superandi dux, & in quo est & collusori pręstandũ damnũ, & redditio facienda lucri. Atq; haud scio an possit aliud animi malũ reperiri ullũ, quod sit uitiorum societate copulatius, quodq; aut longius homines ab integra ratione deducat, aut magis gignat turbidos animorũ motus: Ná cũ est pecunia amissa semel, susceptęq; iacturę dolor uisceribus inhęrere solet, existimandum est, primũ tũ iracundię excitari uim, quę est auersa quędá animi a ratione commotio: ex quo facilis coniectura sit, ut in quẽ iracundia intẽperata cadit, in eundẽ necesse sit cadere detestádi & execrandi malũ, in quo aut negatur id quod Deo sit cõsentaneũ putandũ, aut id ei inesse affirmatur quod absit ab eius diuina natura lõge: Quod quale iudicandũ sit,

Lodouicus Tessira Portugallensis

De uenditione ad tempus.

De uenditione officiorum ad tẽpus

DE LVDO VETITO

Mala quę proueniunt ex ludo

Passio: .i.

Ira .2.

Blasphemia .3.

cũ cuiuis notũ esse debeat, nihil modo explicare attinet: qn.n. is nõ sit cęterorũ hominum famã lęsurus obtrectando, q criminando audeat execrari Deũ? Sed in quẽ execratio cadit, in eundẽ etiã cadere iusiurandũ potest: quomodo.n. quispiã testẽ adducere pertimescat Deũ, quẽ impudenter execrari solet? in quo eo turpius cõsueuit Deus adhiberi testis, quo res, pro qua iusiurandũ fiat, est iudicãda leuior, at quid in aleatorio ludo est iusiurãdo crebrius? qd usitatius q ab aleonibus cõfirmare iureiurando falsũ? quod cũ ita sit, nemini dubiũ esse debet, ut cũ minus eiusmodi affirmationi religiosę credit, qn fere sepe inter eos sit oritura cõtentio, quę i diffidenti & repugnanti quodã dicendi genere uersat, cũ quod alter cõfirmando probet, cõtinuo sit aduersando negaturus alter, ex qua diffidenti certatione nasci cõtumelia criminosa uideat, quę uehementer sit alterius nocitura famę. Ideoq; non sine causa sępe uidemus aleones nõ modo ĩter se lingua certare criminãdo, sed etiã aut pugnis ĩter se cõcidere, aut uibrare solere sicas: quo quid potest esse urbe religiosa turpius? qd pernitiosius q ex aleatorio ludo, uel alios saucios efferri uel alios ita pugnis discedere spectare cęsos, ut diu multorũ sępe uultibus resideat uerberis iniusti uibex. Et quoniã eiusmodi turbidus irascendi modus a recta est rationis pręscriptione auersus, facile sequtur, dubitari nõ posse, quin pecunię amissę dolore, sępe in apertam aut in insidiosam uiolentiã incursurus sit. Lodouicus Narbonensis Senator, homo sũptuosus & locuplex & q Gregorio Pont. Max. amitino quingenties mille legasse fert, cũ dena milia nũmũ uno die lusisse diceret, cũq; uehementer malo cogitãdo angeret, q ei esset infamię & iacturę subeundũ malũ, clã abeunti uictori pecuniã auferri iussisse dicit, quo esset utriq; dãno prospecturus suo, cumq; id esset a calido aleone prouisum, qui id multo ante pręsenserat futurũ ita, uehementius re patefacta doluisse, propterea q ad iacturam suam, in collusorem etiam cogitatam fraudem adiecisset, quo nihil abesset ab animi magnitudine & Senatoria existimatione longius, sic homo, ut accepimus, acer & industrius, atq; in primis liberalis, cõtra naturę habitum ad uim uidebat infamię metu, & dãni dolore rapi: Atq; etiã rapinã sequit causa pecunię profundendę uelox, cum .n. facilis lucri fortuna extiterit, facilior est etiã profusio secutura quęstus: Idq; eo argumẽto cõfirmari potest, quo sępe superãtiũ pe-

Iuramentum.4.

Contentio .5.

Contumelia .6.

Rixa. .7.

Violentia

.L.Car.Lemoni censis amitinus Gregorii .xi. testatus est Pisis quingenta milia florenorũ ut apparet in cronica.

Dilapidatio pecuniarium .9.

eunię cernimus, ĩ popinarium ꝓfundi sumptum, & quo plures ꝑpe ui ctores uidemus, qui sint quæsito cotnęso egentes, q̃ qui sint aleato ria tenacitate dites: Sed tũ est grauior plaga iudicãda, cũ sit dãnũ in amittendo maius, ex quo necesse sit, ut in quem pecuniæ iactura cadit, in eundem sit etiam turbidus animi casurus angor: Qui enim is minus inuitari ad dolendum potest, a, quo tanta sit opum facta iactura & labes quæsita famæ? Itaq; cũ nec possit a, præ, senti malo cogitando auocari, nec ab eo auelli queat pecuniæ amis sæ dolor, satis iudicari debet, aliud eum mensurũ ratione, aliud animi affectione, & præsentis mali opinione moliturũ, ex quo ef fici dicatur, ut in hac anxia animi opinatione homines, non mo, do ad fraudandi, sed etiam ad furandi astum excitentur, quo cau sa det, aut pecuniæ amissæ recuperandæ, aut fortunæ quęrendæ nouę, cũ quauis se obstringere fraudatione malint, q̃ non rursus fortunam tentare repugnantẽ, nec sua referre putant, uel infamia lędi, uel iustitiæ orbari sensu, modo ita fallant & furent, ut uincãt: Federicus qdem Secũdus homo religionis negligens & in uoluptate rapax, sępe dicere solere ferebat se, cũ luderet, & decipere & fura ri uelle, cũ præclare sciret fraude aleatoriũ constare ludũ, neq; .n. conuenire iustitiam cum fraudatione esse coniunctam, cũ autem, q iustus esse uellet, minime his uti decere ludis, si autem uteret, naui ter cũ esse debere dolosũ, quo quid dictũ esse potest in regia ęqui, tate peruersius? quid sordidius, q̃ ab eo decipi solere cęteros, q sit fraudis ultor constitutus? quocirca cũ maxime hodie sit urbs ad eiusmodi erudita dolũ, intelligendũ est Senatus esse prudentis, alea toria cauere lege, ne cuiq; his ludis uti in urbe liceat, q constituti in fortuita uolubilitate sint, quo urbs ad cæterorũ exemplũ sit diuer soriũ uirtutis, norma modestiæ: Spectaculorũ autem genera cũ possint uaria numerari, perinde sunt ad mediocritatem referenda, ut est .S.C. latũ: Siqdem id primũ uitari debet spectandi genus, in quo aut hastatica certatio, aut monomachia digladiãdo fiat: Qua rũ altera, cũ in ea inter se soleãt utrinq; eqtes cõuersis hastis obuii concurrere, & contrario ferire ictu, nihil est, quin sit in urbe raro spectanda: Nam cum pari prope conflictu hastæ parmis appul, sæ frangantur, facile iudicare licet, equites eiusmodi aduerso ictu

Dolor: .io:

Furtum .ii.

Fraus .i2.

Infamia] .i3.

Iniustitia] .i4.

Federicus .ii.

Quid debeat ꝓ uideri in consi, storio circa lu, ludũ

DE SPECTA CVLIS

Hastiludiũ .i.

ita aut ex equo deturbari / aut tricuspide siue hastę fragmento uul/nerari posse / ut facile sint uitæ / aut membro℞ discrimen aditu/ri: uelut patrū memoria Federico Vrbinati euenisse dicūt / qui cū adolescens certandi studio / cū obuio aduersario concurreret / oculum ab iniecto in cassidem hastæ fragmento erutum amisisse fertur Altera uero / cū in ea gladiatores inter se lanistico præscripto pu/gnent / facere non potest / quin sit spectaculum tetrum præbitura / quid enim placere potest / in quo humanus cruor profundatur ? quid dirius q̄ homines inter se uoluntario interitu spectare occiden/tes ? quocirca iure est .S.C. cauendum / ne cuiq̄ hominum gene/ri ius sit aut in Vaticano hastaticæ ineundæ pugnæ / aut inter se ad Dioclitianas Thermas occidendi : ne homines fiant immaniores cędis usu & assiduitate spectandi . At cum spectaculorum genera edi solent / quæ sine uitæ discrimine sunt simulachra bellorum / ni/hil causæ datur / cur debeant uideri fugienda / uelut si modo Po/chintesta Senensium stationariorum peditum tribunus in armilu/strio sextilitio / loricatas hastatasq; cohortes in aciem educat / quo prælusio sit prælii futuri typus / facile sit iudicandum / nihil id spe/ctaculi genus habiturū mali / modo sine cæde fiat / aut membro/rum sauciatione aliquo℞ / quale potest id genus uideri / quod his proximis messoriis feriis apud Cortesianum est in sollertissimi ho/minis Ioannis Assaroli populeto / & in nostro Labyrintheo no/uelleto factum / in quo Elsini Legionarii pedites a / Ioanne Ger/mano Phalangarcha per Leonarios secreti / modo in cuneum acui modo in hetorostū induci / modo inflecti in lunarem aciem / & tū dirigi in Rombū / tū in aciem quadratam statui / tūq; in utrū li/bet latus conuerti solent / quo sit in uersando tutior mathematica fi/gura phalanx / aut quale id iudicat̃ / quod taurilibus cernit̃ in trige/minariis celebrari pratis / modo sine cæde fiat & hominū iactura præliantum . Idemq; est de urbium oppugnandarum simulachro cum exceptione iudicandum : quid enim uoluptatis non habet op/pugnato℞ imaginem spectare oppido℞ / cum ad ęa oppugnanda solet acies fustibus armata duci / & tū præsidia acriter se tueri ue/lint / crudosq; iaciant ex muro lateres / ac sæpe patefactis repente portis erūpant / & cōtra oppugnātes scalis aggrediant̃ muros / ipsiq;

Federicus Dux Vrbini

Digladiatio .2.

Pochintesta

Armi lustrium

Oppidum Cor/tesium.

Ioānes Assarol9

Ioānes Gremanus.

duces testes & hortatores adsint, scrutenturq; qua sit maxime aggrediendum parte. Atq; huic etiam finitimum est illud Schoenobatum & Petauristarum genus, quorum alteri funibus cernuntur aut retrorsum auersi, aut ultro citroq; gradi ascendendo celsi, alteri ita spectantur, uel per circulos transmitti, uel circum hastam corporis inflexione uolui, ut tota eorum corporum natura commissuris constare uideatur. Nec etiam quicq̃ est causæ, cur minus in eundem numerum Quinquertium referendum sit, quo ex genere hodie maxime palestra cursusq; frequentari cernit̃. Palestra est. n. qua homines inter se brachiis implexi luctari cernuntur: In quo modo laudi Peromonti Hispano datur, q͏̃ ab eo primum palestra sit ad naturæ relata motus, repertaq; luctandi uia, in qua homines non tam implexu aut lacertorum nixu, q̃ artificioso pedum interpositu, ex corporis statu deturbati cadant. Cursus autem est, quo homines uel equi ex nyssa ad metã certando currunt, quale est Catadromum illud iudicandum, quod Saturnalibus uia Alexandrina fiat.

Spectacula innoxia ex repraesentatione uariarum rerum.

At ea spectacula minus possunt uideri nocitura, quę repręsentata sine corporis aut animi damno delectant, quo in genere Mandux, Elephas, Gralator, Coehlea, Gigas, & quæ sunt eius generis numerantunr, quæ in publicum, Tibicinum, Cornicùlariorum, aut Vtriculariorum comitatu sociata produnt: Similisq; est personatorum, aut eorum curruũ triumphantium descriptio, quorum alteri cum funalibus & crotalis choraulo tympanizante saltant, aut aliqua fingunt imitando, quę sint spectaculum prebitura lætum alteros ob id ludis agonalibus uicatim circunferri consuesse cernimus quo repręsentari uideantur & priscorum triumphantium insignia, & imperii dominantis opes.

Aliud spectaculũ xe his q dicũt ex tempore .B. Vgolinus Iacobus Corsus Bernardus Accoltus.

Mirificeq; etiam uoluptas ex his hominibus capi honesta potest, qui ex tempore dicuntur plebeio sermone canere solere ad lyram: quo ex genere ut nuper .B. Vgolinus, & Iacobus Corsus, in Italia sũt laudari soliti, sic hodie maxime debet Bernardus Accoltus celebrari, q quanq̃ uersus ex tẽpore dicat, ita tamẽ apte sentẽtiis uerba cõcinna iungit, ut cũ celeritati sẽper parata sit uenia, magis in eo sint laudanda, quæ fundat, q̃ ignoscendum, q͏̃ ex tempore & partu repentino dicat, quæ sit gi-

gnentis ingenii / non dicentis cogitate laus : Scænica autem specta/cula uaria nominari possunt / quo in genere / Mimi / Attellanæ / Togatę / Comoedię / & Tragoedię numerant͛ : Mimi . n. sunt / q aut minus iocando hominum parcũt dignitati / aut cęteros risu & imitatione ludunt / & quoꝝ in sermone semper ludibriosissimi aculei scurulitatis insunt . Ideoq; a / Romanis mimicum quoddam est uersuũ repertũ genus / quod ob id Planipedia nominari dicat͛ / proptereaq; Mimi in proscenuũ sint pedibus ingressuri nudis . Attellanæ autem hę nominantur / quę sunt ab Attella Oscoꝝ ciuitate natę / in quibus hister exodium iocando init : Togatas uero eas esse dicimus / quæ Romano conscriptę modo gręcum in scæna solent imitari ritũ : At comoedia ea uocat͛ / quæ cũ ad hominum mores exprimendos inuenta sit / in eo potissimum rerum genere uersatur / ex quibus solet iucundus reꝝ oriri finis : Tragoedia autem est in qua cõsuescũt hi hominũ significari casus / qui sint flebilem exitũ habituri : Quod quidem poematis genus / cũ maxime appositum uideatur ad Christianoꝝ casus exprimendos / non desino sane mirari / quæ causa sit / cur minus nostri se ad hęc Tragoediaꝝ ganera transferenda conferant / cũ haud sit eiusmodi carminum ignotum genus / & hominũ ingenia uideantur præstare florentius / q̄ ab hinc annos octingentos sit floruisse iudicandum : Cætera autem scænica repudiantur / a / nostris / quasi in his scelera hominũ detecta pateant / contagioneq; aspectus sæpe euocentur uitia non dum nata : idq; eo potest confirmari argumento / quo probatur oculorum genus cæteris sensibus esse ad delinquendũ ad facileq; labendũ aptius : Nam cũ oculoꝝ genus in primis sit cæteris in percipiendo uelocius / quomodo dubitari potest quin sit etiã ad scelera rapiẽda celerius : eadẽq; ratione quãq̄ obsceenitis possit cęteris ĩ esse sensibus / oculis tamẽ solet cõtineri cumulatius : Siquidẽ auditus sermonis / tactio carnis / odoratus unguenti iucũda uoluptate cõmouet͛ . At oculi in corpoꝝ genere motionẽ / colorẽ / gestũ / figurã / uenustatẽ / & pulchritudinẽ cernunt iudicando subtilius / tantoq; ad hęc reꝝ genera perfruenda ferunt͛ auidius / quãto est eorũ pulchritudo iudicãda maior : quin etiã dubitationẽ nõ habet / qn frequẽtius multi cerni q̄ audiri aut cõtrectari possint / cũ ꝑspicuũ sit / ĩ agõalibus urbãis ludis / aut ĩ Florẽtino catadromo / omne puellaꝝ spectã

Spectacula scænica

Mimi

Attellanæ

Comoedia.

Tragoedia.

De spectaculis obscoenis uitãdis

De natura & periculo oculoꝝ

tium genus uno posse aspectu cerni / quod minus sit sub targendi aut audiendi casurum sensum : quare iure est .S.C. cauendū / ne ea spectaculorū genera sub oculorū sensum & aspectum cadant / quę sint urbis luem / malorū contagione paritura : Atq; hoc idem est de uestitus ratione considerandū / in quo intelligendum est / Senatus esse de modestia publica seruanda cogitantis / amictoria lege cauere ne urbanorū hominum generi ea uestitus insolentia / aut ea uti cō mentitia nouitate liceat / quę ei probro futura sit : Nam ut in moribus sic est in uestitu laudanda modestia : quid .n. minus decorū ui sum iri debet q̄ Cōpendiarios / aut Centūuiros carbasino uti intusio / aut insolentius spectare fimbriatos : quid turpius q̄ cū laudari cupias / efficere / ut rideare / presertim si accesserit iactura sumptus : Itaq; sciendum est primū hoc liberius uestitus genus / bipertito secerni / unum quo homines a / patrio desciscunt ritu / alterū quo in amictu extra modū urbis moderatę produnt / id .n. quod longe ab usu urbano abest / eo debet uideri turpius / quo est modestię simulatione insolentius / uelut siquis modo Florentię ceruleā Ephestrim induere cō suesse diceretur / in qua cęteri xerampellica / aut atrabatica cernant uti nihil esset causę cur is minus nominari posset modestia peruersa simulator / aut rursus si ab aliquo flamine aureus usurparet torax / nulla causa dubitandi esset / quin id uideri deberet flagitiosi ingenii & mentis intemperatę obses : quare in amictu triplex potest uitii numerari genus / unū quod ad Cenodoxiam / alterū quod ad delitias / tertiū quod ad amictus anxiam curā pertinet : In eo .n. quod fieri cenodoxię causa cernitur / eo tū magis sunt homines urbani repręhēdendi / quo glorię causa est sumptuosior iudicandus luxus : cū cognosci possit : id ex animi tenuitate nasci / siquidem hi angustioris possunt iudicari mentis / q imbecillitatis cōsciētia suę / id spectatu extrinsecus cōsequi uideri uolunt / quod minus sint suapte intima uirtute nacti / quo cęteri ęquari aduēticio ornatu possint • Id autē quod est delitiarū causa repertū / tum est immoderatius putandū . cū licentius fieri lauticia priuata cernit / ut siqs intusio uti carbasino dicat / quo sit corporis cōtractione mollius : at uero id / quod in anxia animi cura uersat / eo tū est plus nociturū uitę / quo in eo plus temporis iacturę fiat: Itaq; cum urbs non modo delitiarū artifex / sed semper sit amictus

DE VESTItu:

De modestia in uestitu.

De triplici genere uestiendi

De triplici uitio in uestitu

De natura urbis

peregrini rapax . S . C . caueri debet / ne flaminum urbanorum genus fines impudenti libertate transeat in uestitu longius / q̄ sit amictoria lege permissum / neue eo utatur genere amictus / quod inconstanti luxu / & transalpina leuitate sit tam communiū opū q̄ modestiæ priuatæ uitus : quo in genere soleę sericatę manuarii conduli / para zonia Hispana / cothurni tudiculati / rugata capitaria / balthei chryso graphiti / & phrygionicę tunicę uersant. Atq3 a Senatu est etiā proui dendū illud / ut hi in urbe seruentur festi instituti d es / q fastorum fe riarum q3 sūmariis adscripti sunt : In quo sciendū sit / ex feriarum nume ro quasdam repentinas / quasdam fructuarias / nonnullas solemnes solere nominari / Repentinę . n . hę uocātur / quę repente sunt Pont. Max. indictę iussu / uelut si his saturnalibus Iulius Secun dus per pręconem ferias indici iubeat / proptereaq3 sit Hispania re centis Veredarii aduentu cognitum / Aphricam ita Ferdinandi Hi spanorum Regis oppressam esse copiis / ut celeriter bello domita sit / aut annuū pensura uectigal / aut iugum seruile subitura / quo nihil es se possit ad spem reliqui imperii recuperandi maius : Fructuarię autem tum indici cernuntur / cum tempestiuitas datur expectatarum percipien darum frugū / quales messorię aut uindemiatorię uideri possūt / in qui bus homines solent occupari uehementius / quo minus uictu sit cō munis uita caritura : At solēnes illę uocantur / quę quinquagenariæ natalitię / pręputatorię / scansorię / matrales / prodromię / laurenta liæ / cōmunicariæ / trigemnarię / heriles / & quę sūt eius generis fe rię nominantur / in quibus sit quicq̄ agi manuū effectione nefas : quo circa cū in polluendis feriis triplex sit genus negligentię / ex quo unū in criminū genere patrando / alterum in omittēdis sacris / tertiū in ma nuū opere uersetur / intelligendum est / id esse prius . S . C . prouiden dum / quod opificum artificiis / & manuum effectione constat / cum uehementius exemplo aperto obsit / perspicuumq3 sit / quęcunq3 pa lam ab aliquo opificum genere aspernatio feriarum fiat / eandē in urbe secuturā / ex quo intelligendum est / artium multitudinē corporis inuē tam esse causa : nam si corpus humanum minus esset patibili natu ra constitutū / fatendū quoq3 esset / minus ei esse artibus futurum opus cum autem apertum sit / homines corporis causa uariis pręsidiis ege re rerum / quibus sit uita humana tutior / liquere etiam debet / progre

De natura urbis

De OBSERVATIONE FESTORUM

De triplici genere feriarum

De uictoria Ferdinandi Regis Hispanorum contra Mauros de Anno . 1510 .

De triplici negligentia in polluēdis feriis

De uarietate artium

Quare inuentę sūt artes

Artes sũ inuentę ad similitudinẽ naturę.

dientis rationis solertia quędam artiũ genera necesse fuisse reperiri q ę hominibus ad uitam degendam ministratura essent, quęq; ma xime naturę sequerentur ritũ. Siquidem quemadmodũ his rebus quibus extrinsecus noceri potest, naturę cernunt integumenta dari, ut truncos cortice obduci, equos pilis oues lana, pluma uolucres, pisces squama tegi & uestiri uidemus, sic confitendum est ab homi nũ genere naturę imitatione uestis primo repertũ esse usum, quo ui ta esset a, frigore & calore munitior, ex eoq; tot genera artiũ ope rosa nata, quæ essent necessitati subuentura uitę: cũ autem uarius sit artiũ inuẽtus usus, sciri debet, illud primũ artiũ genus debere nomi

De Agricultura.

De quadruplici Agricultura

nari, quod maxime homini uictũ suppeditaturũ sit: quo ĩ genere sẽ per hominum consensu est princeps Agricultura iudicata, cuius una agraria, altera satiua, tertia pastoricia, quarta olitoria nomi natur. Agraria .n. est, qua ostendit, quę terra maxime sit ad fru ges gignẽdas apta, quod ue sit occandi, aut arandi tempus. Sati ua autẽ est, quę nõ modo arbores seri docet, sed etiam præscribit inserendi modũ, quomodo scilicet surculus aut scisso imprimat trũ co, aut inter corticem & lignum inserat. At pastoricia ea nomina tur, qua pascua & prata continentur: Olitoria uero est, quę docẽ

Quid nõ liceat in Agricultura in feriis

do iubet, quomodo sit hortus oleribus serendus: quare cũ queritur, quid in his maxime agi feriarũ die exceptum sit, intelligi potest .S. .C. esse cautũ, ne cuiq̃ feriis sit occare aut arare licitũ, neue arborũ satio aut foenisecium contemnendo fiat: at cum sunt in pascua iu menta ducenda, minus ea lege solet id hominũ alligari genus, quod sit custos ad iumenta pascenda constitutus, cum perspicuum sit, hoc belluarũ genus minus uiuere sine herbido pastu posse, quo in gene re Opiliones, Caprarii, Suarii, Bubulci, & hi Saltuarii nominant

De aucupatu pis catu & Venatu

De Molendina riis & Olearriis.

quibus est pascuę aut ceduę syluę cura tuẽdæ data: Sed si de aucu pum Piscatorũ aut Venatorũ genere queritur, q feriis plagas aut re tia insidiando tendunt, sciendum est, cum feriis id fieri compendii causa solet haud id eis licere plus, q̃ sit reliquo opificũ generi in lu crando licitum. Similisq; fere est Molitorũ, Oleariorũ, Latera riorũ, Salsamentariorũ, & Lanionũ iudicanda descriptio, qua iu bet, neqd eorũ qs sciens eo die uẽdat, qui fastorũ sũmario adscriptus sit, siqdem apertũ esse debet, molitori in primis iubẽdo edici, neqd

feriis ab eo eat tritici ea aquaria mola aut uentosa multum, quod inter metam & catilum tornando molatur, quod idem est de Oleario torculo & farinario pistrillo dicendū, in quorum altero cernuntur Oliuę, in altero frumenta trudi equo uoluente molam. At uero Calcariorum laterariorumq; generi, quorum cottilia fornax haud est sine lignorum coniectu duratura feruens, minus piaculo futurum sit, si materiam igni accendendo subdat. Eademq; ratione fatendum est a, Lanionum Salsamentariorumq; genere aliquid cibi pridie condiri posse, quod professo sint uendituri die, si id eis ante minus per negocia condire licuit, in quo genere Lucanica, Pernæ, Sanguiculi, Longanones, Isicia, & Syncipita suilla numerantur. Nec etiam his est ferias seruare iussum, qui aut in compitis caupones esculentorum sunt, aut qui in oenepoliis uendere uina cernuntur. Recte quoq; idem Vectorum Mulionum & Nautarum generi edicitur. Vectores enim sunt hi, qui aut mercennario quęstu uehunt, aut hi, a, quibus in urbem frumenta comportantur ex agris, quales Romæ alpini uectores iudicari possunt, quibus intelligendum sit statutis feriis minus esse ius frumenti in urbem importandi. Mulionibus autem, qui cum Clitellariis mulis sint longe profecturi gentium, nec uiuere sine Vecticulario lucro possint, dubitari non debet, cum iter instare uideatur, quin proficisci uehendo liceat. At Nautis, quorum est aut Nauium Piraticarum metu, aut uix longitudine, siue tempestate fluctuantis sali, facultas nauigandi astrictior, tantum est in nauigando permissum, quantum his per prudentiam licet, qui sunt in alea discriminum & fortunæ procella constituti Atq; ex hoc genere maxime Pharmacopolæ numerantur, qui cum communis ualitudinis publiciq; causa pellendi morbi, Catapotia, Epithemata, Cathartica, Eclemata cataplasmata, Collyria, & malegmata ex antidotario Medicorum præscripto uendunt, iure ea cernuntur excipi debere lege, qua feriis est mercium sublata uenditio. In quo tamen sciendum est uerecunde eos esse debere uendaces, suaq; interesse putare, non quemadmodum compendii causa uendituri sint, sed quemadmodum sint opem communi uitæ allaturi: quod quidem maxime Florentiæ ciuitati religiosæ & pudenti usu uenire cernimus, in qua

De Calchariis

DE Macellariis

De Taberniis

De Mulionibus

De Nautis.

Florentia.

pharmacopolica est lege prçscriptũ / ut ex multis urbanis medicinç tabernis / uni tantum feriis sit ad festram uenditare licitũ / quo & sup peditari cõmuni hominũ necessitati possit / & religiosus seruetur urbis moderatç pudor. Multoq; est id ab eo opificum genere seruandum magis / quorũ artibus tam uestitus necessitati q̃ dignitati seruiri solet / quales Polymitarii / Lintearii / Pelliones / Sericarii / Sarcinatores / Sutores / Alutarii / Fullones / Aurarii / Bractearii / Zonarii & Reticularii uocantur / cui generi feriis nullũ datur uendendi / aut quçstus causa aliquid efficiundi ius: quo magis est eorũ uituperanda leuitas / qui Natalitiis Exsuscitatiisq; feriis Sarcinatores suere sagula fimbriata cogũt / quo sũptuosius uideant' leues. Sed longe hi sunt arctius in uendendo astringẽdi / q Chartarii & Tesserarii uocantur / quorũ ars est criminis occasio / & affinis futura culpç: nihilo q; est ei hi cipiti opificũ generi mulcta irroganda dissimilior / quorũ alteri in Pygmentaria taberna fucũ / melinũ / & purpurissũ / alteri in Myrothecio unguenta uendunt: quod utrũq; tam miseri ingenii uideri potest / q̃ naturæ deprauatæ signũ / quç minus aspectu & odore lçtetur suo. At cũ in feriis seruandis lex ẽst his prçscribenda / qui sunt instituti ad domorũ genera çdificanda Fabri / quorũ in numero Architecti / Tignarii / Cçmentarii / scalptores / & Lignarii uersantur / sciendũ est semper his ferias in construendo obstare / nisi temporis causa çdificandũ sit / cũ scilicet belli repentini metu sunt aut moenia reconcinnanda / aut muri çdificandi noui / quo sit munitior ad hostiũ impetũ repellendũ urbs. Ab his prçdiatores & prçfecti Silicarii nõ longo interuallo absunt / quibus etiam interdicitur / nequid feriis metiant' / quod religionis contẽptũ pariturũ sit / nisi quando id facere Pontificio iussu cogant' / uelut si modo Iulius Secũdus Dominico Maximo & Hieronymo Pico prçfectis Silicariis iubeat / uti feriis eorũ alter amboue uiam a / Theatro Pompeii ad Capitolinũ Cliuũ fune deducto metiantur / quo sit urbs ad aspectũ ornatior / & Corona / riis compendiosior in Lateranum uia. Quin etiam Hastarii / Conarii / Orearii / Loricarii / & Ephippiarii in hoc numero uersari possũt quorũ ars est ad usum reperta belli / a / quo genere nihil feriis est licentius artibus seruiendum suis / nisi quatenus belli ratio postulare uideat' / uelut si modo dicat' a / Baizeto Turcarũ Rege oppugnari

DE Sarcinatoribus

De Chartariis.

De Pygmẽtariis

De Vnguẽtariis

De Architectis & Fabris

De magistris uiarum.

Iulius .ii.

Dominicus Maximus Roma.

Hieronymus d Picchiis Ro.

Magistri uiarũ

De Fabris armorum

Baizetus Otomannus.

earũ Rege oppugnari Rhodum / dubitari non debet / quin in ea ur/be eiusmodi opificũ generi sine piaculo sit arma fabricari fas : con / tra autẽ in hoc genere etiam / Librarii / Litterarii Cursorii / Cẽ / tumuiri / Libelliones / Grammatocyphi / Tabelliones / & Scrip/turarii numerari cernuntur / qui quanq̃ publicæ hominũ utilitati / & ingenii lumini seruituri sint / ea tam debent lege deuinciri / qua caue tur / ne quid liceat die feriarũ agi / ut si herili die ab aliquo librario dica mus postularios scribi libellos / facile etiam affirmemus eũ minus posse excusatũ iri / quod longe secus est intelligendũ / cum aliquid est occasio & temporis exactura uis / quod celerius faciundũ sit : Quemadmodum si proximis prodromiis feriis Paulo Tubę Cen tumuiro prestanti dicatur esse a / Iulio Secũdo iussũ / ut ea execra ria diplomata scribat / quibus Veneti repetundarũ & Iulia lege uul nerantur / facile intelligi debeat / nihil ab eo piaculi posse scriben/do contrahi / cum perspicuum sit / id esse celerius ea ratione factũ quo Veneti execrarię poenę metu formidineq; religiosa mallent scri ptis parere q̃ armis / ab hisq; fieret sine cede & hominũ cruore resti tutio . Horũ quoq; generi Pictores adiungi possunt / quorũ muta se dulitas/quanq̃ sit uim habitura loquentẽ / eodem tamen continet ius su / quo cautũ sit / ne quis feriis pingere inchoata audeat / nisi cũ hę sunt diuorũ imagines in delubris absoluendę / quę admonẽdo sint ei aduenarũ generi profuturę / qui in urbem eulabię causa aduentare ui deantur / ut si his Laurentalis idem Iulius Secũdus Lucæ Corto/nensi homini in pingendo frugi & naturã uerecunde imitanti diuorũ Imagines pingere in cella Vaticana iubeat / quo pręsens cõmonitio sit / hominũ memoriã alitura / & ad factorũ imitationem excitatura mentem / cũ apertũ sit / nihil magis in animo hominũ influere so/lere / q̃ quod sit aurium admonitu / & oculorũ aspectu confirmatũ : At si de concionantũ / docentiũ / siue scribentiũ opera quęratur / in telligi datur eos / nulla debere lege astringi / quominus iuuare legen do & scribendo possint / cũ eorũ doctrinę opera sit / memorię sub/sidiũ / mentis lumen / trutina uirtutũ / & itineris in coelũ index :.

De Librariis:
De impressori/bus librorũ
De Notariis

De scriptoribus Apostolicis:
Iulius .ii.
Paulus Tuba scriptor Aplicus .1509.

De pictoribus

Iulius .ii.
Luchas Corto/nensis .1510.

De pdicatoribus
De docẽtibus
De componenti bus libros.

LIBER TERTIVS

DE PRAELATIS MAIORIBVS ET REBVS ECCLESIASTICIS AD CONSISTORIVM PERTINENTIBVS.

SED Quemadmodũ satis est ratio earũ exposita rerũ, quæ possunt ad iudicium attinere Senatus, deinceps locus est propius de ea flaminalium rerum ratione dicendi, quibus continetur omnis Rei pu. beatæ status: cum autem satis sit supra, a, nobis de Pontificali iure explicatum, ex quo ea maxime duci queant, quæ ad Senatus iudicium pertinere uideantur, nunc sequitur, ut de eorum sit magistratuum uarietate dicendum, quibus est Res pu. descripta sapienter, quo Senatorum generi siquando accidat, ut de cooptandi aut abrogandi iure sit in Senatu disputandum, facultas detur iudicii ueri persequendi: Quocirca intelligendum est, in magistratuum genere eos in primis solere numerari, qui in absoluto sunt uitæ statu constituti, quorum quidem est genus duplex, unum in quo Archiflamines, Protochisi, Propontifices, Præcentores, & Penetralii, alterum in quo, Pontifices minores, Archipontifices, Primarii, & patrum principes numerantur. Cum autem in Senatu sit de posteriorum cooptatione disceptandũ, consentaneũ est, ut hoc loco de toto eorũ iure dicatur, quod maxime sit in renuntiando spectandum: quod quidem tripertito secernitur, ex quo unum in integritate uitæ, alterum in potestatis cura, tertium in utilitate afferenda uersatur. Probitas enim petentium spectatur, cum competitorum uita comparatur, in quo is est renuntiandus potius, in quo Pontificatus bene gerendi est spes constituta maior: quo uerius sunt hi reprehendendi, qui Pontificiis Comitiis, non eos in cooptando quęrunt, quos putent utiliores Rei pu. necessitati fore, sed his fauent suffragando qui aut amiciores sint, aut exquibus se sperant aliquid capturos boni. quo nihil esse potest in Re pu. administranda peruersius: quid enim est tam Rei pu. descriptioni contrarium q̃ ad Pontifi-

De officiis Ecclesiasticis:
Archidiaconus:
Primocerius:
Vicarius:
Archipresbiter
Cantor:
Sacrista.

De triplici officio Episcoporũ

Quid debeant spectare Cardinales in Episcopo creando.

catum gerendum, quempiam minus probum præterito probiore legi? quid periculosius q̃ ad publicum negocium ei ascensum patere, qui minus intelligat, quantum oneris ab eo sit in omnem uitam susceptum? quid foedius q̃ id gratiæ & ambitioni dari, quod sit causæ & uirtuti exploratæ dandum? Quare cum iam in suffragando homines ad ambitionem & gratiam propendant. S. C. prouidendum est, ne cui Senatori sit ei suffragari fas, qui aut Pontificatum palam petat ambiundo, aut minus sit uita periclitata notus, neue in eos sint flagrantia studia Senatorum, qui Pontificatum nundinari uolunt, aut quorum dignitatem minus est animi æquatura dos: Potestatis autem cura his finibus circunscribitur, quibus Mundi regiones terminantur: ut præclare ex Europea eorum iurisdictione iudicare licet, qua tributim & pagatim fana descripta cernuntur. Nam quanq̃ iamdiu in Asia & Aphrica Barbarorum scelere sint infinita prope deleta fana, intelligi tamen debet, ea sic etiam amissa Pontificum iurisditione contineri, augurariq; licet ex placati coniectura Dei, & barbarorum occasum imminere, & breui ea a, nostris recuperatum iri, idq; ex his Emanuelis Lusitanorum & Ferdinandi Hispanorum Regum uictoriis cognosci potest, a, quorum altero sic est India in hostilem uexata modum, & parere coacta, ut iam facile pendeat obsequendo uectigal, ab altero ita sunt in Aphricæ uiscera arma Hispana lata, ut undiq; cincta periculis sit, aut repugnando interitum expectatura, aut rebus diffisa suis, eodem quo Betico seruitura fato: ut his exurialibus feriis præclare est, a, phedro Volaterrano in Vaticana concione descriptum, declaratumq; quid sit bellando euenturum, quo concio esset, ad hostis teterrimi pestem dirarum obnuntiatio futura, ad memoriam sempiternam fama triumphi ueri: At cum de utilitate quæritur, quam minorum gentium Pontifices Rei pu. afferre debent, intelligendum est, id eis primũ curæ esse oportere, quod ex multis utilius iudicandũ sit: quo in genere initiandi ratio est iudicanda prior: Quid enim utilius esse potest q̃ eos, qui animorum incolumitati præfuturi sunt, scrutari ante q̃ spectatu iudicare sapientes? Quid tam necessarium, q̃ cũ ubertate præstare debere doctrinæ, ex quo sit hominum haustura

Quid debeat decerni pro suffragatione

De cura potestatis Epalis

Qd Epatus sũt deputati in omnibus partibus mundi.

Emanuel Rex Portugallensiũ

De uictoria Ferdinandi Regis Hispano℞ contra Aphricãos de ãno .1510.

Phedrus Volaterranus:

De utilitate quã afferre debent Episcopi

De examidatiõe ordinando℞.

multitudo ? Itaq; sciendum est, cum comitia habentur initiandi eos, qui in flaminũ cellegium cooptandi sunt, Pontificis interesse minoris scrutari, ante candidatos, an sint Grammaticæ discipli næ rudes, siue utrum eorum sit expedita in dicendo celeritas, an aliquid uideatur sonare rusticanum, quod peregrina insolentia ab, sonaq; uoce soleat aures ferire audientum: In quo quidem ad lin guę uitia uitanda multum hodie homines possunt eo prosodiarum iuuari libro, qui nuper est a familiari meo Cornelio Benigno scriptus, in quo tam Grammaticæ uoculationes q̃ musici seruan tur phthongi. Atq; illud est etiam in candidatorum genere ini tiando exquirendum, utrum musica disciplina pręstent, an statario sint eruditi cantu, quo maxime apparet modos constare flamina les. Quin etiam intelligant sua referre, nequis initietur flamen, q aut minus possit iurisditionis uideri suæ, aut minus sit alterius Pontificis chirographo testante notus, neue alio die sacerdotitia comitia fiant, q̃ eo, qui sit initiarius ex. S. C. constitutus, in quo ducat esse permagnum, id primum uidendũ esse, ut fiant ini tia perinde, ac est rituali libro præscriptum: idq; euenire poterit si suę intelligant esse curę: nequid omitẽdo, in chirothesia, aut in charatismate siue in piaculari soliloquio contrahatur, quod ad sũ mam uideatur litatorii pertinere partem. Eademq; fere est uesta lium initiandarũ ratio. At cum est de lustralis Olei & Chrismatis ratione quærendum, sciendum est, maxime eos existimare debere anniuersariis quinquagenariis utrumq; sibi esse faciendum, quo homines possint oblinìri confirmando, puberibusq; edicendum pa lam, ut ante inherentia criminũ ulcera depellere fatendo uelint, q̃ ad eiusmodi lustrale uenire litum. Atq; illud etiam sanciendum est, ut eiusmodi Pontificum generi sit Maleficos, Fascinatores, & Chaldęos in iudicium uocandi, & a uitiis auocandi ius, quo ita pesti nascenti resistant, nequid sit in posterum incendii paritura uastioris, sed eorum animaduersione fiant lentiores ad delinquen dum cæteri: Rursusq; item est Pontificis tuentis & regentis cu rare, ne maritales aut foeneratoriæ causæ ad profana prætoria iu dicia transferantur, neue quid iuris intercessione, aut prouocatio ne deperdatur, operamq; dare, ut quotannis Concio Synodica

Cornelius Beni gnus

De confectione sacramentoꝝ

De potestate Epĩ cõtra Maleficos Dist. xxvi. 4. v. c. Episcopi

Q đ causæ ma trimoniales & usurarię perti nent ad iudiciũ Episcopi

fiat, uicatimq; flaminibus edicatur ut adsint, quo aut lex uetus ob rogetur, aut feratur promulgando noua quæ sit turpitudinum fla giosarum uindex futura, & nascens morum extinctura incendium nam cum cuiusuis hominis sit errando labi, Pontificis interest re, gentis, ita flamines urgere decretis, ut ad omnes poenæ formido perueniat, ad paucos mulcta dimanet: suaq; refert scire perinde ut fulmina esse debere leges, quæ quanq̃ omnium emittantur metu paucorum tamen interitione cadant: Idq; fieri cumulate poterit, si intelligat se omnibus his carere oportere uitiis, in quibus sit al terum uindicando puniturus, cum nihil peruersius esse possit, q̃ in eo obiurgare alterum, in quo ipse repræhendi queas, sitq; quid uis perpeti satius, q̃ nequam Pontificem uitia aliena spectare ob iurgantem, quandoquidem perspicuum sit, eum qui sit alio, rum peccata correcturus, bene & cumulate esse oportere con, tinenetem. Itaq; imprimis ab eo est auaritiæ uitanda suspi, tio ne scilicet quid quæstus causa instituat, aut rapiat ex publica ga za insolentius, ex quo iudicandum sit, & pecuniam augeri priua tam, & minus eum posse suspitione carere peculatus: nihil est enim tam putandum turpe, q̃ eum a, quo omnibus fieri benigne debeat, priuatim alteri uideri detrahere exigendo uelle, nihilq; foedius excogitari potest, q̃ Pontificem, q sit princeps pecuniæ ero gandæ constitutus, ad bonorum direptionem aduolare publicorum Quocirca intelligendum est, ad summam negocii pertinere sui, agi secum pręclare arbitrari, si ea bina præscripta seruet, quorum alterum in egentium donatione, alterum in luxus & uoluptatum ab stinentia uersatur. Quid enim tam Pontificum generi consen, taneum futurum sit, q̃ indigorum calamitati suppeditare largien, do? quid contra debet ab eorum abesse dignitate longius? q̃ intelligi eorum opes, quorum uita ad imitandum patet, aut in sum ptuosum luxum consumi, aut in charybdim & gurgitem profun, di gulæ? quo magis est eorum Pontificum uituperanda edacitas, qui cum uitæ foelicitatem uentre metiantur, non modo delinquunt q exemplo nocent, sed q corpora etiam pastu atq; potu labefa, ctant, mentisq; agilitatem elidunt. In qua quidem intemperan,

De synodo.

Q d̄ oportet ep̄z alios reprehen dentē esse inre prehensibilem:

Q d̄ Ep̄s debet carere auaritia Dist. lxxxviii. c. fornicari

Q d̄ Ep̄i debēt es se abstinētes & parci

Contra Gulam:

tia non inttelligunt se beneficio præstantiaq; naturæ abuti suæ, nec sentiunt, quo sunt in excelsiori dignitatis constituti sede, eo cum belluarum genere comparari turpius: Quare iure est ex. S. C. Pontificius præfiniendus uictus, & tanq̃ lex quædam sumptuaria facienda, qua accubatorius luxus reprimatur, & edax coerceatur gula mandonum: Nam hodie ita homines se epularum uoluptati dediderunt, ut ad hunc tantum nati appareant perfruendum sensum. Possumus enim uidere quot Obsonatores, Piscatores, Ministri, Coci, edaci uoluptati seruiant, quiue apparatus excogitentur epularum, aut quæ quotidie noua ciborum genera afferat peragratrix gula, quibus aut palatus fastiditus excitetur, aut rursus cogantur ad edendum saturi. In quo quidem cum possint obsoniorum suauitatem desiderio magis q̃ facietate consequi, supplicia, malunt q̃ quærere edendo uoluptatem, siquidem ita uariis conquisitisq; epulis onerantur, ut sæpe obstupefactis corporibus, grauiora sint his epularum onera, q̃ tormenta morborum. Ideoq; crebro ex his inflationes distillationesq; oriri solent, ac luridus ex cruditate pallor: nec enim fieri potest, quin uaria ciborum genera male conquocantur, & quin ex tanta colluuione dissimillimi generis inter se obsonia pugnent: Quæ enim societas boletis esse debet cum ostreis? quid tam contrarium Turdo q̃ Murena aut Rhombus esse potest? Quid item tam dissimile q̃ ea condimenta epularum, quæ modo tam importauit Luxuria q̃ est ambitio commenta ferax? quorum quidem tanta est modo inducta multitudo, ut nihilo affluentiores coloribus pictorum officinæ, q̃ condituris principum collinæ uideatur, num censendum est, ex tam repugnantibus diffidentibusq; inter se cibis uaria ægritudinum genera non oriri, aut medicinam in tam multiplici uarietate non esse fallacem? idq; eo perniciosius iudicari potest, quominus iam panis edi prandendo aut cænando solet: Puer Romæ cum ab Alexandro fratre deducerer ad principes, sæpeq; honoris causa in cõuictũ adhiberer, non tam obsoniorum multitudinem, q̃ commessatorũ peruersam edacitatem eram admirari solitus, qui minimũ panis ad obsonia adhiberent, cũq; ex his puerili cupiditate quære,

Marginalia: De suptu circa gulam. — De nimia uarietate ciborum — De morbis ex gula nascentibus. — Alexander Cortesius — De abusu gulosorũ circa panem

rem, cur pane cænando abstinerent, repente respondebant Lur, cones non ædere solere panem, ex quo cæpi cogitare primum q̃ hominum sit auiditas q̃ gustatus in edendo peruersior, q̃q; liten tius hoc genus hominum societate q̃ uoluptate lætetur, cũ perspi cuum sit, ita natura comparari, ut nihil sit homini in cibis si, ne pane iucundum, ex quo intelligi detur animi uitio naturæ supe, rari sensum: Quamobrem huic Pontificum generi, quibus est a, religione data continentia, ex. S. C. ut diximus, lex est pręscribendi uictus, quo & ualitudinis integritas seruetur, & mens sit in regendo & excubando acrior. Huic autem pręscriptioni fi nitimus est de uestitu & ornatu locus: In quo sciendum est, huic Pontificum generi præter sacerdotitios amictus, nouem ornamen, torum genera dari, quibus in litando utatur, quo in genere Ca, ligæ, Sandalia, Zonæ, Interulæ, Dalmaticæ, Chirothecæ, Tiara, Pedũ, & Annuli numerantur: Caligæ enim ob id dari dicuntur, quo significetur rectum esse debere in ambulando gra, dum. Sandaliis autem, satis est signi aspernationem humana, rum declarari rerum, cum & pedes tuendi & pulueris sint causa reperta pellendi. At Zona tanq̃ nexus quidam est honesti amo ris index, quæ sit tanq̃ temperantię conditio, & quædam germa, na uirtutis. Interula uero, cũ ęqualiter ad talos rotunda pateat, facile potest perseuerantię significare uim, quæ sit contra eam dif, ficultatem stabilitas, quæ ex operæ diutunitate oriatur, nec a, bonorum genere recedat, nec liquescat id perferendo langui, dius: Ex Dalmatica autem, cum sit ad talos dimensa late: quædam ostenditur afluens ad bene de indigorũ genere promeren, dum opitulatrix uirtus. Sed ex Chirothecarũ usu, cum aptissime sint ad manus tegendas factæ, præclare existimandũ est, eam cau tionem declarari, quæ maxime uersetur in obstantium depulsione rerũ. Ex Tiara autem significatur utriusq; doctrina consignata le gis: in qua maxime nitatur animorũ salus. Pedum uero cũ capulo sit in curuũ, trũco rectũ, ac in imo ad cuspidarii stimuli cõstitutum modũ, facile iudicandũ est, officiũ Põtificiũ representare triplex, ex quo unũ in retinendo discentes, alterũ in ęgrotantibus fouendis,

De cohercenda gula p legem:

De ornamentis Episcoporum

Q d̃ Episcopus habet nouem ornamenta pręter sacerdotalia

De significationibus ornamentorum

tertium in ſocordium hominum genere irritando & excitando uer / ſatur / quæ maxime pontificie dignitati ſit conſentanea putanda laus. Annulus uero eſt pronubum & maritale fidei promiſſę ſi / gnum : In quo quidem intelligendum eſt / eiuſmodi amictus ge nera perinde a / Pontifice debere mutari / ut ſolent feſti mutari dies. Nec enim cuiq̄ dubium eſſe debet quin Atteſtaliis / Nun tialiis & Quinquagenariis ſit amictu utendum rufo / & quin ut Matralibus / Natalitiis / Suſcitatiis / & Scanſoriis album ſit ueſti tus induendum genus / ita Funebribus / Exurialibus / Septemdia libusq; / Litatoriis / in Neniis / & Thremodiis uti atro ueſtitu li / ceat / quo doloris & lætitiæ ratio ſeruetur diſpar : Sed permagni refert / cum de Principum & Primariorum poteſtate quæritur / ſci re eos inter ſe uerbo q̄ re ſolere differre magis : Siquidem prin / cipum genus quadripertito ſecernitur / quorum unus Bizantinus / alter Alexandrinus / tertius Antiochenus / quartus Hieroſolymi tanus nominatur : quo ordine ita inter ſe diſtare cernuntur / ut alius alio ſit aut prærogatiua dignitatis / aut iuris poteſtate maior : Ex quo intelligi par eſt / quadruplex quoq; eſſe eorum legum priuataꝝ genus quorum unum eſt / quo eis facultas Archipontifici ſubſi buli tribuendi permittitur / qui eorum imperio & poteſtati parent / alterum eſt / quo cæteris dare fidei ſeruandę iuſiurandum cogunt : tertium autem id nominatur / cuius ui / eis eſt / quacunq; iter fa / ciant / gabali ferendi ius / modo ne ſint eo uenturi loci / quo aut Pont. Max. aut ex. S. C. Legatus Pontificio ornatu maneat / quo ſūmiſſis faſcibus eorum poteſtas ſit hero præſente minor / quar tum uero eſt / quo cuiuis ius ad eos prouocandi datur. At prima riorum quadruplex quoq; genus numerari poteſt / quorum unum Aquileienſem / alterum Grandenſem / tertium Bituricenſem / quartum Cantuarienſem eſſe dicimus. Itaq; his non modo po / teſtas permititur Archipontificis corrigendi ſi ſit uita deſidioſa turpis / aut libidinum uoluptati ſeruiat : ſed etiam cognoſcen / dæ cauſæ / ſi ſit iure de eo expoſtulari cæptum : ac quemad / modum eatenus his licet audire prouocantem / quoad ſit lite æſtimata iudicandum / ita illorum debet referre curæ / ut eo mor /

De mutatione or namētoꝝ ſecū dū uarietatem feriaꝝ

De patriarchis:
Q d̄ patriarchæ ſūt quator
Conſtantinopolitanus
Alexandrinus:
Antiochenus
Hieroſolymitanus.
De poteſtate patriarchaꝝ:
Extra d̄ pri.c.antiqua.
Q d̄ primates ſūt quatuor
Aqleienſis
Grandenſis
Buturicenſis
Cantuarienſis

De poteſtate primatum

tuo usq; dum cogitationem in Re publica conseruanda figant, quoad ei ex .S.C. successum sit, nequid sit interim ori turum labis: At uero Archipontifici nullum est in eos permissum ius, qui subsidiarii imperio & descriptioni subsunt, nisi in eo tãtum genere rerũ, quas Senatui sit excipi attinere uisum: Nam si sit constanti fama peruulgatum, quempiam, qui alterius iudiciariæ descriptionis sit, furti aut cædis in prouincia insimulari sua, nihil dubitare prohibet, quin ei ius illius in iudicium uocandi detur: Quemadmodum si modo in Ioannis Piccolominei Archipontificis Senensis eruditi & castissimi hominis prouincia dicamus quempiam in delicti suspitionem uocari palam, qui auxiliarii potestati subsit, nihil obstare affirmamus, qn ei sit tã illius in carcere castigandi ius, q̃ pecuniariæ irrogandæ mulctæ: Atq; hoc idem iuris habet in his, quæ aut ad præsidiariam negligentiam, aut ad synodicam curam attinere uideantur, quando scilicet uel subsidiarius sit in regendo & administrando socors, uel quando est pagana uocanda concio, qua & flaminalis uitæ ratio reposcenda est & lex indicenda morum, iniiciendiq; sunt licentiæ imteperatæ freni Quin etiam sciendum est ius ei gabali quocumq; ferendi, & quibuscunq; prouinciæ uelit fanis humeralis subfibuli utendi esse, quo preter cæteros sit insignium ornatu grauis; Siquidem humerale suffibulum est quoddam stragulæ uestis genus, patibulis atris, ad sacerdotitii strophii contextum modũ, quo significari possit tam ad hominum apparatum q̃ ad potestatis magnitudinem ostendendam esse factum: Quocirca intelligendum est ante eiusmodi humeralis subfibuli utendi tempus, quo roganti Archipontifici ex .S.C. datur, minime ei ius uel flaminis initiandi, uel ædis dedicandæ, siue concionis calandæ permitti, nec potestatẽ concedi eius alias utendi, nisi diebus statutis his, quibus Natalitiæ, Lapidariæ, Psolentariæ, Apparitoriæ, Oliuetariæ, Cænatoriæ, Quinquagenariæ, Prodromiæ, Nuntialiæ, Matrales, Dedicatorię & Initiariæ Ferię cõtinent̃. Sed maxime quoq; intelligi debet a Senatu, ex omniũ Põtificaliũ negociorũ genere nihil esse ea Cẽsura utilius, quę a Põtifice uicana paganaq; fana adeũdo gerit̃. Quid.n.tã

Q đ primas mortuo Archiẽpo debet uocari ad gubernandum dioc.

De offic.c. prẽsẽti li vi.

De potestate Archiepiscopi:

Ioannes Picholomineus Archieps Seneñ.

Dist. vi.4.iii.c. placuit.

Dist.ix.4 iiii.c.cũ simum:

De congregatione cõcilii dioc.

Q đ Archieps potest uti Pallio.

Quid sit palliũ Extra ne elec.c. q sicut

Quibus diebus Archieps potest uti pallio

DE VISITATIONE EPISCOPORũ Et PRęLATORũ

necessarium esse potest / ad incolumitatem Rei pu. seruardam q̃ quotannis ab his rationem repetere uitæ / quibus est curatio mandata cæterorum : quid tam utile q̃ a / uitiis abesse cogi metu censuræ impendentis : aut quid deniq; tam Pontifici consentaneũ q̃ opem ferre egentibus / excitare dormientes / morborum fibras euellere / comprimere pestem / & in uiam reuocare declinantes : Itaq; cum de censoria ratione quæritur / sciendum est censuræ gerendæ modum ita ex . S . C . præscribi / ut scilicet intelligatur / cum Pontifex sit ad hominum uitia castiganda constitutus . P . : M . S . Q . censere atq; / e / Re pu . æstimare / uti primum homines / collegia & fana urbis recognoscant suæ / cumq; tribula / ria aut uicana siue pagana sunt adeunda fana / uictus ab eo exigi familiæ causa possit / familięq; numerentur duæ / in quorum alte / ra Sacellarii / Anteambulones / & Circumpedes / in altera Scri / bæ / Tabelliones / Quæstionarii / & Obsignatores numerentur : Q đ siqua sit iactura equi / aut iumenti adeundo facta / Senatui pla cere / ne censorio nomine flaminibus tantum imperet æris / quan / tum sit eorum amissione deperditum / neue pecuniam pro uiatico censorio petat / nec item ei pręter lectos / tectum / foenum / & uinum liceat accipere quicq̃ / quo priuatim aut publice sumptus pa / ganus fiat . At censuræ gerendæ ordo is probari potest / qui gra / datim percuntando fit : ut si primum ab Archiministro quęratur / utrum sit tam in imperando q̃ in in ritu seruando diligens / deinde quod scientiæ aut litterarum genus eos in tyrocinio doceat / qui fla / mines futuri sunt : similisq; est Archiflaminis interrogandi modus cum inquiritur / quomodo sua referre ducat / prouidere cauendo / nequod genus Eucaristici pastilli desit / quod ægrotis libandum de tur / neue quis ex tribu dicatur mori / cui per flamines minus fue / rit libare / aut penitendo scelera fateri licitum : cadit etiam in curam Censoris id / quod est ex Præcentore exquirendũ / in quo scilicet primum spectari oportet / num in horariis præcationibus quid perturbatum efferatur / quod sit tam temporibus discrepans q̃ casibus & genere præposterum / ut sæpe in Vaticano cernitur indoctæ flaminum multitudini euenire litanti quorum dictione ni / hil potest auribus accidere grauius : q enim sonus barbara pronum

De utilitate uisi tationis

Q đ đbet primũ uisitare capl'ũ Ecclię suę po stea ciuitatẽ & diõc.

Extra de Cen.c. .i.li.vi.

Q đ uisitati de bet pręstare ui ctũ uisitãtibus

De off . or . c. si Eps.li.vi.

De ordine uisita tionis:

De uisitatione Archidiaconi

De uisitatione Archipb̃ri

De uisitatione Cantoris

tiatione foedior inueniri potest: quæ dictio insuauior peruersitate prolata uerborum: quid minus consentaneum q̃ flaminem qui cæteros eruditurus sit, Grammatices esse rudem: siue quęratur utrum horarii libri, ita aptis seruentur & accomodatis locis, ut in conspectu adsint, cum oportunitas postulet idonei ad dicendum temporis, ut scilicet cum per compita supplicandum est, supplicatorii proferantur libelli, aut cum est intercentorium ineundum, apocrisarii libri grandiusculis litteris in monopodio collocentur ita, ut sine conspiciliis cerni a cætu canente queat, quarũ rerum certa argumenta sunt, cum percuntando intelligitur, operam a præcentore dari, ut eorum nomina in albo adscribantur, qui sint hebdomatitiũ inituri sacrũ, ipseq; ob eam rem in hipodio secundarioq; subsellio uersetur, quo sit in eo flaminum genere corrigendo & iuuando liberior, qui a cæteris canendo discrepent, aut quorundam sit uocis sonus moderandus, nequa exeat uocula indocta rudius, quam aures sentiendo notent: Coniunctus est etiam huic locus, ex penetralio custode sciscitandi, num ostia, ossuaria, aras, subsella, cellas, tectaq; fanorum sic ad functionem muneris arbitretur pertinere sui, ut caueat, nequa damna aut detrimenta sentiant, operamq; det, ut in delubro analemmaticus Gnomon ita sit temperato libramento factus ad curricula significanda horarum, ut tintinnabulum cum longiorum, aut contractiorum dierum ratione possit in annum congruere totum, nequid in commonitione diurna aut nocturna seruis aut ocius sonando discrepet, quo flamines deceptum iri possint, deturq; causa iusta excusandi, si minus in tempus ad accitum adsint: quod cum acciderit, quęrendum est etiam, quomodo lychnuchi funalia, ceruicalia, cadurci, peristromata, Deęq; redimicula matris, ac tota tractetur penetralis suppellex, aut quomodo prouidendo curet, ut Eucharistica pyxis in eo sit constituta loco, quo tam festræ, q̃ tentorii ornatu nihil possit excogitari pulchrius, siue rursus utrum sit ab eo prouisum uti in penetrali, aut Epistomion cum latice fontano sit, quo ante litatum possint flaminum lauari manus, aut hieme testuacium siue tonsorium collocetur ignitabulum, ut frigus arceri litando queat: Idemq; fere est uicanorũ aut paganorũ flaminum siue Coenobitarũ

De uisitatione sacristæ.

De uisitatiõe pb̃rorũ. urbanorũ & ruraliũ

De uisitatione Monachorum

De uisitatione Hospitaliũ.

De uisitatione Societatũ laicorum

De uisitatione Monialium

interrogandorum modus / cum ab his id exquiritur diligentius / in quo frequẽtius peccari scitur: nihiloq; segnius est in ea censura faciẽdum / qua ualitudinaria sodalitatesq; nocturnæ continentur / in quorum alteris uidendum sit / utrum fructus ad curam expensi ferantur indigorũ / an quicquam ex uectigaliũ summa captiose deperdatur / in alteris quęratur / num quędam sint commentitię latę leges / quæ minus pontificis iudicio probari possint / ut sępe euenire consueuit in scitia & ignoratione profanorum / qui in eiusmodi ferendis legibus appetitione magis / q̃ stati ritus ratione ducuntur / uelut si quęratur utrum neniam soleant herili inire die / an lectos iureiurando co / gant se sodalitatis instituta seruaturos / quod maxime sit Pontificis latione obrogandum. Sed maxime ad censuram attinet uestalium scrutari mores / cum quęritur num Antistes possit muneralis postu / lari ambitus / num ue diuenditis aut adesis agris / cæterorum pigne ratrix sit: deinde in his rebus / quæ in exempli imitationem cadũt an sibi pręcidat licentiam uiuendi / quo iustius aliena peccata corri / gat / siue caueat neqna in re obiurgari queat / in qua alteram repręhensura sit: Q đ si id factum esse sentiat / quærat rursus utrum quicquam de ueteri disciplina sit more desuefacto mutatum / an sensim detur latebra probro / quod longius amisso pudore serpat. Idq; lucidius sciri poterit / si quæratur / utrum noctu ad sacrarium aditus uiris sit / an interdiu aliqua uestalium conspicua ad transennam fiat / siue rursus utrum omnes in cõclaui dormitorio cubare di / cãtur / quod noctu ab Antistite soleat sera admota claudi / necui causa ad stuprum redormiendi sit / ut patrum memoria pudentissi / me est primum in exedificatarum sacrario institutum: atq; illud quidem quęrendum est / num ab his sint flagitia noua excogitata libi / dinum / an in sacrariũ importetur luxuriæ peregrinæ seges: quẽ / admodũ eas improbissimas uestales fecisse dicũt / quę ab Alexandro Sexto in iudicium tribadici uocatæ criminis / iustas dicant Rei pu. dedisse poenas: quo in loco quærat oportet / quo certius iudicium exquiratur ueri / utrum ex his quæpiam priuatim uel speculum / uel melinum / siue tetanothrum habeat / quarum rerum usus in sacrario sit flagitii libidinosi index / & cupiditatis obscenę testis / pro

quorum sce

V. infr. p. p. 15

quorum scelerum genere ea esse iudicet, ut aut scuticula diuerberanda, aut carcere diu punienda sit, quo unius exemplũ ceteris profuturum sit: Quibus expositis inquirendũ est, num earum cuipiam magis ui deatur esse cordi, quemadmodũ tutulo aut focali prodat amicta comptius, q̃ quemadmodũ sit uestitu modesto pudens, in quo ut quippiam est negligentius remissũ, sic plus ostendatur animi uere cundi signi: quod ut facile demostretur, interrogandũ erit, nũ in Cynoecio quępiam earum, uel texat sudarium reticulatũ, uel acu quippiam Phrygionica ratione pingat, quod per ęscariam rotulam uel per cratratam fenestram, sit amanti largitura clam: Idq; ab hoc uestaliũ genere intelligi debet exquiri oportere diligentius, quo & maior est metus periculorum imminentiũ, & quo iustius sacrarium uideri debet, contuberniũ pudoris, ara castitatis ⁝.

.r.i.

LIBER TERTIVS

DE SIMONIA QVATENVS DE EA POTEST TRACTARI IN CONSISTORIO.

S ED Quoniã tantum est supra a nobis ex rebus flãminalibus decerptum floris, quantum esset satis ad significandum, quid maxime de his sit in Senatu decernendum: Deinceps sequitur, ut de eo munerali ambitu dicatur, quo fana precio exquisito ueneunt. Quod quidem criminosum mali genus, quo potest iudicari nequius, eo pluribus est hoc loco explicandum. Siquidem muneralis ambitus nihil aliud uideri debet q̃ eorum emptio & uenitio sacrorum, quorum esse debet gratuita datio: quo in genere dedicatio Aedis, Vestalium inaguratio, Eulogia patrum, Interdictionis liberatio, Cenotaphica emptio, Criminum mulcta, Cooptatio flaminum, Decumæ ius, Sacrorum datio, Mutatio fanorum & quæ sunt eius generis nominantur: in quibus quicquid homines uendendo aut emendo, uel paciscendo siue licitando nundinantur, id omne intelligi debet in quodam ambitu uersari oportere munerali, cuius cognitio sit ad iudicium referenda Senatus. Ex quo iudicari potest, triplex esse nundinandi genus, unum quod sermone, alterum quod obsequio, tertium quod pecunia continetur: id enim quod petendo aut precando fit, sciri debet, bipertito oportere secerni, siquidem in sacerdotiis adipiscendis, perspicuum est quempiam pro se, aut pro altero rogare consuesse, si .n. ipse precando uelit renuntiari flamen, nihil prohibet, quin queat muneralis postulari ambitus, quandoquidem palam sit eum, qui pro se rogare uideatur, aut audacter ambitiosum, aut iniquissime iudicari debere impudentem, idq; fieri improbrius, quo inscientior aut rudior iudicandus sit: at si incidunt causæ, ut quispiam pro se sacerdotium precando deposcat,

Quid sit simonia

Res quibus committetur simo.

De triplici genene simonię:

Simõia a lingua

Quomõ quis potest petere pro se.

Dist .i.4.ii.c. Clericos

cum ipse egere uideatur, facile credendum sit, nullo modo id ei criminosum fore, si presertim probitate excellat, maximeq; praestet doctrina rerum: Sed si quempiam pro altero rogare dicamus, qui minus sit sacerdotii splendore dignus, intelligere eum debemus, uel periculi uitandi, uel gratiae ineundę causa ad suffragandum duci, ab eoq; nundinatorium contrahi oportere malum. Q đ si quispiam pro altero roget, cuius sit cognita probitatis & doctrinę magnitudo, idq; non tam gratiae q̃ causae ratione facere uideatur, iure omnino putari debet crimine uacare nundinantum: uelut si modo quispiam pro Iacobo Antiquario in Pontificum collegium cooptando roget, cuius perinde sit perspicua probitas in uiuendo, ut est cognitus in scribendo nitor: At ex obsequii munere genus cernitur oriri duplex, ex quo unum turpe, alterum honestum nominatur: Turpe enim id dici potest, in quo quispiam ob id alteri seruiendo est, uel adiutor furti uel cupiditatum libidinosarum administer, quo ei pateat ad fana adipiscenda uia. Honestum autem uocatur, quod est ad flaminalia munera obeunda constitutum, quo in genere Syrmatarii & Sacellarii nominandi sunt, qui si minus cum Senatorum genere sint ad eam conditionem seruiendo depacti, ut officium pręstetur in gratia referēda par, nihil est cur sint in id incursuri crimen, quo sacerdotio abire cogantur. Sed cum de eo muneris genere quaeritur, quod a pecuniae datione dimanat, intelligendum est id, cum tanta merces pecuniae impenditur, quae sit animi pellectura motum, nundinario contineri ambitu: si autem ita sit exiguum muneris genus iudicandum, ut nunq̃ certum animi iudicium moturum uideatur, minus est in id delicti genus referendum, cuius cognitio Senatus potestati datur, ut si quispiam liberaliter alteri dono: aut caseum ouinum elsinum, aut parthenopea sumina mittat, quae minus suapte tenuitate sint aut animū flexura, aut de constantiae gradu deturbatura mentem, quod contra fieri dicatur secus, si ea fiat inductione animi, ut largiendo aditus ad adipiscenda fana obrependi sit, quod piaculo elutum iri debeat: Itaq; cum in

Quomodo sit petendo pro Alio

Iacobus Antiquarius

De simonia ab obsequio

De ministris libidinum

Dist i.4.iii.c.saluator

De capellanis & caudatariis Cardinalium

Extra de simo i .c. mandato

De simonia a munere.

Dis.i 4.iii.c.toti

De differentia munerum.

De uario modo simoniae.

hoc ambitu est animi iudicanda optio, sciendum est, genera multa oportere considerari rerum, quibus sit uidendum, utrum in his appareat crimen hęrere munerale: Idq; maxime cognosci, tur ex permutandi modo, in quo duplex genus secernitur, unum quo sacra cũ flaminalibus, alteꝝ, quo profana cum sacris so, lēt permutari, quod utrunq; tum iure concedi dicatur, cum sine animi morsu, aut sine extraordinario promissu fiat, uelut si in altero affirmemus Bernardinum Capellam Poetam Lateranensẽ Flaminiũ permutare cum sacerdotio Vaticano uelle, nullo modo dicamus eum debere postulari ambitus, etiam si sacerdotium Vaticanum possit dimidio æstimari pluris: at si in altero Raphaelem Riarium Senatorem affirmet cum Ioanne Iordano Vrsino pepigisse, ut eis inter se facultas sit Furniani fundi cum agro Ruxulano permutandi, facile probetur eis id concedendum esse, etiam si eorum alter pretio tantum sit nummorum additurus, quantum sit æquandæ permutationi sat: At uero ex eo genere ambitus, quod fieri interposito proxoneta cernitur, tum nullum crimen ad alterũ attinere uolunt, cum est alter eo insciente aut repugnante licitus. Q đ si id sit eo imprudente factum, præclare dicunt iudicari posse id fieri optione mentis, pro qua ea irrogetur mulcta, qua sacerdotio abeundum sit: Ex donatione autem id est tum criminosum putandum ualde, cum cuipiam aliquod a, principum regumq; genere fanum sine diplomatibus, aut Pontifice imprudente datur: quæ quidem audax impudentia, extraordinariaq; improbitas, cũ sit aut religionis dissoluendæ, aut causa instituta quæstus, alio erit exagitanda loco, in quo ostendendum sit, quantum utrinq; probri contrahatur, uel improbitate usurpantium aperte, uel formidine demisse repugnantium: Sed si quispiam aliquid nummorum Senatorio Admissionali det, quo ei liberum permittat adeundi & sacerdotii petendi tempus, cognosci debet, nihil tum ab utroq; contrahi solere tabis, quod contra euenire affirmetur, si ei dinumeret nummoꝝ quid, quo sit in sacerdotio tribuendo fautor. Sed nimirum huic generi illa quoq; si,

Bernardinus Capella Romãus

Raphael Riarius Sabinensis tt.S.Geor.Ca.

Ioãnes Iordanus Vrsinus.

Extra de reꝝ permu.c.da questiones

Extrã đ re.eccl'ia ſt nõ alienan.c.nulli

De simonia ꝑ mediatorẽ

Extra.c.sic.tuis

De collatione facta a regibus

De simonia cum camerariis Cardinaliũ

De simo. ex his, quę procedũt a gratia spirituali

nitima iudicari possunt / quibus ad gratiam preparantur homines: uelut siquis aliquid flamini egenti det / quo pro eo dicat rogan / do Nablum / facere non possit / quin uideri debeat pecuniam ro / gationis nomine dedisse / mercatusq; esse precandi modum / quod non idem ei accidat / qui sit præficus in cadauere seruando constitu / tus : Sed ut in hoc genere precandi / sic est concionandi ponde / randa ratio / qua intelligatur si cuiq̃ ullus sit nummus a / concio / nante deductus / ius ei repetundarum tribui / si præsertim inter se sint de pretio numerando depacti : Atq; etiam siquis probitatis spe cie petere a / flamine uicano dicatur / ut a / tribulibus cogat religio / nis eulabiæq; nomine nummos / quos inter se sint rata summa par / tituri / necesse confiteri sit / pessime cum utroq; agi / cum utriusq; iudicium sit in lucrando concors : Ex quo intelligi detur / nundina toria iuberi lege / ne cuiq̃ pro censura / aut pro animaduersione / si ue pro reticentia criminis pecuniam accipere liceat / ueue quisq̃ quæ stus causa sit in coniugii aut decumarum disceptatione testis / cui sit ob lucrum fides deroganda . At cum est in iudicium adducta res / ac ita acriter est de iure disceptari cæptum / ut iam homines sint iuris scientia & consulendi ratione iuuandi / nihil prohibet / quin iuris consulti mercede adduci possint / quo ab his sit consul / toribus suis in iure controuerso respondendum / quemadmodum siquis ex iurisperitorum numero Iasonē Mediolanensem / uel Io / annem Victorium Soterinum / aut Franciscum Pepum / Siue Hieronymum Botticellum municipē meum Ticinatem oblata pe / cunia consultum adeat / quo ex his intelligat / quid sit de iure dubitandum aut sperandum suo : aut si in eadem causa quis An / gelum Cæsium / uel Paulum Plancam patronos / aut causidi / cos Alexandrum Bononiensem / siue Bernardum Mocharum precio conductos adhibeat / minus intelligatur id eorum cuiq̃ cri / mini aut fraudi fore / cum perspicuum sit / neminem cogi posse ad ea munia obeunda gratis / ad quæ præstanda sit minime obstru / ctus lege : transfertur etiam hoc ad id hominum eruditorum ge / nus / qui domi mercede adducti docent / uelut si modo Petrus

De simo. cū decē tibus psalteriū.
De simonia cū prædicatoribus
De simo. cū pu nietibus aut nō punientibus
De simonia cum iudicibus
Iason Mediola.
Io. Victorius So derinus
Fran. Pepus.
Hiero. Botticel lus Papiensis
Ange. de Cæsa adoucatus
Pau. Plāca adu.
Alex. Io. Becca rius.
Bernard9 Mo charus.
De simo. cū decē tibus
Petrus Marsus

Sulpitius Verulanus.
Hiero. Siculus

Marsus ? aut Sulpitius Verulanus, siue Hieronymus Siculus doctissimi homines mercede priuatim docere dicantur domi, nihilo iustius sint muneralis ambitus postulandi rei, q̃ qui operam ex conducto locant. Rursus quoq; his, qui in fanis ob eam rem pecunia petita docent, proptereaq; minus præditi sacerdotio sint, nec tantum mercedis habeant, quantum sit ad uitam degendam satis, nihil negocii exiberi debet, quo sint in ærarios referendi: ut si Augustum Patauinum, aut Guerrinum Camertem litteras Græcas eos docere affirmemus, qui sunt in tyrocinio ad concionandum instituti, iure dicamus eos ab his pecuniam poscere nomine doctrinæ posse, nisi tamen apertum sit, ita quosdam in sũma uersari egestate uitæ, ut magis sit his aliquid tribuendum, q̃ quicq̃ ex fortunis detrahendum suis: quid enim benignius iudicari debet, q̃ doctrina opitulari his, quibus erudiri optantibus minus locus per egestatem discendi sit? quod munus maius reperiri potest, q̃ alteri id beneficii conferre genus, quod duraturum sit, iturumq; in hominum memoriam tam laude præsentium, q̃ grata prædicatione posterorum: Quod patrum memoria maxime laudi fuisse ferunt Theodoro Tesalonicensi datum, cum affirment nunq̃ cuiq̃ tãtæ curæ fuisse quicq̃, quantæ ei ratio egentium erudiendorum & docendorum fuit, quo nihil esse potest, in hominum genere promerendo amantius & in recondita pręsertim disciplina gratius. Quod fere est idem de eorum uenali lectione iudicandum, qui quanq̃ Gymnasiarche publici ludi sint, nullum tamen domesticum priuatumq; deserũt illos instituendi & docendi studium, qui se in eorum disciplinam tradiderunt, eisq; sic summam operam quotidiana assiduitate dant ut nullus his doctrinarum exercitationibus uacuus relinquatur dies. Vt si in Medicina Alexandrum Achilinum, Christophorum Arretinum, Ioannem Hispanum, Mingum Fauentinum, Ioannem Rosatum, Scipionem Romanum, Mazingum Florentinum, Archangelum Senensem, Tiberium Bononiensem, aut in iure explicando Antonium Venafranũ, siue Mat-

Augustus Patauinus
Guerinus Camers.

Theodorus Gaza:
De si.cũ docto.
Alex. Achilinus
Io. Hispanus familiaris Alberti Pii Carpensis
Mingus Fauẽti.
Io. Rosatus:
Scipio Romãus
Archangelus Senensis
Mazĩgus Florẽ.
Tiberius Bono
Bñdict9 Fauẽti.
An. Venafrãus

thęum Nerucium municipem meum Ianensem / umbratilem di / camus instituere solere ludum / quo domi causa sit quosdam insti / tuendi abstrusa doctrina subtilius / nihil iudicemus obstare / quin eis mercennaria pecunia ex satu doctrinæ debeatur : At si quando accidat / ut Vestalis cooptanda & in sacrarium deducenda sit / sciendum quidem est / cum duplex sit sacrariorum genus / unum / cui dicatur / opus esse quæsito / alterum quod sit prædiorum mul / titudine locuplex / neutri nundinari pro Vestalibus licere cooptan dis / idq; eo fieri putari debere nequius / quo sacrarium potest iu / dicari ditius . Quid est enim tam odiosum q̃ cernere cum in / crebruisse usum / quo intelligatur / nullam iam fieri Vestalem gratis ? aut quæcunq; modo cooptari uelit / si pecuniam po / scenti det / initiari solere semper ? Quid impudentius q̃ ea / quæ debeant gratuita liberalitate dari / improbissime uenire pa / lam ? Quocirca sapienter est . S . C . cautum / ne liceat pro Vestali cooptanda pacisci / neue quid ex eo pecuniario præscri / pto detur / quod in sacrario sit usu inueterato institutum / quo le / pidior queat uideri nundinatio : Sed cum cuiuis possit uenire usu / uti religiosa interdum pactione obligetur / uidendum est / qua / tenus sit quicq; excipi in pollicendo licitum : ut siquis Romæ Ana choritariis Popularis Deæ / recipiat se sexquianno seruiturum / hicq; contra pepigerint se daturos operam / ut post diem præstitu / tam in flaminum collegium cooptentur / non est iudicare alienũ / id utrisq; criminosum fore : Ex eo quoq; genere est illud / quo quis promittit se prædia sua daturum / si calatis comitiis initietur fla / men . At siquis pepigerit se usq; eo quempiam cooptare desti / turum / quoad aliquid studiose discat / satis cognosci possit / ne / utri id dari debere probro . Velut si Blasius Mela / nensis Vmbrariorum Poemenicus cuipiam affirmet non ante se eum in flaminum recepturum contubernium : q̃ intelligat eum Theologiæ dedisse operam / cum id possit perinde uideri / ac si affirmare diceretur / non ante initiaturum / q̃ esset ad Theo /

Mattheus Neru ccius Geminia nensis

De simo: cũ mo nialibus

Dist.i.4.ii.c.sĩ c Epm

Extra de sta.reg. .c.piculose.l.vi

De simo.cũ pa ctione

Di.i.4.ii.c.q̃pio

Blasius Melanẽ sis Florentinus Generalis ual lis Vmbrosæ

De simo. cū socie tatibus laicorum.

Dist. xlii. c. siquis despiat

De si. sepulture Dist. xiii. 4. ii. c. questus & c. postq̄

Dist. xii. 4. ii. c. aurum:

Extra eo. c. ad Apostolicam

Theologiam pernoscendam aptus, quæ maxime sit Cænobitariæ religioni opus: Sed si de ea disputetur nocturna sodalitate hominum, in qua sit sociali præscriptione cautum, nequis in sodaliū numerum legatur, qui minus tricenos annuos uicenarios nummos ex cooptatitio sponsu soluat, consentaneum sit, neutros ob eam pecuniæ dationem solere nundinari, cum perspicuum sit, eiusmodi sodalitatum genus, nullo religionis obstringi nexu, sed potius quosdam hominum cætus uocari debere nocturnos, qui sint ad eulabiæ aut misericordiæ munia obeunda instituti, quale id collatitiæ pecuniæ genus uideri potest, quod aut pro uirginibus maritandis, aut pro funalibus litatoriis solet expensum iri latum: Huius generis simile est illud, quod affirmari de humatione consueuit, in quo sciendum est, multiplex esse sepulchrorum genus. Nam quandoq; sepulchrum nenia aut threnodia uocari cernitur, pro quibus minus sit iure tribuendum quid, quandoq; terra appellari potest, qua soleant corpora humata condi, quæ si bustuarium aut ossuarium dicatur, in quo sit quispiam glebа iniecta situs, non potest usucapi aut ullo uenire modo, interdum etiam cenotaphium, quod sit ex marmore aut ex ære factum, nominari solet, quod quidem, si nulla in eo sint corpora sita hominum, iure potest humatoria lege uendi, quod contra fieri dicatur, si quispiam in eo conditus fuisse affirmetur, cum iam ea religione teneatur, quę id palam uenire uetet. Nonnunq̄ quoq; gleba simplex uocari dicitur, quæ sit ad humanandi decernenda usum, quę cum nihil religionis habeat, dubitari non debet, quin sit ad eius uendendi optionem referenda, cuia terra esse dicatur: Quod cū ita sit sciri etia debet ne in parentalibus quidem accipi decere qcq̄ nisi quatenus consuetudine usitata detur: At si flamines pepigerint quippiam pro Fereтri Lodice, aut pro ferali ammictu redimendo, anteq̄ e domo efferatur funus, nihil uideri mercati possūt, cū ea ornamētorum genere sint profana iudicāda, si quibus auctionandis nullum fiat nundinandi probrum: Sed cum est funebris decernenda supplicatio, qua dicantur mortuorum commendari manes, tum

intelligendum est, si minus flamines ad supplicandum obstringantur lege, eos ex munere excipi debere supplicandi, in nullumq; crimen incurrere solere munerale, si pecuniam ob supplicationem a funerea familia poscant. Verum cum incidunt interdũ causæ, ut penetralis suppellex uendenda sit: animaduertẽdum est, utrum ea sit eulogici laticis aspersione lota, an profana ruditate recens, quo cognito, facilis sit coniectura, nihil ex ea licere uendi, quod eulogica piatione uideatur ad sacrificandum factum, si autem quippiam sit, aut a tinea corrosum, aut uetustate fortuito ue ictu fractum, nihil referat, utrum quis iubeat uenire id, modo uenditio precatione desecrante fiat: nec minus hoc loco cum de gentilicio sacerdotii iure quæritur, danda est opera, ut intelligatur, id quoddam esse eius offerendi ius, qui sacerdotium habiturus sit, idq; ex ea nasci dedicatione, quæ sit gentilicia donatione facta. Itaq; cum, ut quispiam eiusmodi sacerdotii flamini pretio fieri possit efficitur, aut facta licitatione quis ad gentem uenit sacerdotitium emptum locum, iure est ea pecuniæ datio iudicanda impudentissima improbitas, & flagitiosa turpitudo nundinantum: Sed ex his omnibus minus ea gratuita donatio ad muneralem ambitum attinere iudicatur, quæ eulabiæ causa fiat. Quemadmodum si modo Ricciardus Bichius hospes familiæ nostræ, & qui cum Alexandro fratre uixit, aut Ioannes Franciscus Poggii Oratoris filius benigne atq; liberaliter tantum Floreæ Deæ fano ex prędiis adscribant suis, quantum sit ad amussarium secerdotium faciundum sat, quo in id collegium cooptari possint, nihil negocii habere dicantur, ex quo ab his sit uel munerale pertimescendum malum, aut ignominia formidanda calumniæ. Quam obrem intelligendum est, Senatores quoq; eiusmodi tabe inquinari posse: Nam quanq̃ his sit Rei publicæ cura administrandę data, haud tamen est his permissum ius bonorum Rei publicæ uendendorum. Itaq; cum sacerdotia & fana mercantur, eorumq; cupiditas eminet importuna nundinandi, nulla queunt dignitatis excusatione aut auctori-

De simo. Venditionis suppellectilis ecclesiasticę

De simo. iuris patronatus

Dist. xvi. q. vii. c. filiis & dist. xviii. q. ii. c. abbatem

De uitatione simonię deuotionis causa

Extra eo. c. tua nos, sm̃ Ost: Bar. & VI.

Riccardus Bechius Florẽn.

Alexander Cortesius

Io. Frã. Poggius

Q đ Car. debẽt omnino uitare simoniam.

tate defendi, quin uideatur criminosi nominis debere postulari rei, & quin eorum existimatio famaeq; uulneratio aperta fiat: Ex quo perspicuum sit, genus inde poenarum oriri solere multiplex: Quarum una ea esse dicitur, qua homines dei propitiata exuuntur gratia: Altera qua nundinantibus ordine & muniis interdici solet, quę. D. Ambrosio auctore sit quaedam execrandi uis, qua homines sacerdotiis abire cogantur: Tertia autem nominatur ea, ex qua saepe consuerũt nasci genera multa & tormenta morborum: quibus hominum afflictetur uita. Nec enim necesse est hoc loco a nobis nominari quenq̃, a quo sit aliquid eiusmodi poenarum datum, cum iam sit omnibus experiundo & cernendo cognitum, quae supplicia sint his a deo uindice facinorum & ultore constituta, qui egestate animi ingeniiq; imbecillitate, ac inani quodam ambitionis fumo solent sacerdotia & fana mercari palam, quantum poenarum dederint, aut quos tandem sint exitus consecuti uitae, qui sũt in eiusmodi nundinatorio scelere uersati, cũ ex his alii crudelissime necati sint, alii diuturno faedoq; tabuerint confecti morbo, aliis ne mortuis quidem sit iniecta gleba, qua corpora inhumata tegerent: Deinde siqui Dei ad aliam mulctam decernentis equilibrio, harum experties poenarum uideantur, quae his perpetua conscientiae poena resideat, aut quo animi dolore uexentur? cum eorum audax & superbus uultus, cum importunorum oculorum obtutus, & pallor notatur saeuus, in quo eo sit acrior ex dissimulatione dolor, quo minus ostendi potest: Atq; hinc alii ad fana mutuando arrepere, alii gratuita seruitute nundinari, quidam cum obsignatoribus pascisci pretium, nonnulli per pararios sacerdotia mercari cernuntur, qui quidem cum maxime soleant exedi animi morsu, tanto spectantur angi moerore mẽtis, ut satius fuisse uideatur nullum ab his quęsitũ esse opum possidendarum genus, q̃ tanta cum animi iactura quęsitũ. Quocirca dubitari hoc loco nullo modo debet, quin Senatus in orbis terrarum uigilia intersit, Pont. Max. admonere rogando, si minus Rei. pu. statum conuulsum iri cupiat, uti rursum seue-

De infamia Car. simoniã cõmittentis

S. Ambrosius

Dist. 14. i. c. repe riũtur sĩm. Glo.

De dãnis quę cõ secunť simoniacum

De supplicio simoniaci.

De poena conscientiae simoniaci

Q đ nunc est sancienda lex fortior contra simoniacos

riori uelit sancire iussu, ne cui sit sacerdotia aut fana nundinari licitum, neue cuipiam permittat id munerale genus inire quæstus, quod sit industriæ innocentis hostis, pestis urbis, Rei pu. naufragium, orbisq; ruina terrarum.

Quę damna afferat simonia.

LIBER TERTIVS

DE CREATIONE CAR DINALIVM

A

Tꝙ huic generi finitima est Senatorum cooptandorum ratio: in quo quidem intelligendum est, cum Pont. Max. sine Senatus consensu minus Senatoria comitia inire soleat, Senatoris interesse probi, in patritiatu mandando cauere, ne plus gratia q̄ causa ualitura sit. Siquidem gratia maxime a dispertientis iustitiæ descriptione distat: quæ diuersis uaria beneficiorum genera pro iure meritorum ponderando confert. Itaq; si in Senatoriis comitiis candidati proprietas certa ratione expendatur certa, ob quam ei patritiatus confertur, cui iure debeatur, satis imprompu esse debet, causam tum non gratiam solere spectari, ut si dicamus Io. Ant. Alexandrinum, ob eam causam Senatorem esse factum, propterea q̄ unus inter multos diceretur doctrina tractationeq; præstaret rerum: At cum in Senatum cooptantur hi, in quibus minus est causa, cur in Senatum debeant Pontificis nominatione legi, facile intelligi datur, maxime tum gratiæ solere spectari gradum, ut si quem ob id in patritiatum conscriptum iri uideamus, propterea q̄ multus insit in eius sermone lepos: Vt Cosmatum Sulmonensem propter sermonis comitatem legimus Senatorem esse factum: q̄ si in Senatu cooptando quæri uideatur: utrum bono uiro probior anteponendus sit, negari nullo modo potest, si æque facilis detur eligendi optio, quin probior sit in Senatum asciscendus magis, cum si fieri dicatur secus, dubitationem non habeat, quin fatendum sit, id gratiæ antegredienti dari: At uero si minus diti fortunatior, ob eam causam anteponi uideretur, propterea q̄ multo esse cæterorum opibus eius gaza locupletior, ut si Alexandrinis Comitiis Benedictus Superantius Venetus ob id Hermolao Barbaro anteponi diceretur, propterea q̄ posset ditissimus iudicari Italorum, facile quoq; intellectu esset, Senatum tum suffragari gratiosæ fortunæ uelle. Idemq; potest in hac comitiorum ratione dici, cum de nouorum hominum nobiliumq; collatio,

De acceptione personarum.

Quomodo attendit̃ causa .1.

Io. Antonius Alexandrinus:

Quomodo attẽdit̃ gratia .2.

Cosmatus Sulmonẽ Car.

Vtrum sit anteponendus bonus meliori .3.

Si anteponit̃ pauperi diues .4.

B. Superantius.

Hermolaus Barbarus

ne disputatur quęredumq; uidet / utrū in patritiatu adipiscendo no/bilium sit antegressura dignitas: In quo quidem sciri debet / si nobilitas suaptæ naturæ dignitate expendatur, splendidæ tum serui/ri solere gratiæ / cum pręterito nouo / nobilis in senatum cooptatur ut si dicendum sit Thomam Caietanum hominem Theologia prestantem ob id / his proximis natalitiis comitiis minus senato/rem esse factum / propterea q; coactus cedere illi competitori sit / qui sit in Hispanorum regia fortuna natus. At si nobilitas Rei pu. utilitate ponderetur: facile tum dicimus a / senatu gratiam spe ctari in anteponendo posse: ut si Alexandrinis Comitiis affirme/tur Ioannem Salernitanum / a / Lodouici Gallorum Regis pa/truele in patritiatu adipiscendo superari / propterea q; ex eius co/optatione senatui causa in Gallia extraodinarię legis antiquandę de/tur: Sed si res in contentionem ueniat / num senatoria comitia re/gum / aut Rerum pu. rogatu iniri sine gratiæ suspitione possint. Intelligendum est / in patritiatu petendo / duplex esse iniustum ro/gandi genus: quorum unum ad senatoriæ dignitatis candidatum per/tinet / ut si Federicus Aenobarbus eum senatorem renuntiari pe/tat / qui minus sit senatoria fortuna dignus: Alterum quod in. P. .M.S.Q. animi procliuitate uersatur: cum non dignitas candida ti ponderatur / sed causa gratiæ ineundæ queritur / plurisq; suffragā do ęstimatur quantū sit pręsens lectio gratię habitura / q̄ quantum sit in posterum præbitura mali: Vt si homo hispana calliditate uafer Petrus Luna in senatū / Ioannis Hispanorum Regis hor/tatu cooptetur, qui maxime sit Rei publicæ flagraturæ fax: Ex quo iure in hoc genere consideratissima Venetorum ciuitas laudari petendo potest / q; cum unum rogat / ex suis in senatum legi / Pon tifici Maximo remittere optionem deligēdi soleat: quo ei liberius iudicium præstantioris / ex competitorum numero secernendi sit: At cum hi principum rogatu patritiatus candidati sunt / quorum nunquam sit experiundi usu deceptura lectio / nihil causę esse de/bet / quin his sit senatorius decernendus honos. Vt si Her/cules Aestensis / Ioannem Lucam Pontificem Regiensem in patritiatum legi / a / senatu petat / cuius ingenii lumen tandiu sit doctrina probata notum / nihil abesse possit / quin fatendum

Si anteponitur nobilis ignobi/lis .5.

Thomas Caie/tanus Genera/lis. S. Dominici

Io. Salernitanus
Lo. Gallorum Rex

Quomodo sint creandi Cardi. ad petitionem Regum .6.

Federicus Bar/barussa.

Petrus d Luna.

Mos Venetorum in petēdis Car.

Ioannes Lucas Eps Regieñ.
Hercules Esteñ

fit, eum in senatum statim debere suffragatoria prærogatiua legi: Nec item temporis causa negandum est, principum rogatu quandoque in senatum cooptari debere eos, quibus contigit summo loco præclaraque conditione nasci, quo senatus eorum comitatu sit in Re pu. cõseruanda tutior: qualis modo est Hippoliti Aestensis, & Sigismundi Gonzagæ nobilissimorum hominum cooptatio iudicanda, quorum sæpe opibus senatus uti in Re publica tuenda potest: Eademque est eorum hominum cooptandorum ratio, qui sunt in Romanorum dynastica fortuna nati, ut Iulianum Cæsarinum dignitatis prærogatiua uidimus in senatum fuisse Alexandro Sexto referente lectum: At cum beneficia patritiatus honore æquãda iudicantur, facile existimari debet, distinguendum esse beneficiorum acceptorum genus, siquidem perspicuum esse potest, officii reddendi modum causæ ratione differre, nam cum gratiæ debitio ad dantem tanq̃ ad causam reuocari debeat, satis est argumenti memoriam debentium, natura ad promerentium merita recolenda referri: in quo tamen uidendum erit, quo quisque studio beneficiorum genera contulerit: proptereaque persuasum esse potest, his qui commodi sui causa ad promerendum concitantur, nullo modo in senatum patere debere uiam, quandoquidem beneficia tanquam prata aut arua colant, ex quibus maximam sint commodi sui percepturi frugem: At uero his, a quibus est commodi nostri causa beneficiorum suppeditata magnitudo, beneficia sunt reddenda cumulatius, quandoquidem gratiæ referendæ modus, beneficia accepta dantium uoluntate metiatur, in qua id proabilius uideri debet, quod beneficia gratuita contulerunt: Itaque in beneficiorum persoluẽdorum ratione curãdum est, ut aliquid gratis factum esse uideatur: Atqui nihil fit in gratia referenda gratis, nisi affluentius beneficiorum magnitudo superetur, proptereaque usque dũ aut minus reddendo persouitur, aut tantũdem in remunerando datur, nihil factũ esse gratis, sed idẽ redditũ uideri potest: ob eam iccirco causam iure dicimus semper reddi debere quiddã in gratia referenda maius: Idque eo redditũ iri absolutius, quo promerentium est prẽstãtior iudicãda uirtus: Pius quidẽ. ii. homo gratus & diserte sapiens, cũ Neapolim ad Alphonsum maiorem legatus, ex Germania uenisset,

Quãdo sũt creãdi nobiles.
Hippolitus Estẽsis Car.
Sigismũdus Gõzaga Car.
Iulianus Cęsarinus Dia. Car. S. Aangeli:
Quomodo sũt creandi Cardi. benefactores. 7
Quæ differentia sit remunerandi:
Quando sunt collata magna beneficia
Pius Secũdus.
Alphũsus maior

paucisq; postea diebus in summa pecuniaria difficultate uersaret; propterea q; serius ex permutatoriis litteris negociatoria persolutio fieret, grandi est pecunia a Nicolao Forteguerra homine opulẽto adiutus, quod cum ipse temporis causa animiq; conscientia metiretur, breuiq; postea esset Pont. Max. sine suffragantiũ obuaricatione factus, ne diutius debere uideretur, liberalitatis esse putauit suę, ut eum in patritiatum legitimo senatus die cooptaret, cum tamen is ui deri posset doctrina rerũq; tractatione, senatorię dignitati par: Eodemq; modo sunt officia amicorũ generi persoluenda: in quo tamẽ debet promerendi modus, excellentioris boni ratione ponderari: quandoquidem amicitia ad uirtutem tanq̃ ad finem statuat: At uero cum hi senatores designandi sunt, qui in Pontificio famulatu uiuunt, intelligendum est id genus hominũ, quod prudentia cæteris præstare putatur, nec unq̃ sit de eo iudicatum secus, iure repetere debere fidei probatæ fructum: quare in hoc genere cooptando, ne quid ratione reclamante fiat, prouidendum est, ut hi ante Palatinorum officiorum procuratione occupentur q̃ in senatũ conscribant quo temporis sit ad uirtutem experiũdam satis, graduq; industrię his aditus in senatum obrependi pateat: Vt Iulium secundum in Frãcisco Alidosio, Gabrieli Fanensi, Fatio Viterbiensi, & Carolo Carretensi cooptandis fecisse uidimus, qui cum diu in patritiatu esset eorum opera explorata usus, sic in sacerdotio maximo est, uel in ętario munere, uel obsignandis libellis, aut in diplomatibus scribendis siue in legaticia ratione, eorũ fidei constantiam probando expertus, ut facile iudicaret eos debere in senatum uirtute periclitata, legi: Sed cum de propinquorum cognatorumq; genere disputatur, num in senatum sine animi morsu cooptari possint, intelligi debet, cum hi senatores renuntiari solent, quibus minus causa patritiatus adipiscendi sit, gratiæ solere spectari nexũ, ut si dicatur Franciscũ Condelmeriũ Venetum ob id in senatũ ab Eugenio.iiii. cooptatũ, propterea q; ei esset necessitudinis propinquitate nexus: At cũ ex his quidam ęque boni uiri sunt, incolumẽq; famam, a criminũ suspitione retinent, ac diu sunt uirtute cõtinuata noti, dubitationem nõ habet, quin in senatum legi necessitudinis commendatione possint: cum in ęquo uirtutis genere plus cognatorum q̃ cęterorũ causę debea

Nicolaus Forteguerra Car.

Quomodo sũt creandi Cardi. amici: :8.

Quomodo sũt creandi Cardi. familiares .9.

Q đ familiares đ bẽt prius exercere palatina officia q̃ fiãt Car.

.F. Alidosius .C. Papiensis:

Gabriel Faneñ .tt.S.Agatę.C. Vrbinãt.

Fatius Viterbeñ .tt.S.Sabinę C. Cesenateñ

Carolo Carrateñ .tt.S.Viti ĩ Macello Dia. Car

Quomodo sũt creãdi cognati .10.

.F. Cõdelmerius Car.

Eugenius.iiii.

Quomõ sũt anteponendi cognati: .ii.
Antonius Temacellus Car.
Balthasar Cossa Car.

tur, quandoquidem propinquitas sit naturę copulatione nexa, quæ est coniunctio in honore adipiscendo prior: Vt si auorũ memoria senatoriis comitiis contentionem extitisse diceremus, utrum Antonius Tomacellus, an Balthasar Cossa esset ad Bonifatio Octauo cooptondus magis, nulla causa dubitandi esset, quin ab eo deberet Antonius Tomacellus renuntiari prior, proptereaq; ei esset necessitudinis propinquitate coniuratior. Idq; eo iustius fieri in cooptando potest, cum causa candidatis suffragari solet, ut si dicamus ex cognatorum genere iure Leonardum Ruerem, & Marcum Senogaliensem in senatum, a, Iulio Secundo legi, proptereaq; eorũ alter iuris scientia præstet, alter non modo diu multumq; sit doctrinæ magnitudine cognitus, sed etiã quotidie Theologos cõmentarios cęsia disciplina scribat, quo scriptionis laude sit patritiæ dignitati par: Atq; hoc idem fere dici potest, cum eorũ designandorũ comitia iniri solent, quę eiusdem ciuitatis societate coniungũtur: In quo quidẽ affirmandũ est, nihil abesse posse quin fatẽdũ sit, ius. P.M.S.Q. eorũ ciuiũ renuntiandorũ dari, quorũ maxime diuturna assiduitas in deducendo & affectando fuit, Vt Fra. Cusentinũ, Io. Salernitanũ, Iacobũ Alborensẽ, & Fra. Surrẽtinum ab Alexandro .vi. in senatũ cooptari uidimus: At si Põt. Max. ob id ciues in senatum legere priuata cupiditate uelit, quo aut suorũ augeantur opes, aut plurium accrectione numerus sit suorum in Pontifice legendo maior, dubitari nullo modo debet, qn senatui non intercedendi, sed causa rogandi det, quominus eiusmodi senatoria comitia inire cooptando uelit, ne locus secedendi periculiq; gignundi sit. Qualis Vrbani Sexti senatoria lectio iudicari potuit: q cũ esset homo agresti acerbitate atrox, ac ambigui imperii retinendi cupidus, unis comitiis nouem & uiginti, ex Partheno, pea urbe in senatum cooptasse dicitur, quo suis causa facilior opum augendarũ continuitasq; longior Pontificis maximi surrogandi esset. Ex quo existimandum est, ꝙ q̃q̃ minus .P.M.S.Q. interdictũ uideatur, quin ex uno descripto genere potestas senatores cooptandi sit, haud tamen debere affirmari, hoc fieri sine gratiæ suspitione posse, cum selectus inter multos aliorũ neglectio iudicanda sit, nec.n. aliã Grecorũ generi causã a, senatu desciscendi fuisse ferũt, nisi ꝙ se

Leõard9 d Ruere .C. Agineñ.
Marcus Saoneñ .C. Senogalieñ
Quomõ sũt creandi cõpatriotę .12.

Frãciscus Hispanus Car. Cusentinus .tt. S. Ce.
Io. Hispa Car. Salernitanus:
Iacobus Alborẽsis Hispa. tt. S. clementis:
Franciscus Surretinus. tt S. Io. & Pauli:
Vrbanus .vi. creauit. 29. Cardi. Neapolitanos.

excludi ſenatus exceptione cernerent / quominus eis pateret honorum adipiſcendorum iter: Eodem accedit / quod cum ex uno deſcripto de/ lecto que hominum genere ſenatores renuntiari ſolent / caſus Rei pu: euertendę datur: Cũ apertum ſit homines eiusdẽ generis cõtra alie/ genas in comitiis inter ſe ſolere naturę ſocietate necti: quo ſolis / aut ius pontificatus mãdandi / aut facultas honorum decernendorum ſit: qua lis ex Lemouicenſium genere cooptandi continuitas extitiſſe dicitur: quæ cauſa Rei pu. perturbandę ſenatuſque dirimendi fuit: Quo cir ca iure dicimus gentẽ in orbe tarrarum reperiri nullam / ex qua ſit comitiali exceptione cautum / nequis in ſenatum cooptari poſſit. Eademque queri ratione ſolet / num annali lege exceptum ſit / nequis puer conſcribi in ſenatum poſſit. In quo quidẽ ſatis cognitum eſſe debet / pueros / qui non dum ſint mentis præſtantiam nacti / con/ ſilii ratione egere. Atqui cum ſenatorius ordo / in quodam conſulendi genere uerſetur / in quo maxime ſit pręſtantia poſtu/ landa mentis / facile intellectu eſt / pueros in ſenatum ratione ad/ uerſante legi: ſed ſi temporis cauſa / aut regum animi conciliandi ſunt / aut in quorumdam indole oſtenditur / quanta uirtutis maturi tas futura ſit / nihil tum cauſę eſſe oportere dicitur / quin pueri in tẽ pus ſenatores deſignari extraordinaria cooptatione debeant / quo ad patritium uſum inſtrui ſucreſcereque ſenatorię dignitati poſſint: quandoquidem frequens uſus uni rei deditus uim naturę conſequatur honoſque maxime in hac ętatæ ſit uirtutis futurę calcar: Vt. n. in pictura uidemus / pueros primum lineari ratione tabulas effingere ſo lere imitando / quo ad artis ſpecimen peruenire diſcendi progreſſio ne poſſint / ſic in hoc ſenatorio genere affirmamus pueros iure debere primũ rituali diſciplina erudiri / quo in his eſſe poſſit patritiatus futu ri pręclare adminiſtrandi laus: quod Ioanni Medici ſenatori cõ/ tigiſſe ſcimus: qui cum eſſet temporibus ita poſtulantibus / annorum quinumdenũ ſenator legentium ſuffragatione deſignatus / ſic eſt patris ſtudio / ſenatoria traditione eruditus / ut facile iam ętate cõ/ firmata doceat / quantę ab illa ętate poſſint uirtutis expectari fruges aut quantum ſit boni in poſterum allatura ętas. quod ſi tamen con/ tentio quędam comparando fiat / num ſemper pueri in ſenatum co optandi ſint / ſatis perſuaſum eſſe poteſt / raro ex. S. C. eiuſmo/

Cur Græci deſci uerunt a / Latinis

Car. Lemoui / ceſes.

Ex omni orbe Chriſtiano poſ ſunt eligi Car.

Quomodo ſũt creandi pueri Cardinales .13.

Ioannes Medi / ces .S. Marię ĩ Donica Diaco nus Car.

Raro ſunt creã/ di pueri Car.

.R.i.

di comitiorum iniri debere genus, cum præclare notum sit, nullum esse ętatis tempus pueritia in iudicando fallacius: quandoquidem in promptu sit, nõnunq̃ reperiri solere multos, qui cum eorum pueritię uitia deferbuerint, excellenti uirtute ętate confirmata pręstent: & contra nõnullos inueniri, quorũ multum extet uirtutis inchoatę si, gni, qui ętatis progressu reperiantur experiundo praui. Itaq; temporis causa tutius affirmatur senatores ea adolescentię ętate renunciatum iri posse, qua aut Hippolitum Aestensem, aut Lodouicũ Borgiam, siue Marcum Cornelium in senatum uidimus sine ętatis exceptione legi: Sed si disceptatio hoc loco oriatur, utrum senes sint ĩ senatũ annaria lege cõscribendi: Intelligendum est in patritiatu mandando duplex senum spectari oportere genus, unũ eorũ qui ita sunt corpore languefacto ętatisq; diuturnitate fracti, ut tantum absit, ut uersari in munerum perfũctione, aut in Re pu. administranda possint, ut nihil sit ab eorũ ętate reposcendum minus, qualem Petrum Candidum Venetũ pueri uidimus senatorem fuisse ętate aduersante factum, aut qualis modo Georgius Vlyssiponensis exacta decursa.q; ętate fuit: alterum eorum qui q̃q̃ id ętatis sint, ut iure debeant nominari senes, nihil tamen est his de uiriũ necessitate demptum, quominus uersari in Re pu. gerenda possint: Quod qdẽ hominũ genus tuto adscribi insenatum debet, cũ nec senatorio muneri defuturi sint, nec ita sit celeriter eorũ occasura uita, ut .P. M. S. Q. eorũ possit penitere senectutis. Idq; eo fieri solet ratione cõsiderata tutius, quo magis hi adulta mentis uirtute pręstãt & quo minus facile possunt turbidarum perturbationum tempestate quati. Quo genere ętatis Ioannes Antonius Alexandrinus in senatum est suffragantium nominatione lectus, cum ei nihil corporis, aut animi abesse uideretur, quod iure a senatore posset in Re pu. administranda reposci: Sed si ętatis tempestiuitas in patritiatu mandando quęratur, perfacile iudicium est maxime in senatum legi debere eos, qui sunt in ętatis umbilico constituti: Cum tam ab his absit ętatum utrarumq; malum, q̃ nihil ambarum desit in natura moderata boni. Vt si modo causa Cosmi Paccii Pontificis Florentini in senatũ cooptandi sit, nihil causę uideat esse, quin legitima lectio iudicanda sit, cum intermedia ętatis tempestiuitate

Hippolitus Aestensis

Lodouicus Borgia Car.

Marcus Cornelius Car.

Quando sunt creandi senes Car. .14.

Petrus Cãdidus Venetus

Georgius Portugaleñ Car.

Io. Ant. Alexandrinus Car.

Cosmus Patius Pont. Floren.

floreat, maximeq; magnitudine doctrinæ & innocentiæ probitate præstet: quibus nihil sit in senatoria dignitate postulandum prius. Eodemq; modo est in hac comitiorum ratione cauendum ne hi senatores renuntiari uideantur, qui sint corporis figura, aut deprauatione deformes: Ex qua quidem re triplex genus numerari potest, unũ quod a natura, alterũ quod culpa, tertiũ quod ab aduẽtitia causa manat. Ex his.n. quę sũt hominũ generi ortu naturę sata, tũ prægnantiũ appetitiones, tum distortionũ deprauationũq; genera nominari possunt: quæ sunt uel speciem habitura deformem, uel spectantibus præbitura risum: Appetitiones.n. illę uitari in candidato debent, quæ maxime ori inflictę insolentia naturæ sunt, quales boleti, uentercul i, & id genus uideri possũt, distortiones autẽ sunt quibus, aut oculi hominum, aut uultus insigni notatione deprauantur: qualis patrum memoria Io. Zamorensis senator fuisse dicitur, qui q̃q̃ ingenio & doctrina præstaret, sic tamen ore distortus fuisse ferebatur, ut deformior omnino uideretur, q̃ senatorius ordo posset in splendida dignite pati. Quo nihil fieri potest, in senatoria dignitate contemptius. Earũ autem rerũ, quę culpa contractę uideantur, uaria genera numerari possunt, cum perspicuũ sit homines ambitione, aut libidine commotos, uaria discriminũ genera adire solere sępe, quibus aut eorũ corpora manca, aut detormia nota inusta fiant: Vt auorũ memoria Tricaricensi senatori cõtigisse ferunt, qui cum homo esset libidinosus, & in sũma uitę libertate prauus, noctuq; loricatus cum sicariis incedere solere putaretur, quo ei causa nocturni prelii ineundi esset, uulnus in uultu digladiando accepisse dicitur, quod esset ad hominum aspectũ nota contemptus, ad infamiam mansuram uitę facinorosæ testis. At earũ rerũ, quę casu euenire solent, multiplex quoq; numeratur genus, cum in promptu sit, homines propter corporũ imbecillitatem maxime fortuitarũ rerũ euentu contineri, multaq; sępe in hominum uita cęco euenire casu, quo hominum corpora deprauari soleant: Itaq; cum senatorius nitor maxime appareat corporei mali notatio, ne lędi, satis intelligi datur, cauendum esse, ne his in senatum aditus in considerata lectione pateat, qui corpore sint fortuita notæ inustione praui: Ex quo iure est lege cooptatoria latum, nequis ascri

Quomodo non sũt creandi deformes Car. 15.
Triplex causa deformitatis.

Io. Zemorensis Car.

Car. Tricaricẽsis

Extra de cor. uici. C. cũ de tua

bi in collegium ſacerdotum poſſit, cui pars de membrorum integri-tate deſit, quę aſpectū ſint habitura tetrum: nam cum membra ſint corporis humani partes, facile exiſtimari poteſt, ea ad totius inte-gritatem ſtatui, atqui ſiquippiā abeſſe dicatur, quod in integritatis na turam cadat, negari nullo modo poteſt, quin dicendum ſit, inte-gritatis expletionem, mēbrorum fraudatione lędi, cū autem ſenatores in mundi oculis, in illuſtriq; celebritate uerſentur, cumq; fere ſępe ho mines magis ſoleant pręſentiū rerum aſpectu, q̄ iudicii ratione duci, ſatis conſentaneū eſſe poteſt, eos, cū corporis ſtatu deformi & de prauato conſtant, ab hominum genere ſolere ſpretū & contemptū iri: nam cum ſenatorius ordo abſolutus uideri ſuapte ſplendoris di-gnitate debeat, facile hi putantur ſenatores natura repugnante legi, quibus aliquid d̄ abſolutione cumulata deſit: quo cognito intelligen-dū eſt, in ſenatu cooptando iure excipi debere eos, q ſine uirtutis aut doctrinę magnitudine deformes corporis deprauatione ſint, ne

Famoſi non de-bent creari Car dinales. .16.

qua appareat in ſenatorio candore labes: nihiloq; ſecius hi ſenato-ria dignitate pręteriri debent, qui ſint ſcelerum magnitudine criminūq; ubertate noti, in quo eſſe debet ſenatui fama ſuſpitioſa tanti, ut nihil ſit ab eo in patritiatu mandando conſiderandū cautius. Atq; hi etiā

Homicidę non debēt creari. 17.

reiectum iri debent, qui non modo manu ſua hominem necaſſe di cātur, ſed etiam cauſa occidendi fuerint: nam cū uitę munus ſit ho minū generi, auctoris rerum Dei liberalitate datū, facile concedi poteſt eam Dei contineri nutu, cuius maxime poteſtas uitā, aut necē al-latura ſit, atqui ſiquiſpiam hominem occidiſſe, aut cauſa necandi fuiſſe dicatur, ratio nulla eſſe debet, quin fatendū ſit, ab eo Dei poteſtatem impudenti uſurpatione lędi, quo nihil eſſe poteſt in ho-minū natura dirius: nihil . n . longius a ſenatoria innocentia abeſ ſe debet, q̄ aut hominis necandi cupiditas, aut humanorum corporum

Simoniaci.
Irregulares
Degradati
Vſurarii
Excluduntur .18.

ſica trucidatrix: Eodēq; modo de licitatorum, exlegū, exauctoratorum, noti ſimonorumq; foeneratorum genere diſputatur, qbus cognitū ſit, aut nego ciū exhibitū fuiſſe palā, aut minime cauſam ex crimine elabendi dari: Sed cū hominū uita in actione rerumq; contemplatione uerſetur, cūq; tum gratia maxime ſpectari uideatur, cū cuipiam quid gratioſa fa-uendi cupiditate datur, quod dignitatis ſuę finibus exit, intelligi de bet duplex eſſe alicuius dignitatis expendendę genus, unū quo actio

rerum comparatur, quatenus scilicet ad generis humani Reiq; pu. statuatur curã, alterũ in quo expenditur, quanto sit alterius dignitas in uitę ratione maior, quatenus scilicet quis doctrina magis, sapientięq; dignitate pręstat. Itaq; si cooptatio cõmuni Rei pu. utilitate ponderet̃, facile dicimus, plus quandoq; Rei pu. boni afferre solere eos, qui diu sint in obeundarũ legationũ ciuitatũq; administrandarũ cura uersati, q̃ eos qui cognitione contemplãdiq; ratione excellunt: Vt si auorũ memoria plus Rei pu. eam lectionẽ profuturam fuisse diceremus, qua Egidius Carillus senator renuntiari uideret̃, q̃ qua Chrysolora Byzantius in patritiatũ cooptari posset: cũ eorũ alter ita flaminiã diuturna tyrãnorũ uexatiõe liberasset ac ita esset ĩ ea puincia instituẽda uersatus, ut hodie quoq; flaminia eius legibus fruẽdis & seruandis maneat: alter in ocio secum in contemplanda tantũ cognoscendaq; rerum natura uersari diceretur, nec plus afferre uideret̃ hominũ utilitati boni, q̃ quod esset umbratili institutione pariturus: At uero si dignitas suapte naturę pręstantia expendatur, dubitatio nulla esse potest, quin concedendũ sit, iustiorem senatui dari causam cooptandi eos, qui doctrinæ magnitudine scientięq; dignitate florent, quatenus scilicet scientia est progrediendi ratione prior aut quatenus in pręstãtiori rerũ genere consistit: Siquidem apertum esse potest, eos debere in senatũ cooptari magis, qui cęteros antecellere natura putantur, atq; cũ notũ sit, homines inter se intelligẽdi ratione pręstare, satis concedi potest, magis debere cęteris dominari eos, quorũ scientię est dux, ratio superior in contemplando data, q̃ eos, quorũ actioni ratio citerior constituit̃ in negocio gerẽdo rectrix, cũ perspicuum sit, alteri ab altera pręscribi intelligendi modum. Itaq; iure auorũ memoria accepimus, nullos fere senatores esse factos, qui non essent doctrinarum maximarum gnari: Quare propter hoc cõmune utilitatis genus, alii ex auditorio discẽtium, multi a concionario munere, quidam ex sodalitiorum contubernio, nonnulli etiam ex gurgustio latitantis uitę in senatũ legebant̃: Ex quo maxime floruit tota illa ętas excellentiũ senatorũ ferax, cum magnarũ artium scientia compendiosa esset ad senatoriã fortunã uia. Q đ si quęri uideat̃, utrũ eiusdẽ hominis sit, facere posse utriq; rationi satis, constare inter sanos debet, non ita actio,

Qui sint potiꝰ creandi actiui an contemplatiui .19.

Egidius Carillus Car.

Grisolora Bizãtius philosophus

Q đ iustius creãtur cõtẽplatiui.

Q đ speculatio est prior.

Q đ ratio superior regit inferiorem.

Q đ contemplatiua regit & mouet actiuam

Mos antiquorum in creãdis Cardinalibus.

Q đ exercitiũ intellectus practici nõ impedit exercitiũ intellectus speculatiui

Homines possũt speculari & agere interposito spatio

Pius .ii.

Bessarion Nicenus.

Cardinales in sũma debent creari q componũt libros

ne intelligendi impediri usum, quin interiecto interuallo ab eodẽ homine satis uicissim fieri utrq; rationi possit: Neq; .n. negociorũ magnitudo in senatoria dignitate, aut Pium .ii. aut Bessarionem Nicenum, a studiorũ assiduitate auocauit, quorum alter in patritiatu Asie Geogrophiam scripsisse dicit̃, ab altero etiam susceptũ est Platonis tuendi & laudandi munus. Ex quo satis exploratum esse potest, eos in primis in senatum debere legi, quorũ uirtus sit, commentando & scribendo cognita, cum scriptio maxime sit animi recte dictantis & disponentis index, in quo sit tota uitæ constituta ratio.

DE PROTECTIONE RELIGIOSORVM PER CARDINALES.

I TAq; quoniam omnia Senatoria munera persequi conamur, restare deinceps uidetur, ut de ea sit tutelari cura dicendum, qua Senatorius ordo religionum tuendarum & moderandarum patronus constituitur In quo quidem intelligendrum est, quaduplex esse ex .S.C. probatarum religionum genus, quarum una a, Basilio, altera ab Augustino, tertia a, Benedicto, quarta a, Diuo Francisco defluxit: quarum institutis cęterę seruandis & persequendis maneant: Basilii .n. dogma hi maxime in Europa consectari solent, q sunt Carmentalibus initiati sacris, quibus ex .S.C. is pręscribitur uiuendi modus, quo caueť, ne his sit carnes exitare fas, neue cuiq̃ liceat ab Hononariis Gabaleis ad suscitatoria bis in die fieri edendo satur: .D. autem Augustini Dogmatistę, Indusiarii, Anachoritarii, Concionarii, scopinarii, Vernalii, Rhodii, & Gabaliferi numerari possũt, q inter se nõ modo adiectitia norma uitę, sed etiã chlamyde & amictoria calyptra distant: At ex .D. Benedicti dogmate id dimanat Cænobitarum Solitariorum genus, qui Cistellarii, Casinates, locupheati, Vmbrarii, Cærulei, Oliuerarii, Siluarii, & q eius generis sunt uocari solent. Ex .D. autem Francisci disciplina ea est exorta multitudo, quæ inter anypodetos & phęcasiatos flamines est disiecta biceps: Quocirca intelligendum est, permagni eius interesse Senatoris, qui harum tuendarum religionũ est patronus ex .S.C. factus, quem Gręci Hyperaspisten uocant, non modo perquirendo scire, quid singulorum legibus instauratitia latione adiectũ sit, Sed quid etiam ex his sit obrogando demptum, quo sit in tuendo & moderando prudentior: ut si dicamus Raphaelem Riarium senatorem patronum esse anachoritariæ religioni datum, nihil causę sit, quin confirmari debeamus, eius esse negocii scire, aut quid piaculi soleat in uotiua religione cotrahi, aut quomodo his annuus contubernii Decurio detur, cui a, cęteris parendum sit: eo-

Q đ .iiii. sũt Regulę probatę ab eccl'ia
.S. Basilii
.S. Augustini
.S. Benedicti:
.S. Francisci
Q đ Carmelitæ ieiunãt ab exaltatione .S. Crucis usq; ad Resurrectione
De his qui militant sub regula .S. Augustini
De his q militãt sub Regula .S. Benedicti.
De Regula .S. Francisci
De officio protectoris
Raphael Riario .S. Georgii ep̃s Car. Albaneñ. Protector regule .S. Augustini

demq; modo debet ei esse curæ / ne eiusmodi Anachoritariorum ge / neri causa sit ab eo instituto desciscendi / quo est promulgando la / tum / ut idem omnibus Vestispicus & Bibliographus decernatur / & idem sit communis in edendo uictus: quæ eadem est earum ra tio rerum / quæ sunt religionis cultum iuuatura: ut si edici ab eo / dem Raphaele Senatore dicamus / ut ex singulis præfecturarum contuberniis bini ex tyrocinio in Luteriam disciplinæ causa mittan / tur / quo religio sit perennibus studiis perpetuaq; discendi progres sione locupletior: Siue ut calatis comitiis Egidius Viterbensis re ligionis Oecumenicus Hecatontarchus fiat / quo sodalitia & eius fama doctrinæ / & uitæ exemplo noscant / facile ab eo posse conti neri cæteros / qui uitam continet a / labendo suam. At in .D. Benedicti dogmate intelligi / a / patrono Senatore debet / id esse a / cænobitarum genere primum reposcendum / quod flaminalibus comitiis rite sit a / candidato uotum / idq; ita esse ab omnibus adia phorica disciplina seruandum / ut palam sit exploratum / neminem posse dignitatis aut doctrinæ excusatione defendi / quominus in ca pitalem incurrat labē / si ab eo sit a / uotiua spōsione descitum. At uero in his / quæ minus in primis sūt ad religionis cōstituta finē / sci ri omnino debet / minus scelus contrahi solere capitale / si non pe rinde a / quoquam religionis seruetur iussum / ut est decernendo cautum: quo in genere exuritio anniuersaria / laneū indusiū / carniū interdictio / accubitus sine anacliterio / & taciturnitas uespertina nu meratur: ut si ex his quempiam sine contemptu affirmetur qui / busdam temporibus / aut uesci solere uitulina / aut minus exuriali præscriptione uti / nihil esse possit cur ei id capitali piaculo futu / rum sit / idq; intelligi debere / ea oportere animi mensione pondera ri / quo quisq; extra iussum / aut ualitudinis causa / aut impudenti li bertate prodit. In quo Senatori ius indulgendi & animaduerten di sit / uelut si modo Franciscus Soderinus Senator Cistellariorum patronus Nicolao Florentino Cistellario permittat indulgendo / ut ei bis in die sit edere in anniuersaria exuritione licitum / proptereaq; ualde præstet doctrina rerum / maximeq; sit ualitudine & corporis natura imbecillus / ac eius Anastasiani fani edituus constitutus sit / quod cæteris uideri austro pflante possit in habitando pestilentius.

Egidius Viterbē sis.Gene.S.A:

De protectione Regulę .S. Be nedicti:& d̄ cō stitutionibus re gulę

Quę in dicta re gula obligant ad mortale

Quæ nō obligāt ad mortale:

.F.Soterinus.B. .xii. Apl'orum Pb̄er.Ca.Vul. Nicola9 Cresci9 Mona. Cister.

Sed in .D. Francisci dogmate intelligendum est / traditæ religionis esse ritum / quo flaminum generi in amictu facultas eius hypoditis & calyptræ utendæ sit / quæ cæsio colore solent amph.malla ratio ne texi / utq; in publicum cum calopediis anypodeti prodant / nec eis uti mulionica aut equina uectione liceat / nisi quando ita sunt / aut decursa senectute fracti / aut læsi dolore pedum / ut nec pos / sint cum soleis ingredi / nec pedibus ambulare nudis : Eodemq; modo sciendum est / contubernaria lege esse perscriptum / ut ab his anniuersariæ esuriales feriæ a / comunicariis ad natalitia / ac li / tatorio edicantur die / quo cupiditatum deferuescat ardor / acriorq; sit in intelligendo & contemplando mens : utq; ab his ea quoti / die horaria precatio ineatur / quæ sit ad Romanum modum insti tuta / nequo longius sit a / rituali Senatus dictione decedendũ : nec multo est secus pecuniario pręscripto iussum / necui flamini sit pe cunia uti fas / neue quispiam eos attingat nummos / qui in eas pecunarias arculas / aut in eos capsarios iniciantur truncos / qui in fanis ob id aspergillario labro finitimi collocari solent / quo in eo piaculares largitoriæq; stypes ad fani usũ referuent / neue etiã eo / rum quisq̃ possit nummarias claues in funario cintuculo ferre / uel ex rationum libro / aut ex aduersaria deducere summam / quo ex eius præscriptione ratio accepti & expensi fiat : at cum est aut ęgro tantium sanandus morbus / aut contubernalium uestitus exquiren / dus / nec a / sodalitio sine pecunia possit / utriq; fieri rationi satis / nihil obstare debet / quin eis locus sit pecunias ab agnatorum / aut ab eo amicorum genere petendi / quos usu sit explorato notum / opem suppeditando laturos : ut si modo Thimotheus Lucensis / Hetruscæ præfecturæ administrandæ Duodecimuir / pecuniam a / Petro Soderino Dictatore petat / quo pecunia suppeditetur ad cõtu bernaliũ uestitus sumptũ / nõ est existimãdũ / quin eiusmodi precarię collatitiæq; pecuniæ utendæ ius ei d ebeat a / Dominico Griman no Senatore permitti / qui ex . S C . sit patronus cæsiæ religioni datus . Atq; rursus sciendum est / minus per legem licere cuiq̃ poemenici siue patroni iniussu concionari palam / uelut si Bernardus Volaterranus / a / Pandulpho Petruccio rogari dicatur / ut Sęnæ his exurialibus feriis concionari uelit / facile neget / se id facere

.R.v.

De protectione Regulę .S. Frã cisci & de con stitutionibus re gulę

Q đ nõ possunt equitare:

Q đ debẽt ieiũa re a festo oĩum scõꝝ usq; ad na tale dñi & in se xta feria.

Q đ debẽt dicer̃ officiũ secundũ modũ Curię

Q đ nõ possunt habere pecuniã

Q đ nõ possunt facere rationes & tenere cõpu tũ in libris:

Quomõ possũt petere pecuniã ab amicis

Thimotheus Lu cẽn .S F. frater Petrus So.Dict. Dñicus Griman nus.tt.S Mar. Pb̃er.Car:

Q đ nõ possunt pdicare sine li centia Gene.

Bernardus Vo. Or.S.Fran.

Pandulphus Pe trucius:
Fráciſcus Zeng Vi. Ge.S.F.
BenignusHiſp.
Antonius Trũ/ beta Or.S.F.
Q đ nō poſſunt adire hęredita tem:
Q uomō poſſũt mutare ueſtem

.F.de MōteVar co Miniſter ꝓ uinciç Hetrurię
Phi ipus de Bal neoCaballi Ge ne.Or.Mi.1510

Maximilianus Imperator
DE TRIBVS VOTIS RE LIGIOSOꝝ

De obedientia:

Georgius de Ca ſali Or.S.Do.

Franciſci Zeni Poemeni aut patroni iniuſſu poſſe : Q uin etiam eſt lege calata latum / ne ius cuiq̃ ſit concionandi niſi ei / qui ante probetur ſelectorum eſtimatione iudicum : ut ſi Benigno Hiſpa / no / aut Antonio Tubæ eius detur cognitio / quem regent futu / rum ad concionandum aptum / nihil ei cauſæ eſſe debeat / ut lite / ratorios petat a / patrono codicillos / quo iniuſſu poemeni con cionari poſſit / cum ueriſimile putandum ſit / a / præſtantibus in Theologia uiris perinde fuiſſe de eo iudicatum / ut in intelligen / do erat / aut expers doctrinæ / aut ſuapte ingenii natura hebes : Atq; etiam ſi quando eoꝝ cuipiam ſit gentilicia/hęreditas obuentu/ ra / exiſtimandum eſt / minime ei ius dari hæreditatis adeundæ / cum perſpicuum ſit / diuitias ei maxime aduerſari legi / quæ pecu / niam & opes amoueri iubet. Q đ ſi interdum cuipiam contubernii aut præfecturæ cauſa / aliquo proficiſcendum ſit / quo uel conditio ne loci / uel coeli natura ſit ratio mutanda ueſtitus / conſtare debet / id eſſe ad loci & coeli accomodandum genus : quemadmodum ſi aut Franciſco Varco / aut Philippo Caballo / quorum alter He truſcæ / alter Flaminicæ ſit præfecturæ regendæ cuſtos in Ger maniam ad Maximilianum Cęſarem proficiſcendum eſſe dicatur / quo de Germanicarum præfecturarum genere inſtaurando decerna tur / facile cenſendum eſt / his tum per patronum licere eo ueſtitus genere ac eo capitario operimento uti / quod ad loci coeliq; natu / ram aptum futurum ſit : Sed cum omne eiuſmodi flaminum ge / nus ea soleat uotiua ſponſione contineri / in qua obſequium / caſti tas / & egeſtas uerſetur uitæ / intelligendum eſt / patronum oporte/ re ſcire / duplex eſſe genus obſequii negligendi / ex quo ſit capitalis naſcitura labes / unum quod contemptu / alterum quod uoluntate ad uerſante fit : ex contemptu enim id oriri ſolet / quo negligitur le / gitimus parendi modus : uelut ſi modo a / Georgio Caſali Boro nienſis Contubernii Decurione cuipiam Flamini ſit præſcribendo iuſſum / ne lineo induſio / aut Polymita uti calyptra uelit / iſq; mi nus arrogantia importuna pareat / putandum ſit / eum contempti ſpretiq; iuſſi poſſe poſtulari reum : ex uoluntate autem aduerſante naſci cernimus conſueſſe id / quod ei maxime ſolet aduerſari rei / quæ quoquomodo a / Decurione imperata ſit / idq; intelligi debet

eo contineri iussu, cui iure parendum sit. Siquidem multa genera possunt imperatarum inueniri rerum, quas minus sit negligere & aspernari nefas: ut siquis ab altero quęrat iubendo, ut occulta scelera alieni proferat, quæ iure sint reticenda semper, satis sit intelligi par, nihil ab altero piaculi negando contrahi: Aut si cuipiam imperatum esse dicatur, ut bis in die in anniuersaria esuritione edat uel ea negligat aspernando uetita, quæ Poemeni sint iussu descripta, non alienum sit iudicare, ab eo sine piaculo negligi posse imperata: sin rursus, si quispiam alteri inanissima leuitate obscenoq; desiderio iubeat, ut aut quotidie in Xisto uelit miluos spectare transuolantes, aut saltet in flaminum conspectu nudus, perfacile sit concedendum, nihil eum in aspernando iussu delicturum: At cum res ab eo imperata est, qui minus illex licentia intemperata uiuat, dubitatio non accidit, quin ei obtemperandum sit: uelut si Thomas Caetanus litteratissimo homini Zenobio Assarolo iubeat, ut Florentini contubernii inire Decurionatum uelit, minus dubium uideri debeat, quin ab eo sit sine cunctatione parendum, etiam si minus libenter sit id magistratus genus initurus, uel studio Græcas litteras persequendi, uel ualitudinis notitia suæ: Atq; idem etiam dici de Castitate debet, quandoquidem perspicuum esse possit, eiusmodi flaminum generi non modo non licere in ueneria uersari uoluptate, sed ne his etiam actionibus uti blandiendo, quibus libidinosus amor excitetur: quo in genere officiosa sedulitas, uitæ consuetudo, locutio blanda, amatoria suspiria, & lasciuus oculorum obtutus numerantur: quibus rebus maxime uicissim sit, & facile mens delinita cessura, & ardentius amatoria exustura fax. Ideoq; iure est lege uestali cautum, ne flamini immuni ius sit eius sacrarii propyleum transcendi, quod ad earum sit Vestalium usum constitutum, quæ in uotiua castitate & cęlibatu uiuunt: Ex quo sciri debet, triplex esse mulierum genus, quod facile possit amatorio ueneno rapi, ex quibus unum est earum, quæ cum sint in medio adolescentiæ constitutæ flore, uehementius solent continendo uri, q̃ si essent maritali colligatione nexæ: alterum genus est earum, quę quanq̃ minus in sodalitate aut sacrarii contubernio uiuant, uotiua

Quomõ ĩ qbus dã non debent prȩlato obedire

Dist. viii. c. cõtra mores

Glo. in dist. ii. 4. .iii c. nõ est:

Quomõ debent obedire prȩlato

Thomas Caetanus. Ge. S. Do.

Zenobius Acciaiolus Florẽtin9 Or. S. Do.

Dist. xlviii c. ante omnia.

DE CASTITATE.

Quę sũt uitãda de ad seruandã castitatem.

Q ď Mo. nõ possũt trãsire uestibulũ mõasterii Monialium

Dist. xviii. 4. ii. c.

De triplici genere mulieꝝ periculoso:

De monialibus iuuenibus:

De mulieribus imitantibus religionem

Quid debeat facere ꝓtector in isto casu:

Qđ nõ sĩt accipiẽda dona a monialibus & Bizochis

Quę dona esse solẽt, quę dant moniales religiosis

Qđ ꝓtector debet prouidere ne religiosi uadãt ad Mona.

De periculo familiaritatis monialium

Qđ mulieres natura cupiũt uidẽre bonos

tamen castitate obligantur, ac instita focali uestaliq; calantica in amictu utuntur: quod quidem genus, cum sibi interdici arbitretur familiaritate profanorum, libentius consueuit consuetudine religiosa frui, quo honestiora amatoriæ flaminæ tegumenta sint: tertium uero genus est earum, quæ nullo uoti sponsu obstrictæ, cum in coelibatu uiuere uideri uelint, sine pudoris iactura eo periculosius flaminum animos moturæ sunt, quo religionis specie iustius iri possunt excusatum, si familiarius se in eorum consuetudinẽ insinuare uideatur: Quo circa iure est a patrono Senatore huic flaminum generi pręcipiendum, ne licentius harum utatur familiaritate mulierum neue ab his ea dona insidiosa sumat, quæ sint flagitii excitatura ignem: quale est illud duplex munerum genus iudicãdum, in quorum altero, quod sit inuentum ad excitandum opsonando gustum, Sacchareæ placentæ, Globuli pinei, Dulciariæ crustulæ, crispuli melliti, Citrea condititia, Cydonite Hispanum & testacia arculata uersentur, in altero, quod tam sit index cordis q̃ amoris flagitiosi obses, Discernicula libraria, Summaria membranea, Graphiaria anaglypta, Atramentariæ tecæ, Calami segmentati, Puluis horarius, Chartarię forficulę, Libelli pugillares, Emunctoria orichalcea, Setaceæ scobinæ, Canistella uiminea, Pauonina Flabella, Corneæ laternulæ, Pyxidulæ odorariæ, Monilia aueruncatoria, Sudariola setaba, Zonulæ funariæ, Bullatæ crumenæ, palearii Petasi, Puluinariæ thecæ, & Aspergilla sericata numerentur: Quo magis cauendum est, ne his aut locus ad sacraria diuertendi sit, aut cum harum mulierum genere usus intercedat, quo nascatur blanda insidiatrix Venus. proptereaq; flagitii cupiditas facilius aditu prohibetur, q̃ ingressa comprimitur, nam quæ sensim progrediendo serpit, uerecundiam peccando consumit: siquidem lena uoluptatis Venus, quo frequentior, eo appetentior esse solet, & simulac est in sensus illapsa acquirit amando uires. Caput est igiť, ut prouidendo caueatur, ne amoris libidinisq; occasio dedatur, neue in rem ad exardescendum aptam iaciatur ignis: Nam cum mulieres sua pte natura proborum flaminum aspiciendorum desiderio flagrent,

uehementerq; eorum consuetudine lætentur, perspicuum est, earum improuidam cupiditatem facile a casto posse ad libidinosum amorem naturę imbecillitate deduci, celeremq; desiderii transitionem in amando dari: ex quo utrorumq; uoluntas uicissim fiat in appetendo procax: quæ labes cum in omni est fugienda uita, tum uero nihil tam turpe q̃ sacraria eiusmodi flagitii criminatione lędi, quibus nihil in maledicentissimo sęculo suspitiosius esse potest: Idq; eo suspectius uisum iri solet, quo flamines uel uentitant ad sacraria frequentius, uel prodeũt amicti comptius, q̃ temperantia religiosa postulare uideatur, quæ utraq; impudentia facile est, aut castitatis discrimen paritura, aut causa futura probri: Similisq; est paupertatis habenda cautio, In quo possit a patrono sciri, cauendum esse in primis, ne alicuius quicq̃ priuati usurpatione fiat, siquidem priuatum id in flaminũ genere uideri debet, quod quisq; Poemeno aut decurione imprudente retinet. At si eorum alter ambo ue cuipiam quicq̃ utendum permittat, perspicuum esse potest, id minime iudicari debere suum cum confitendum sit, eum pręscripta debitione cogi, ut alterutro iubente reddat. In quo quidem sciendum est duplex esse flaminalis rei utendæ genus, unum certum, alterum incertum, certum est enim id, quo negatur esse decurioni ius, ut cuipiam quicq̃ impudenti libertate det, quo sit in annos mancupi possesione usurus: Incertum autem id nominatur, quod est in dantis optione situm, quo quempiam quandiu uelit retinere quippiam, idq; expendi utilitate & necessitate potest. Vtilitas enim bipertito secernitur, una quæ in priuata, altera quæ in communi ratione uersetur: priuata enim utilitas ea dicitur, qua cuipiam datur librorum utendum aliquid, quo ei facultas in litteraria sedulitate sit politius ingenii excolendi sui: ut si Ioannes Canisianus Florentinus concionarius decurio Vincentio municipi meo Ianensi homini Græcis litteris eru dito & pudenti, eos concedat demptos ex Græca bibliotheca libros, qui a Dionysio Areopagita sunt de coelitum principatu scripti, quo intelligere possit, quid in his per cacographiam sit scribendo erratum, fiatq; in posterum etymologica notatione limatior: At communis utilitas nominatur ea, qua cuipiam quippiam librorum

Q d̃ ꝓtector ꝓui dere debet ne religiosi nimis expoliti ĩcedãt.

DE PAVPERTATE.

Q d̃ non debent habere aliquid propriũ

Io. An. ĩ Nouellis ĩ .c. cum ad Monast.

De duplici usu

De utilitate & necessitate

De duplici utilitate.

Ioãnes Canigianus Florẽtinus Or. S. Dñici

Vincentius nepos Dominici d̃ S. Geminião . Or. S. Do.

De utilitate communi.

499

Iacobus de Mõte Falcone
Ambrosius Neapolitanus Or. Augustini
Theophrastus .viii.Phi.
Aristoteles .vii. Phi.

utendum conceditur, quo cæteris sit scribendo & interpretando profuturus: Vt si Iacobus Falco Anachoritarius Decurio Ambrosio Neapolitano homini rerum naturæ perito, eos octo tradat utendos Phisicos Theophrasti libros, qui nondum sint Gymnasiarchorum urbanę cohorti noti, quo docendo & enodando ostendat, quid in his, a, Theophrasto sit antilogico sermone scriptum, quod ab Aristotelea disciplina distet, siue quid a, nostris sit catachresticos interpretando usurpatum, quod intelligi debeat Theophrasto admonente secius, ut si dicatur in eo qui est septimus Aristotelis de Phisica disciplina liber, ab eo affirmari animam sapere quiescendo & considendo prudentius, facile intelligi Theophrasto docente possit, id aptius sedando debere dici, quandoquidem satis cognoscere licet, animam cernere quiescendo & turbida sedata affectione sapientius, nec uerisimile putandum uideatur, Aristotelem hominem in uerborum iteratione utenda parcum, ea epanalepsi fuisse in animæ natura explicanda usum, quæ est in quiescendi & considendi cognata uicinitate sita:

De cętero usu librorum:

Quod idem est de eorum cæterorum librorum genere dicendum, qui aut minus in publicum inuida hominũ tenacitate prodeunt, aut quotidie ex adyto eruuntur noui, in quo quidem tanta est præstantium librorum facta iactura, ut plures prope sint qui desiderantur ademti, q̃ qui superstites numerari possint: nec enim cuiq̃ persuaderi poterit, tantum esse Aristoteleorum librorum amittendo deperditum, ut ab eo conscriptorum superstitumq; numero quini nonageni desint: Idq; mirabilius uideri debet, quod neoterici modo nihil relictum putant in omni doctrina, & natura rerum, quod minus in his Aristoteleis libris reperiri queat, qui superstites solent hominum admiratione coli:

Q d' deficiẽt.95. libri ĩ numero librorum Aristotelis quos nũc habemus

De duplici necessitate:

At necessitas duplex quoq; nominari potest, una priuata, altera communis, priuata enim est, qua ei cui opus quæsito sit, aliquid eatenus datur possidendum, quoad reposcere Decurioni libeat, communis uero ea esse dicitur, qua ei pecunia dinumeratur, qui sit præfecturarum omnium Curio in urbe constitutus: uelut si pecunia Ioanni Antonio Aprutio anachoritario Curioni detur, quo eam expensum sit in publicos laturus.

Io An. Aprutius procurator Or.S.Augustini.

usus: Quare sciri a, Patrono debet, Anipodetorum Concionatorumque flaminum generi minus ius eius fundi dari possidendi, ex quo annuũ fructum capturi sint, nisi eorum contubernium in ea sit loci natura situm, quæ exilitate soli minus possit quotidianos suppeditare sumptus: idque intelligi debere affirmatur, si flamines hominum genus expiando, concionando & litando iuuant, maluntque patientia in carendo uti, q̃ splendidum exquirere in uiuendo luxum. Itaque cum perspicuum sit, hoc minus sine Pon. Max. prædiatoria uenia posse permitti, sciendum est, patroni esse prouidentis, curare, ut his sodalitiis prædia possidere ex. S. C. liceat, quæ sint in eo constituta loco, in quo flamines minus uiuere queãt sine annuo fructu uectigalium: quemadmodum si homo in clientum flaminum genere fouendo curiosus Oliuerius Carrapha Senator prædiatoria diplomata a Senatu petat, quibus ob id concionario Ianensi contubernio fundos retinere liceat, propterea que in eo nequeant Flamines largitoria suppeditatione ali, maximeque is locus sit ad litterarium commodum & ad proagonastícum usum ineundum aptus. Q đ si id minus necesse iudicatur esse, satis affirmari potest, nullam patrono dari prædiatoriæ ueniæ petendæ causam, cum perfacile apertum sit, flaminum præcariorum genus nullum nancisci prædiorum possidendorum ius, sed cultum uictumque petere debere ostiatim. At uero ex his, quæ contuberniis sunt anniuersario legata dono, dubitari non debet, quin sit affirmandum, annuum omnino capi posse uectigal, cum perspicuum sit, hoc donationis genus non multum ab eo differre quæsito, quod palam a, Præcariorum genere ostiatim fiat: Q đ si tamen quæratur utrum id a, Contuberniis repeti sine. S. C. iudiciario permissu possit, intelligendum est, id nec ullo modo exquiri, nec a, patrono flagitari debere quidem, nisi quando ita sit charitas deferuefacta hominum, ut nulla ex morum satu sit frugum metenda seges: Quod idem est de ea annua donatione confirmandum, quæ fieri solet eulabico Regum aut Dynastarum dono. Vt si modo Lodouicus Gallorum Rex Ani

Q đ minores & prędicatores nõ possũt habere neque tenere possessiones quę reddãt fructus annuales

Dist. i. 4. i. c. remissione & extra de obseruatiõe ieiuniorum. c. consiliũ:

Et extra de furtis. c si quis propter necessitatẽ

Oliuerius Carrapha Car. Ostiẽ.

Q uãdo protector nõ debet procurare dispẽsatione pro possessionibus tenendis

Q đ debent mẽdicare

Q đ possũt accipere anniuersaria

Lodouicus Gallorum Rex.

.R.viii.

200 –

DE ORDINATIONE RELIGIOSORUM:
De triplici indebita ratione ordinandi
De inductióe uioléta dist..xx.4. .iii.c.presens
De inductione simoniaca
Dist.i.4.ii.c.q̄pio
De inductione simulata
Q đ eps nō potest fieri religiosus sine licentia Papæ
Extra de re.iu.c. licet:
Quomō possūt fieri q sūt obligati Re pu.
Quādo possunt fieri debitores:
Dist.xiv.4.ii.c. duo sūt& extra đ Re.iu.c.licet
Quando possūt fieri artifices q pmisserūt aliqd in seculo

podetorum Mediolanensi contubernio quippiam annuum ex salario aut ex uinario portorio concedere dicatur, dubitandum non sit, quin his ius eius uectigalis detur capiundi, cum affirmetur, id posse largitorium uideri quid, quod sit in dantis optione constitutum, nec possit iudicari, utrum id sit alteri concedendo daturus. Sed cum de initiandorum flaminum ratione disputatur, intelligendum est, uitium nominari in cooptando triplex, quorum unum ui, alterum nundinatione, tertium mendacii simulatione constat: Vi enim id tum potest initiando contrahi, cum quispiam inuitus cooptari solet: Nundinatorium uero id nominatur, quo intelligitur, quempiam pretio esse delinitum, quo facilius in flaminium cooptari uelit: At mendacio simulatum id uocatur, quo quispiam fallaci mendacio potest leniri blandiendo, ut lubens cupiat initiari flamen: Quæ quidem singula initiandi genera, cum minus libero animi motu fiant, necessario sequitur minus uideri debere rata: At si quando accidat, ut Pontifex minor, uel Concionarius, uel Antipodetus, aut Anachoritarius, siue Vernalius flamen initiari uelit, constare debet, minus eum in flaminum numerum posse cooptari, cum perspicuum sit, lege esse transitoria cautum, ne cuiq̄ Pontificum minorum ius sit sine. S.C. liberatoria uenia a, Pontificia cura decedendi. Q đ si rursus de eorum hominum cooptandorum genere quæratur, qui Aediles, Plubicani, Telonarii, Quæstores, Portitores, aut Populi Mancipes in annos sunt, notum esse debet, non ante eos initiari posse, q̄ ab his accepti & expensi ratio summa deducta reddatur: quod multo quidem est secus de eo genere iudicandum, qui aut ære alieno premuntur, aut sunt alterius mutuaticiæ pecuniæ tabellionico stipulatu uades, quos quidem intelligi debet, tum in collegium posse cooptari flaminum, cum non tam studio creditæ nō dissoluendæ pecuniæ, q̄ animi incolumitatis quęrendæ causa initiari uolunt: Idem fere de eo artificum genere affirmatur, qui uel librum scribendum, uel statuam fundendam, aut sacellum pingendum, siue quid eiusigeneris faciundum pacisci stipulando &

uadando solent / modo absoluere in contubernio inchoata cogan/tur / uelut si homo nobilis & probus Thomas Palauicinus Oliuetarius Poemenus / Ioanni Veronensi Fabro Lignario præstanti iubeat / ut id librarium Monopodium / aut ea horaria subsellia segmentario opore & optica ratione absoluat / quæ Romæ Anachoritaris Popularis Deæ ante initia se facturum stipulando pepigisset. Nihiloq; dissimilius de pædotribarum aut de eo doctissimorum hominum genere licet confirmare / qui iuuentutem acuunt publica merecde legendo: ut si nobis pueris Angelus politianus Florentini ludi Gymnasiarches / in concionariorum numerum cooptari uoluisset / nihil ei diceretur ludi stipendium fuisse obfuturum / quominus potuisset eorum initiari sacris: At in pueris candidatis cooptandis lege est sponsoria latum / nequis in Tyrocinium possit minor quatuordecim initiari annis / idq; etiam quibusdam uisum iri solet pederestriæ obscenæ metu fieri debere raro: nam cũ ita sit hodie hominum genus ad perdita libidinosaq; flagitia delapsum / ut flaminum sit etiam desideranda castitas / satius esse hos excludi q̃ initiari putant idq; eo dicunt cauendum esse diligentius quo quorundam religio / quæ quondam maxime fuit flagitii libidinosi expers / & a / qua ad alios pudicitia peruenerit / ita licentia importuna sit / ad omnẽ delapsa libidinem / ut aliunde sit castitas repetenda & uitæ reposcendus pudor. Quocirca intelligendum est initiorum uim / id debere nominari uotum / quod sponsoriis comitiis a / candidato fiat / quodq; iniri in Tyrocinio aperta & tacita sponsione possit: Ab aperta enim sponsione tum nemini causa decedendi datur / cũ palam est in spondendo assensus: ut siquispiam ob id initiari uelit / quo ei sit furari / mechari & seditionem excitare licitum / nemini dubium esse debet / quin eum sponsio obstrictura sit / cum intelligi possit palam / eum ea animi inductione initiari uoluisse / quo esset uotiua sponsione nexus / quanq̃ apertum sit / eum id dissoluere omnino nolle / quod se receperit initiando soluturum. At siquispiam in animum sine uotiua sponsione inducat / ueneria carere uoluptate uelle / mini//

Thomas Palauicinus Ab. Ge. Or. Mon. Oli. Ioãnes Veronẽ Or. Mon. Oli.

Quando possũt fieri Magistri ludi / & lectores obligari.

Angelus Poli.

DE NOVItiis:

Quomõ q̃dã putãt cauẽdũ esse a / receptione puerorum

De professione tacita & expressa:

Quę sit expressa professio

me tum possunt eius initia iudicari rata, cum ei maxime sint parthenia legi aduersatura, in qua sit religionis constituta salus. Tacita autem sponsio ea nominatur, quae potest amictus uarietate secerni, ut si in Anachoritariis candidatos eo uti uestitu cernamus, quo uti solent in amictu flamines, non alienum sit fateri, ea uestitus societate ab his tacita optione spondi. At si contra tyrones in Anipodetorum genere uideamus laneo uti in calyptra cono, quo aliquo signo, a, flaminum amictu distent, iure eos in tyrocinio iudicare possumus tacita initiari sponsione uelle. Sed si quaestio de flaminum transitione oriatur, Senatorii erit iudicii scire triplex esse transgrediundi genus, quo transitio legitima uideri potest, unum quod studio absolutioris religionis mutandę fiat, in quo praestantia, non lege angusta uitae, sed ea solet ratione ponderari, quae sit religionis institutę limes: Alterum est in quo uitatur discrimen continentiae sensim in religione occidentis: Quemadmodum si modo in Insubrica Caenobitarum praefectura, sit libertas in uiuendo laxior, nihil prohibet, quin ex ea ius ad aliud flaminum genus transeundi sit, quod uiuat lege moderata contin entius. Tertium uero est quod imbecillitatis aut ualitudinis ratione fit, ut si cuipiam interdum euenire dicamus, ut imbecillitatis causa minus Carthusiensium instituta seuera ferat, quae facilius sit in Caenobitaria uita laturus, quae aliquanto sit in uiuendo liberior quod tamen intelligi debet, minus fieri sine S. C. liberatorio promissu posse: Itaq; ob eam rem dicimus patronos hoc debere loco ea Martini Quinti Diplomata calata sequi, quibus cauetur, necui ex Praecariorum genere ad Caenobitarios transgressio licitura sit. Q̄d si autem quaeratur, utrum Caenobitariis ius sit ad fana pagana transeundi, confirmandum est, id tum eis licere, cum sit usu & periclitando cognitum, longe utilius eorum gubernandi reperiri genus, qui Amussarii q̄ qui Cosmiarii sunt in administrando flamines. Sed maxime in omni patrocinii ratione uidendum est, ut hi eant doctrina eruditi, qui ad animi incolumitatem tuendam decernuntur, quo in genere Piatores, Concio,

Quę sit tacita ꝓfessio:

De signis professionis

DE TRANSITV DE Vna RELIGIONe AD ALIAm

De modo transeundi.

De Carthusiensibus

Quādo Monachi possūt habere beneficia secularia

De cōfessoribus.

De ꝑdicatoribus

natores / & Theologi nominantur. Piatores enim cum sint hominum crimina iudicando audituri / sæpeq; Regum Dynasta / rumq; sint syntereficæ præfuturi curæ / dubitatio nō accidit / quin ea esse debeant disciplina eruditi / in qua sunt summaria ad syn teresiacos instituta casus: nā cum sit genus scelerum æstimando / rum duplex / unum quod est .S.C. uetitum / alterum quod est suapte natura prauum / satis persuasum esse potest / piatori utri / usq; notam esse oportere uim: nec enim est ulla ratione dubitan / dum / quin in altero scire debeat / quid ab homine sceleris in he / rilis litatorii / aut in annui eucharistici libi intermessione contraha / tur: quo in genere Antonii Florentini Synteresiacū potest laudari enchiridion / & quin in altero iudicare cogatur / quid damni in eo capitalium scelerum genere utendo fiat / quæ in fatendo sint animi morsus primordia futura / quarum rerum æstimationi hi maxime li bri suffragantur / qui a / .D. Thoma de uirtutum criminumq; anthypatia sunt ęthica ratione scripti: quod idem est de eo scele / rum genere censendum / quæ solent capitalium partu gigni / ut si de dotali emptione Florentina / aut de ea Theosebica mutuatione disputetur / in qua ternos nummos mutuationis nomine exigi in singula centena cernimus: de qua quidem cum uaria sit Theolo / gorum inter se contradicentium nata contentio / facile iudicari po / test / patroni esse prouidentis decernere / ut huic piatorum generi facultas detur / ea studia persequendi / quibus eiusmodi doctrina solet explicari enodando / quo sit in Dynastarum aut Regum syn teresi scrutanda cautius: Nam cum Reges tantorum semper con suescant irretiri uarietate casuum / ut nihil fere ab his geri tuto si / ne piatore possit / necessario sequitur / cum ita eiusmodi doctrinæ esse debere peritum / ut ab eo satis ambiguæ nascentium rerum selectioni fiat: quotus enim quisq; potest inueniri tanta synteresis uacuitate rex / qui cum sit uectigalia uel portoria inusitata decretu / rus / aut bella initurus noua / minus piatorem consulturus sit? aut quis tam potest mentis reperiri expers / qui aut a / flaminum genere uectigalia exigere decumana / aut liberos cum exhęredatio ne arrogare agnatorum / siue repudiū uxori remitere audeat / sine

De Theologis

De duplici gene re peccati

Sūmula Archie piscopi Antoni ni:

Sūma casuū .S. Thomę.

De mōte pietatis Florētino:

Quid debeat fa cere protector in instituēdo cō fessore

De cōfessoribus Regū

Qđ fere Reges nihil sine consi lio cōfessoris

auricularia commonitione piatoris ? Ex quo facile licet iudicari ad Senatoriũ pertinere patrociniũ curare, ut ad piatoriam perdiscen dam disciplinam ex tyrocinio seligantur hi, qui habitu in primis na turæ excellant, communisq; præstantia sensus maxime sint ad consulendum & ad iudicandum facti. At cum quæritur de con cionatorum genere decernendo, concludendum est nihil his a patrono fieri debere pluris: quid .n. tam admirabile q̃ tot homi nes, tantam audientium frequentiam unius concionantis contine ri uoce ? quid tam utile, q̃ imperitæ hominum multitudini eas tra dere uiuendi uias, quibus aditus in coelũ ascendendi pateat ? Itaq; non sine causa dicimus curæ esse debere tutelaris, ut huic concio natorum instituendorum generi facultas concedatur eius excolendæ doctrinæ, in qua Genealogiæ humanæ ratio est quadripertito ex plicata sensu: nam cum in ea tanta existat ubertas descripta rerum, ut nulla in ea sit uel uitæ instituẽdæ, uel regendę rei pu. siue theo riæ ineundæ prætermissa pars, perfacilis coniectura est, eam præ ter cæteras ad concionandi usum uideri debere aptam; Siquidem quanq̃ Philosophorum doctrina multum præstet explicatione natu rę, iudicari tamen notando potest, multa sæpe in ea misceri solere falsa, semperq; in ea aliquem relinqui dubitandi nodum, idq; ac cidere crebro consuesse, propriereaq; sit in ea sita ratione naturæ, quæ facile potest sucpte inscitiæ errore falli, quod contra ei scientię generi euenire solet, cum ea sit in diuina quadam supra progredien tem naturam constituta luce, quæ falli nullo modo potest. At cum sunt animi ad spem oratione excitãdi, aut inter se in seditione placã di, siue ad miserendi deducendi sensum, causa nulla est, cur mi nus rhetoricis præceptis uti in concionando liceat, quo sit oratio in dicendo ditior. Quis .n. in concionando uel blande deprecari, uel terrere minaciter, uel confirmare monendo mores, uel animos ad fletũ traducere, siue cõtra argute ad hilaritatem laxare mentes sine artificio dicendi potest ? Quo magis est mihi sæpe cum quodam superstitioso Concionatorum genere certamen, qui cum minus se in dicendo sine piaculo uti artificii expolitione credant, concionan temq; affirmant diuino oportere afflatu loqui, non intelligunt

Quos nouitios ad cõfessionem debeant eligere protectores:

De pdicatoribus

De utilitate prædicatorum.

Qđ pdicatores debẽt dare opã scripturę:

De utilitate scripturę:

Quare est certior scriptura philosophię studiis

De utilitate Rhetorices.

Contra eos q nolunt amittere Rhetoricã ad prędicationem

Deum haud quaq̃ uti theolepto concionatore semper, sed adiecto interdum artificio dicendi hominum mentes mouere uehementius: exquo facile intellectu sit, perinde hominis referre artificio uti in dicendo, ut Dei intersit dirigere in concionando linguam: quare iure nos modo commentarium isagocicum scribere de concionandi ratione ingressi sumus, qui sit artificiosæ rationis consectandæ index, progymnasmaton declamandi, & persequendæ uia doctrinæ. Eademq; ratione sciendum est, ad Senatorium munus quoq; tutelare pertinere, operam dare iubendo, ut singulis præfecturarum sodalitiis discentium Auditoria statuantur, quo flaminum genus erudiri Thelogumenon sententiarum doctrina possit: quod quidem haud scio in alteri cuiq̃ hominum generi sit consentaneum futurum aptius: Nam cum eiusmodi flamines careant negociorum occupatione cæterorum, quibus magnarum, artium studia cernimus impeditũ iri, maximeq; esse soli suapte disciplina debeant, concedendum est, eos præpter cæteros esse ad Theologiæ studia consectanda aptiores: Idq; eo exemplo ostendi potest, quo omnia Bibliotecharum genera cernimus horum flaminum esse referta libris: atq; etiam id eo fieri utilius confitendum est, quo plures ab ea disciplina possunt dimanare sapientes, &quo plures dissimilius possunt docere opinando: Quid .n. tam dissimile uideri q̃ Diui Thomæ, & Ioannis Scoti Theologicum hypomnema debet? cum tamen ne eorum quisq̃ iudicandus sit, cui quicq̃ in Theologia explicanda desit: quid item tam est dissimile putandum, q̃ cæterorum Theologorum inter se est manus iudicanda dispar? at quid eorum scriptis dissimili in genere uberius reperiri potest? quid utilius, q̃ cum iudicando cernitur, ꝗ ueri iudicium Albertus, grauitatẽ Alexander, facilitatẽ Egidius, acumen Gregorius, uim Durandus, subtilitatẽ Herricus, affluentiam Aureolus, partitionẽ Alphonsus, astum Occham, sanitatem Paludensis, modum Riccardus, diligentiam Antonius, & solertiam litteratiorem Picus disputando & opinando consectantur? quis tamen eorum in suo genere non absolutus, aut minus sui potest iudicari similis? Quare nihil de-

Q đ in singulis Monastetiis debeat legi Theologia

Q đ religiosi maxime sũt apti ad studia

De utilitate studentiũ ex diuersitate doctrinę

.S Thomas.
Scotus
Albertus
Alexãder đ Ales
Egidius
Gregori9 đ Ari.
Durandus
Herricus:
Aureolus
Alphonsus
.P.de Palude.
.G.Occham.
Atoninus
Io.Picus Mirã.

Qꝺ patroni debent curare ut oẽs religiosi studeant

Rationes probãtes ꝙ Monachi debẽt studere.

Quãdo nõ erat opus doctrina:

De Testatione Aplorum

De Testatione Martyrum.

Alia ratio:

De subtilitate hereticorum.

bet requiri a patrono prius q̃ ut omne flaminum genus ĩ scientiarum studio rerumq; doctrina uersetur. Nam quanq̃ in quibusdam Diui Benedicti sit præscriptione cautum ne in Cænobitariis præfecturis suis doctrinæ studium cultum iri possit, id tamen intelligi debet, ea esse ratione factum, quo flaminum generi esset expeditius ad coelestem Theoresim ineundam iter: Nam cum tum nihil esse posset fide in credendo testatius, uel Duodecimuirum Concionãtium elogiis, uel innumerabilium hominum uoluntaria trucidatione pereuntium, facile existimandum est, tum flaminum generi minus fuisse doctrinæ cognitione opus, qua iudicium probaretur ueri: Quid enim testatius esse poterat, q̃ scire ab euerriculariorum hominum remigumq; genere, in his quæ sunt supra intelligentiæ obtutũ sita, plus fuisse spondendo patefactũ q̃ ĩ his a philosophorum gener ostẽsũ, quę sũt manu cõrrectãdo nota? quæ probatio maior reperiri poterat q̃ ex hominum fatentium moriq; uolentium multitudine, cernere alios confici sagittarum ictu, aliis cutem nouacula detrahi, aliorum ueru intestina conuolui, nonnullos obrui coniectione lapidum, quosdamq; etiam in crate torreri uiuos? quo quid potest esse ad ueri iudicium declarandum maius? Quid certius q̃ fidem carnificum tormentis & moriendi auiditate testari? Sed exactis Etnicis, quod unq̃ est perduellionum repertum genus aut argutius in disputando, aut in probando subtilius? At quomodo sine doctrina eorum erat refellenda opinio? quomodo eorum poterant sophismata aculeata pelli, nisi doctrina probari potuisset, falsa esse, quæ illis uiderentur uera. Nam alium disputantem spiritum minus uideri debere Deum, alium filium parente minorem esse affirmantem, alium adicientem diuinitati gradus, quos errores confitendum esset, de Deo fuisse hominum generi insituros, nisi festine obuiam doctrina fuisset eorum pernitiosę sationi itũ? quo is esset sine antilogica disputatione progressus? qui Xp̃um uoluit nominatione cooptatũ esse Deum? Quid item eũ Christo humanã naturam adimentem parituros fuisse censemus, si ei tanq̃ geometris fuissent precaria fundamenta data? Quid cæteros ausuros fuisse credendum est, qui sunt in opinionum prauitate uersati, num pu-

tandum est, eorum commētitia scelera non in hominum fuisse di manatura uulgus, si per doctrinam impune illis confirmare confi cta licuisset: At rursus priscis sublatis perduellionibus mutatisq; religionis temporibus, quæ unq̃ est Philosophorum cohors nata maior: aut quæ recentium perduellionum manus exorta subti lior: Quorum alteri, cum nihil ratum habeant, quod minus sub oculos & sub aspectum cadat, alteri cum hisdem soleant Theolo gicis certare armis, quid essent argumentando & opinando paritu ri, nisi in eos doctrina possent eadem retorqueri tela: Atq; etiam quis dubitet, quin mens in Theoresi intelligat doctrina illustrata melius: qui enim ex Cænobitarum numero inueniri tam impu dentia immoderata quisq̃, qui quicq̃ de coelitum audeat affirma re principatu, nisi aut Theoleptus possit iure nominari, aut sit Theologumenon sententiarum disciplina doctus: Eodemq; mo do quis in omni flaminum genere ignorat, ueneris inflaminatæ labem facilius doctrina depelli: cum perspicuum sit, si somni, ui ctus, exercitationum, horariarumq; quotidianarum precatio num ratio cum studiorum assiduitate comparando expendatur, præ cla re sciri posse, nullum relinqui tempus ad ea ociosa studia refe rendi, quibus maxime solet libidinum excitari ardor: Q đ si minus Cænobitarii in quotidiana studiorum assiduitate uersari di cātur, quomodo dubitari potest, quin affirmandum sit, eis omni no superesse tempus: At qui si id uel minus ab his soleat in doctri næ ratione teri, num negari poterit, eos id ad ea rerum studia re laturos, in quibus aut prædiaria utilitas, aut præsidaria ambitio uersetur: Atq; ut omittam cætera doctrinæ commoda, quæ sunt uel obsequendi difficultatem adiutura, uel frugalitatis & parsimo niæ mensura modum, quis non uidet nihil esse doctrina in dæ monum euerriculo uitando cautius: quo hi maxime solent irre tiri, qui sunt eorum uaferrimæ naturæ cognoscendæ rudes: at quis ex eorum numero suapte intelligentiæ præstantia sine do ctrina intelligat, quo causarum modo id Dæmonum genus futura præsentiat, aut quomodo copulationes astroꝝ uimq; iudicando no scant, aut quomodo ex patefactione coelitum cognitionem elicere germanitatis cognitione dicantur, siue rursus, uel in hominum cor

De Philosophis Arabię hostibus fidei

De scientia eoꝝ:

Quomodo fuit opus scientia contra Arabes

Alia ratio

Q đ scientia est utilis ad fidem

Q đ scientia est utilis contra luxuriam

Quid eueniat his religiosis, q nō student

Q đ doctrina est utilis cōtra Diabolum

Q͞d Religiosi omnes per Protectorem debēt petere a Papa, ꝙ possint stud͞e re non obstāte constitutione Regulę

Ignatius Squarcialupius Mo.

Gregorius Cortesius Mo.

pora obrepere, uel impellere possint imaginationis motum, cui sit improuida & delinita assensura mens: quo nihil est a flaminū genere formidandum & repellendum prius: Quibus ex rebus intelligendum est, flaminum esse de præfecturarum incolumitate cogitantium, curare prouidendo, ut eiusmodi Cænobitarum genus doctrina erudiri possit, quo sit & sapientius in uiuendo, & in dęmonum uipereo nexu fugiendo cautius, operamq; dare rogando, ut patronus auctor .S.C. faciundi sit, quo Cænobitariorum generi sine piaculo liceat cultum iri doctrina, quo absolutius religionis cumuletur genus: Vt si modo affirmetur Ignatium Lupium & Gregorium Cortesium gentilem meum homines ingenio & doctrina præstantes petere a Marco Cornelio patrono Senatore uelle, ut operam cura priuata det, uti .S.C. Pont. Max. referente fiat, cuius permissu sit in Contuberniis auditoria discentium instituere cassinati pręfecturę licitum, quo eorꝫ Cęnobitarꝫ genus eruditius quotidiana theologumenon quęstionum explicatione fiat, sitq; rerꝫ superarꝫ caligine depulsa appetentius :.

DE ADMONITIONE PAPAE.

SED Queri maxime hoc loco potest, quod nam remedii genus adhibendū sit, cum palam perspi uum est, Pon. Max. qui sit legum & iudicioꝝ auctor, nec ei a quoq̄ negocium exhibiri sine manifesti perduellionatus suspitione possit, ita uel erariū depeculari, uel auctionari fana, aut ita reperiri in sūma uiuendi libertate prauum, ut nulla eius uitę pars uideri possit, flagitiosæ peruersitatis expers, perfacileq; iudicium sit breui eius cruento contaminatoq; imperio, aut Rem pu. occasuram, aut summā orituram generis humani labem. In quo quidem uaria hominum contentione certat. Siquidem multis, tribus flaminales ad oecumenicam concionem accirri placet, quo ad eas de Pontificatu abrogando deq; die dicenda referatur, quidam senatū ab eo secedere debere putant: alii ei parendi necessitatem adimi oportere arbitrantur: nonnullis est etiam eum salubrius asseruari uisum, ut Christophoro Pontifici contigisse ferunt, quo aut extinguatur nascentium malorum fax, aut ei locus criminum eluendorum sit. Nos autem cum uidemus lege esse obiurgatoria cautum necui sit Pon. Maximi repræhendendi ius: nisi quatenus perduellionatus postulari possit, facile affirmamus, pro cętero scelerum genere, minus senatui potestatem ad tribus corrependi dari, cum cuiusuis hominis sit scire, eum, qui proprio magistratu cæteros iudicaturus sit, nullius sententia damnari posse: At cū palam constanti fama omniumq; sermone percrebruit, eum, a consignatę fidei aberrare uia, nec posst de eo iudicari secus, dubitari nullo modo debet, quin tum ius senatui ad tribus prouocandi sit: Idq; certo probari argumento potest, nā cū Pon. Max. perinde Rei pu. ut corpori caput annectat, capitisq; maxime inter sit, in mēbroꝝ genera diffundere uitam, cūq; orsus animi uitę a rata fidei pręscriptione sit, satis intelligi debet, Pon. Max. si eiusmodi perduellionatus postulari possit, in animi uita seuocata mori: ex quo

Papa nō potest iudicari nisi ꝓpter heresim notoriam.

Varie opiniones

Christophorus Papa

Quando Card. possūt conuocare concilium

notum sit / ꝙ quemadmodũ hominem dicimus post lethum / hominem esse desinere / sic eum post perduellionatũ affirmamus Pontificem desinere uocari maximum / iureq; tum causę cognitionem ex senatus prouocatione ad concionem iri solere reiectũ : quo causa honestior interregni ineundi Pontificisq; surrogandi sit : nec enim mihi hoc loco eoꝝ sententia probari solet / qui eum pro quocunq; manifesto scelerum genere muneris & sacerdotio abire debere putant quandoquidem contumaciam dicant ad perduellionatus pertinere naturam / modo sit senatus antegressa commonitio / nec decedere de sententię peruersitate uelit: Nam cum nullũ eiusmodi uideamus cognoscendi criminis iudiciũ esse constitutũ / in quod sit Pon. Maximus lege iubente casurus / facile confirmamus pro quocunq; alio manifesto criminũ genere / nullum senatui ius Pontificis Maximi in iudicium uocandi dari / in quo sententia ferri de eius sacerdotio abrogando possit. At si res in comparationem uocetur / satis intelligi licebit / duplex esse indomitę animi naturę genus / unũ quod in criminum continuitate / alterum / quod in pertinaci quodam scelerum patrocinio uersetur. In eo enim a / quo Pontifex Maximus auelli senatus commotione nolit : facile in promptu est / nullum esse senatui ad tribus referendi ius. At in eo / in quo teterrimum peccatorum genus aperta improbitate tueatur pleriq; nullo modo dubitandum putant / quin senatui ius eius in causam uocandi sit : ut si Vrbano Sexto ob id negocium exhiberi dicatur / propterea ꝙ fanorum nũdinationem scelerumq; genera impudenti libertate defendat / quæ tamen sint humano coelestiq; sublata iure : Idq; eo fieri improbius uideri dicunt / quo callidius honesti necessitatisq; specie adumbrata tegitur : ut Manfredum Neapolitanorum Regem facere solitum fuisse ferunt / qui crudelitatem & sæuitiam odium improborum / ac incontinentiam & libidinem / naturæ solerer nominare iussum. Nos uero cum istud totum libenter. P. M. S. Q. iudicio remittamus : tutius affirmare possumus / ob alia criminum genera minime esse senatui / a / Pontifice desciscendi locũ / ut enim minus conuenire uidemus a / capite membra seiungi / sic turpe esse dicimus senatum ab affectatoria seuocari uita / cũ perspicuũ sit Pon. Max. ob senatoꝝ abitionem faciliorem

Opinio Hugonis in .c. si Papa dist. xl.

Duplex genus peccati obdurati.

Quando possũt Car. conuocare concilium.

Vrbanus .vi.

Mãfredus Rex

Quando Card. non debent discedere a / Papa.

occasionem noui senatus cooptandi tribui, qui fortasse futurus esset, aut in scelerum genere fouendo malignus, aut in cauenda Rei publicæ calamitate lentus. Benedictus quidem Tertiusdecimus Pontifex in senatoria secessione factus, cũ ab eo senatores transalpini desciuissent, ac prope relictus uideretur solus, sepe dixisse fertur, nunq̃ se Pontificiæ potestatis compotem fuisse magis, nisi cũ ab eo senatus discessisset, nouaq; comitia inire cępisset, propterea illius secessione causa ei fuisset, senatus ad naturam suam appositi legendi data. Eodem q; modo dicimus minime, e, Re publica uideri, improbum prauumq; Pontificem in carcerem includi iubere, cum perspicuum sit, neminem nisi iudiciaria ratione a, superiori magistratus genere damnari posse, atqui cum nullum sit superius magistratus genus constitutum, cui a, Pontifice Maximo parendum sit, perfacile existimari potest, nullũ esse senatui, Pontificis asseruandi, aut in carcerẽ includẽdi ius: Quocirca non sine causa fatendũ est Pontificem Maximũ ita aseruatũ, aut a, senatu ad Pontificia munia obeũda cogi, aut eiusmodi potestate uti suapte uolũtate nolle, si enim affirmet, eum, a, senatu coactũ imperii iure in Re publica administranda uti dubitationem non habet, quin ea quæ coactu, aut necessitate fiant, nullam sint uim habitura iuris, quandoquidem necessitate optionis libertas adimatur: Ex quo est confiteri necesse, si Pon. Max. aut ad libellos postulatorios subscribendos, aut ad obsignanda diplomata, siue ad fana decernenda cogatur, causam iuris reuocandi dari, fieriq; malum Pontificis asseruatione maius: At si dicatur eum Imperii uti potestate nolle, negari non potest, quin concedi debeat, facile orbis terrarum cessaturam curã plusq; omnino litium discordiarumq; nascituram q̃ si suapte uti Imperii libertate posset: Cũ pręclare notum sit, eo uiuo, nec alteri permitti Pontificii Imperii utendi potestatem, nec senatui concedi interregni ineundi ius, quo quicq̃ decernere extraordinaria potestate possit: Ex qua inuoluta rerum ratione, satis credi potest, aut nasciturum legum antiquandarum casum, aut Rem publicam in communium scelerum impunitate perituram: Atq; etiam si rursus dicatur eum in carcerem inclusum, Imperii iure suapte animi uoluntate uti, nihil

Benedictus .xiii. Antipapa.

Q đ Papa non debet includi ĩ carcerem

Scãdala quę possunt nasci ex custodia Papæ

Alia ratio.

esse debet, quin fatendum sit, causam esse suspicandi orituram, cum inuitum ad eius munia obeunda cogi: Ex quo facile intellectu sit, eo plus renascituꝝ in ambigua opinatione mali, plusq; negocii habiturum, quo magis est hominum incerta uita ancipitiq; euentu pendet, & quo facilius homines suspicari possunt, si ei contingat in carceris asseruatione mori, eum esse ui aut erumnaꝝ acerbitate mortuum, nec sciri possit, utrum acta fuerint eius uoluntate rata.

De obedientia Car.

Idemq; est de parendi necessitate dicendum: cum perspicuum sit Pontificię potestatis munus cuipiam gratuita Dei libertate dari, quod ei nisi ob manifestū perduellionatus scelus adimi nullo modo possit:

Papa debet fraterne corrigi.

Quare iure dicendum est, in hoc genere benignam esse potius monitionem a senatu adhibendam, qua animi ęgrotatio, sine iudicioꝝ aut mulctę acerbitate sanetur: Siquidem cōmonitio benigna est scelerum remedium, quod a charitatis bono dimanat: quodq; etiam Pon. Max. improbitati adhiberi potest, modo prudenti moderataq; ratione fiat.

Corectio remissa. .i.

Bonifatius .ix.

In quo quidem uidendum est primum, utrum id ęgritudinis genus sanari emendatione possit: ut si Bonifatius Nonus placida sit senatus castigatione obiurgandus, proptereaq; cum in cętera excellat ratione uitę, maxime sit flaminalis nundinationis postulandus reus, perspicuaq; spes eius medendi & sanandi sit, demissum esse oportere castigandi genus, nequid aut superbius repręhensum, aut diminutū de Pontificia maiestate uideret̃: ut senatui usu auoꝝ memoria uenisse legimus:

Ioannes .xxiii.

qui cū Ioannem uigesimūtertium uideret hominem magis militari libertate, q̄ Pontificia religionis probitate notū, nullo castigatiouis genere a uitæ prauitate auocari, se ad eius pedes dicit̃ abiecisse flentem, demissaq; cū monitione rogasse, ne genus humanū sineret sceleꝝ flagitioꝝq; suoꝝ fama peruulgata labi, neue permitteret cymbā Rei pu. quā deberet in orbis terre tēpestate moderari submersū & disiectū iri: ex qua mali tabe, necessario esset, aut exitiū cōmune eruptuꝝ, aut sceleꝝ suoꝝ nascitura poena:

Alia obiurgatic:

Nec itē minus cauendū est, ut ea uitia a senatu in monendo fugiantur, in quibus Pontificem Maximum obiurgare uelit, nequod in altero obiurgat, in eo ipse accusari possit: Idq; eo fieri solet castigando peruersius, quo uitia monentium paria, aut maiora iudicari possint.

Paulus .ii.

Paulus quidem Secundus cum

ſub Capitolino Cliuo magnificam ędificaret domũ, obiurgareturq́ꝫ a Lodouico Patauino ſenatore, qui eſſet quotidiana aleatoriũ lud aſſiduitate notus, ꝙ nimiam pecuniam in illa domus laxitate profũ deret, reſpondiſſe dicitur homo ſuopte magis ingenio q̃ doctrinæ inſtitutione prudens, maxime ſibi uideri mirꝝ, ſe ab eo in ędifican di ratione repręhendi, cũ ipſe tantã quotidie pecuniam in damnato ludi genere conſumeret: nihiloq́ꝫ prudentior caſtigatio putari debet qua Pontificis fama palam conſtructa apparataq́ꝫ uerborꝝ libertate lędit, quandoquidem homines ſępe infamiæ metu a criminũ prauitate auocentur: At uero cum ſentiunt uitia peruulgari ſua, uidētq́ꝫ quantum de famę exiſtimatione deperdant, nec iam locũ ullũ putēt inſitę opinionis euellendę dari, tanq̃ perfracto pudoris aditu, impudentiores fieri delinquendo ſolent, nã Vrbanũ quidem Sextũ ferunt, hominē non indoctũ, ſed callida ſeueritate ferocem, cum quinque ſenatores ob proditi Imperii ſuſpitionem uiuos abiicere in mare iuſſiſſet, ac atrocior uideret̃ ad cęterorꝝ inminere cedem, ad monereturq́ꝫ a Carolo Neapolitanorꝝ Rege, ut decedere a tam ſcelerata necandi cupiditate uellet, cędis & conſcientiæ peruulgatæ gnarꝝ reſpondiſſe, nihil eſſe cauſæ, cur ſibi eſſe putaret a ſenatoria cęde abſtinendũ, cũ plane bene intelligeret, ſe iam palam cędis appetentem conſentiēte hominũ opinione iudicari. Nec item cõmodior ea eſt putanda cõmonitio, quę minus aptis temporibus adhibe ri ſolet, ut ſiquiſpiam tũ maxime moneri uideat̃, cum iracundiæ ardore flagrat, nec tempus expectatur, quo iracundię flamma deferueſcat: Ex quo notum eſt Caſtrucii Lucenſis illud: qui cum homo eſſet iracundus & ardens, uehementerq́ꝫ in ſenatu ei ciui minaretur, qui eſſet conſtitutus peculatus pecuniarumq́ꝫ repetundarum reus, nec tamen ultra progreſſurus uideretur, q̃ eſſet poſtulatoria lege latum, ſurrexiſſetq́ꝫ tum e ſenatu quidam qui poenæ auertendæ cauſa multa odioſa loquacitate collegiſſet, obiurgatoriaq́ꝫ cum grauitate mõuiſſet, ut ciuium conſulere incolumitati uellet, iracundia uehementiori concitatus, utrunq́ꝫ dicitur iuſſiſſe condemnari grauius, alterum quia omnino plectendus uideret̃ lege, alterꝝ, quia minus idoneũ expectaſſet monendi & obiurgandi tempus: Ex quo quidem intelligi maxime poteſt,

Lodouicus patauinus Patriarcha.

Alia obiurgatio .3.

Vrbanus .vi.

Carolus Andegauenſis Rex:

Alia obinrgatio .4.

Caſtrucius Lucenſis

Q đ Reprẹhẽsio debet esse benigna.

senatus interesse sapientis, leni suauiqꝫ admonitione in pontifice sanando uti: quę sit ad intimũ sensum permouendũ, ad animiqꝫ morsũ inurendum apta: Idqꝫ facile euenire poterit, si monẽdo, a, senatu demostrabitur, ex eius uitæ prauitate, aut suum, aut Rei pu. interitum nasciturꝫ, commemorationeqꝫ exemploꝝ, ac similitudinũ collatione ostendatur, quantũ hi poenaꝝ dederint, aut quos sint exitus consecuti, in quibus fama Pontificatus, male gerendi fuit, ut si demostrabit, quę supplicia fuerint, aut Benedicto Thusculano aut Constantino secũdo facinorosissimis hominibus ab ultore scelerꝫ Deo constituta, cũ eoꝝ alter tetro diuturnoqꝫ exilio contabuisse dicat, alteri etiam oculos erutos fuisse ferant: At si hoc minus profuisse iudicari poterit, nemini dubiũ esse debet, quin, a, senatu ad supplicationũ decernendaꝝ, precandiqꝫ studiũ corrependũ sit, quo generis humani causa expeditior pateat ad deum flectendũ, & placandũ modus: In quo sane sciri debet, auctoris reꝝ dei procuratione statui, non modo quales sint reꝝ effectus orituri, sed etiam, a, quibus causis, a, quoue rato ordine dimanaturi sint, atq cũ perspicuũ sit, in eiusmodi causaꝝ genere, quasdam etiã humanaꝝ actionum uersari causas, satis existimari potest, homines aliquid moliri in uita oportere, non quo eoꝝ actione auctoris rei uolunatis immutetur, sed quo eorum actione perinde certos rerum effectus consequantur, ut sunt diuina præsignatione casuri: ob eamqꝫ causam dicimus, homines ea debere præcando flagitare, quæ minus sint euentum habitura malum, atqui cum perspicuum sit, iustam esse Pontificiæ probitatis optandæ causam, quo ei locus incolumitatis fruendæ Reiqꝫ pu. conseruandæ sit, satis est argumenti, rogare debere obtestando Deũ, ut eam opem Pontificię ęgrotationi ferat, quę sit uel sanationẽ celerem prębitura, uel interitũ allatura festinũ: quo quidem remedii genere, tum maxime usum fuisse senatum legimus, cum ita undiqꝫ esset præclusum Pontificiæ prauitati obsistendi iter, ut nihil relictum uideretur humanæ sanationi loci: ꝙ si ne hoc quidem ei occulta Dei procuratione prodest, dubitationem non habet, quin. S. C. intercedi Pontificię potestati debeat: quo minus Rem pu. delere peruersa cupiditate possit: ut si cuipiam Pontifici crimini detur, non modo grarium exhauriri,

Darda exempla

Benedict9 Thusculanus.

Constantinus secundus

Q đ faciẽda est supplicatio pro Papa:

De oratione:

Quomodo Cardinales possint orare Deũ pro Papa

Quando sit orandus Deus pro Papa

Quando possũt resistere

uectigaliaq; Rei pu. in epularum ludorumq; apparatu consumere, siue cognatorum propinquitati describere, ac fana omni ornamentorum genere nudare, hisq; ad cupiditatem libidinemq; abuti suam, sed etiã contra aras, uitam, fortunasq; omnium quęrere legum peruertendarum causam, tum hoc proposito publici periculi metu, apertũ sit ius senatu obsistendi dari, quo Pon. Max. sit uel in criminũ genere patrando, uel in potestate abutenda lentior: q si rursus acciderit, ut hoc ei minus profuisse constet, nihil abesse possit, quin senatui causa ad tribus referendi sit, non quo de eius sacerdotio abrogando feratur, cũ perspicuũ sit, minime esse cõcioni Pon. Max. exauctorandi ius, sed quo de eo obiurgando a, criminũq; genere auocãdo decernatur: ut sępe pontificię nascenti peruersitati obuiam itum fuisse legimus: Sed si res ita incidere uideatur, ut ne hac etiã castigatione decedere de sententię prauitate uelit, sitq; iam eius desperata salus, satis intelligi in hac cõmuniũ temporum procella potest, senatus esse in diuina procuratione ponderanda cauti, eatenus Pontificis furentis indomita peccata pati, quoad ultoris Dei trutina rata tolerantur, cum minime fas sit credere, ita esse auersum ab hominũ incolumitate Deũ, ut consulto ob id Pontificis bacchantis uitia ferre uideatur, quo sit aut funditus Res pu. peritura, aut cõmunis euersio futura uitæ.

Quando possũt uocare Papam ad conciliũ

Quando sit tolerendus Papa.

LIBER TERTIVS

DE CONCILIIS

NVNC Autem ſequitur, ut de eo oecumenico concionis genere dicatur, quod maxime ad Rei pu. ſalutem conſtituitur: in quo quidem intelligendum eſt, eam concionem legitimam debere nominari, ad quam ob eam

Quid ſit concilium

cauſam Pontificum minorum genus tributim aciri ſolet, quo cauſa conſilii ineundi ſit, nequid Res pu. capiat in temporis ratione damni, aut ne prætermitti uideatur quid, quod hominum generi profuturum ſit, quocirca intelligendum eſt, iure priuatim ad Pont.

Cõuocatio cõcilii ptinet ad Papã

Max. poteſtatem eiuſmodi concionis indicendę pertinere, cum perſpicuum ſit, lege eſſe concionatoria latum, ut cui poteſtas Rei pu. regendæ permittatur, eidẽ ius etiã accerſendi detur: quo non modo hominum generi cauſa parendi ſit, ſed etiam adimatur diſcordiæ excitandæ ſemen: cum iure pręſcriptum eſſe lege uideatur, ut ei priuatim poteſtas concionis habendæ tribuatur, qui prin

In .c. obedientiã diſt. xciii.

ceps ſit Rei pu. adminiſtrandę conſtitutus: Ex quo in promptu ſit id concionis genus, quod ſine Pont. Max. edicto fiat, minus decerni ſolere rite, minuſq; hominum iudicio iri debere com

In .c. legimus diſt. xciii.

probatum. At cum magnarum rerum genera aguntur, iſq; temporum caſus impendet, ex quo propter diſcriminis magnitudinem

In .c. multis diſt. xvii.

ſit, Rei publicæ oritura labes, nec periculo obſiſti ſine cõcionis poteſtate poſſit, dubitationem non habet, quin ſenatui curæ eſſe de

In .c. non nos diſt. yi.

beat, ut his, ut adſint, edicat, quibus eſt locus ſententiæ dicendæ datus: quo poteſtas omnibus ſit de Re pu. referendi: Sed id

In c. nři officii diſt. xxiiii.

tum intelligi debet fieri a ſenatu poſſe cum palam iudicatur Pontificem Maximũ, aut calliditate meditata, aut inconſiderata leui

Quando Card. poſſũt conuocare conciliũ.

tate, periculoꝝ magnitudini minus obſiſtere uelle, cum ſatis credi poſſit, cum Pontificem, qui periculo naſcenti occurrere cauendo

Innocentius ĩ .c. error di. lxxxiii.

nolit, iure locum dare ſuſpicandi, ne Rem pu. uelit euerſũ & labefactatũ iri: proptereaq; qui eſt, aut in peccatoꝝ genere, aut in hominum ſcelere puniendo tardior, abeſſe nullo modo poteſt, quin in criminum ſocietatem uenire uideatur. Quare cum is eſt Rei pu. ſtatus, quo ſit Pont. Max. a ſenatu monendus, ut pe

riculoso necessarioq; Rei publicæ tempore, aut his edicat ut ad sint, qui de Re pu. relaturi sunt, aut ius senatui tributim accersendi tribuat, neutrumq; fieri siturus iudicetur, minusq; contrahi appareat in extraordinaria potestate mali, facile tũ multi iuris bene periti uolunt, ius senatui accersendi concionisq; habendæ permitti, nequa sit Rei pu. calamitas Pont. Max. inscitia, aut occulta calliditate nascitura. Eodẽq; modo est ꝗ perduellionatus ratione affirmãdũ: nam cũ Pont. Max. perduellionatus postulari potest, nec ab eo scelere deduci, senatus obiurgatione solet, satis concedi potest, ne malum longius pontificis impunitate serpat, ad senatum pertinere, eum monere rogando, ut aut abesse ab ea peccati tabe uelit, aut ius causæ ad concionem deferẽdæ permittat, cum lege cautum sit, ne iniussu Pont. Max. concio haberi possit: ꝙ si rursus neutrum facturus uideatur, nihil causæ esse debet, quin senatui ius tributim accersendi sit: quo consideratius de mulcta irroganda deq; Pontificatu abrogando feratur: Cum perfacile notum sit, eiusmodi perduellioni posse diem, a, concione dici: neq; enim fieri potest, quin celeriter sit, legum interitura uis, nisi magistratus legũ ministri statuãtur: Itaq; cũ Pont. Max. in concionis iudicium uocatur, ac eiusmodi perduellionatus uidetur condemnari posse, cõsentaneum putari debet, prudentiæ esse senatus, constituto iudicio non modo eum rursus suadendo cohortari, ut decedere de sententię prauitate uelit, sed etiam certum quoddam ei pręscribere deliberandi tempus, quo ei spacium, postliminii perspicuiq; sceleris eluendi sit: at si decedere ex indomita credelitate nolit, negari non potest, quin senatus edicto sit ad concionis iudiçium res integra uentura, & quin concionis totius sententia Pontificatus mulctatio nascitura sit: Sed si contentio oriri uideatur, quid maxime a, senatu faciendum sit, cum bini inter se de suffragiorum latione pugnant, maximeq; quęritur, uter sit Pontifex legitima senatus nominatione lectus: Intelligendum quidem est, cum haud quaq̃ dubitari potest, quin eorũ alter insititius Pont. putetur: Ac alter duarum sit senatus partiũ suffragatione dictus, minus senatui causam cõcionis accersendę dari, sed potius ei esse insititii in cocionis iudicium uocandi ius, quo de concionis sententia sit legitimo Pontifici ab hu-

Quando Papa est hereticus

In.c.hinc etiam dist.xvii.

In.c.si Papa

In.c.hĩc dist.xvii

In test.de elect. .c.ubi periculũ li.vi.hugo.

In.c.nunc autem & .c. si Papa dist.xl.

Quid debeat facere colleg um quãdo duo cõtẽdũt ꝗ Papatu

In.c.si duo dist. lxxxix

In.c. ſiquis pecuniá diſt. lxxix.
Cornelius Pont. Max.

mano genere parendum : ut pro Cornelio Pont. Max. contra Nouatianũ promulgatũ legimus. At uero ſi ꝗ legitima ſuffragioꝝ latione diſputetur, quęraturq; uter Pontifex ſit hominũ approbatione iudicandus, facile affirmari poteſt, multis ſolere uideri tutius id queſtionis genus ex. S. C. ſapientum quorundam iudicio permitti ꝗ̃ ad concionis diſceptationẽ reiectũ iri : Vt Symmacho Pontifici & Laurentio neſciocui contigiſſe ferunt : nam cum hi duo eodem tempore eſſent diuerſa ſuffragantium renuntiatione lecti, maximeq; dubitandum uideretur, uter eſſet Pontifex legitima ſuffragioꝝ latione factus, cauſæ cognitio eſt ad Theodoricum Regem plebiſcito delata, qui tũ maxime putaretur ſapientiæ præſtare laude, deq; eius ſententia latum, ut is Pont. Max. diceretur iure, qui eſſet renuntiatus comitiali ratione, pluriũq; ſuffragantiũ nominatione prior : ꝙ ſi neuter eiuſmodi iudicii caſum ſubeundum putet, nulla tum ſenatum lege impediri opinãtur, quominus ei ius concionis habendæ ſit : Sed ſi caſu quiſpiam Pontifex ita deſipere, aut inſanire uideatur, ut iure ei interdici debeat Rei pu. adminiſtrandę cura, præclare tũ affirmari poteſt, cũ Pontifex inſanus ſit in Re pu. adminiſtranda mortuus, ireq; rurſus interregnũ ineundum ſit, ſenatui eſſe debere curæ, uti concio tributim euocetur : quo cauſa deliberandi ſit, utrum magis e Re pu. uideatur, uel comitia inire noua, uel interregem propontificemq; decernere, qui uſq; eo ius Rei pu. adminiſtrandæ habeat, quoad ei legitimis comitiis ex. S. C. ſucceſſum ſit : nequid interim Res pu. mali pontificia ęgrotatione capiat Sed ſi hoc loco quęri uideatur, qui nam maxime ad concionem acceſendi ſint, intelligendum eſt ſenatus edicto uocari debere eos, ꝗ ſint in Potificum minoꝝ collegiũ. S. C. lecti : Siquidem his edicere debet, ut adſint, qui ſunt de Rei pu. utilitate conſulendi, atq cum Pontifices minores ſint, humani generis inſtituendi, tributim conſtituti duces, locusq; his de Re pu. referendi ſit, ſatis argumenti eſſe poteſt, eos ſenatus edicto acciri debere primos : Atq; etiam conſentaneum eſt, adeſſe iubere eos, qui ſe iurarunt concioni ad diem affuturos. Atqui cum perſpicuũ ſit, Pontifices minores primo ſacerdotitii auſpicatu ſe iurare ſolere ad concionẽ acceſſuros, negari non poteſt, quin eis aditus in concionem lege decuriata pa-

Symachus Põt.
Laurentius
Theodoricus Rex Gotoꝝ
Glo.in.c.ſi forte
Quando Papa inſaniret
In articulo ꝗ clero.c.i.li.vi.
Qui ſint uocandi ad conciliũ.
In.c.omnia diſt. .xii. & in.c.canones diſt.xv:
Epi ſũt uocandi

teat. Quare iure dicimus cæteros inferioris ordinis homines legis præscriptione impediri, quominus ad concionem suapte potestate ueniant. Idq; affirmamus esse cautum, nequa causa controuersiæ excitandę concionisq; euertendæ sit. Cum notũ esse possit diuersa ordinum genera naturæ dissidio inter se discrepare solere semper, satisq; intelligi sit, si inferiorum ordinum genus concioni adesse cogeretur, facile Pontifices minores ab eo uinci in consulendi decnerndiq; prerogatiua posse, eorumq; sæpe suffragii lationẽ plurium aduersantium obuaricatione superatũ iri, quo nihil inuolutius excogitari in concionatoria ratione posset. At si postulatio interponatur, num interdũ quidam extra ordinem ad concionem accersiri debeãt, sciendũ quidem est, semper concionũ antiquarum instituto, cũ esset formidoloso Rei pu. tempore de ancipiti rerum euẽtu disputãdũ, extra ordinẽ homines solitos adhiberi eos, quibus propter doctrinę magnitudinẽ, aut pars maior assensura uideretur, aut cuncta esset in eorum sententiam itura concio: Ideoq; recte atq; e Re pu. Gregoriũ Decimũ fecisse dicunt, quod ad Lugdunensem cõcionem. D. Thomam unum inter multos doctrina præstantem extra ordinẽ acciri iussisset, eiq; in re ancipiti dedisset disceptandi & consulendi ius: Eodemq; modo multi extraordinario uocatu adesse dicuntur in Constantiensi concione iussi: Quo esset ex pluriũ conscriptorum hominũ publici mali depellendi locus: in quo tamen sciendũ est ad consulendi non ad decernendi rationem uocari solere hos, nec ab his posse cyamũ in cadiscũ iaci, nequid Rei pu. extraordinaria exæquatione noceat: ut auorum memoria Basiliensi concioni euenisse ferunt: in quam tanta extra ordinem ad decernendum fuit eruditorum hominũ conscripta multitudo, ut perficere numero & doctrina posset, uel ut docti minus repugnaturi uiderent, uel ut facile essent assensuri rudes: Sed cum fere sæpe multi introduci in concionem extraordinario uocatu uelint, sciendũ est, quorũdam negocii controuersiæq; causa adhiberi posse: qui aut doctrinæ magnitudine, aut negociorum tractandorum ratione, siue bellica disciplina excellunt, magnoq; usui Rei pu. futuri sunt: quo sit pluribus facultas de Re pu. referendi. Velut si temporibus ita postulantibus Asiaticũ uideatur suscipiendum bellũ, dubiũ non sit, quin

In.c.ego.n.extra de iu.iu.

Abbates & alii inferiores non possunt uenire.

Possint uocari inferiores ad uocem consultiuã

.S.Thomas fuit uocatus ad concilium Lugdunẽse

Gregorius.x.

Con.Cõstãtiẽ:

Con. Basiliensis

Quãdo ẽ quęrẽdũ bellũ cõtra ĩfideles .i.

Qui possũt uocari ad cõciliũ exta ordinem:

S ii

Io.Iac.Triultius

Q nãdo sũnt ex pellẽdi Turce ex Italia .2.

FabritiusColũna

Prosper Colũna

.M.Anto. Co.

Q nãdo dãdi sũt arbitri .3.

Iacobus Antiquarius

Raphael Vola.

Q uãdo sũt req rẽda exẽpla ex historiis. .4.

Sigismũdus Fulginas.

Bernardus Oricellerius:

Chilinus Mediolanensis:

Q uãdo ẽ reqrẽda auctoritas pricipũ magnorũ i cõcilio .5:

Maximilian9 Cęsar

Lo.Rex Gallorꝝ

Fer.Rex Hispa:

Ioannes Iacobus Triultius debeat in concionem acciri, qui unus inter multos sit cana adultaq; belli disciplina ꝓbatus imperator, & in quo sic prudentia cum fortuna certet, ut nemo queat utrum sit cautior an foelicior iudicare. Aut si Turcarꝝ generi causa iterꝝ detur eius belli renouandi, quod est hydruntina cõtentione gestũ, appareatq; Italiæ occasum iminere, nihil etiam causæ uideatur esse, quin Fabritius, Prosper, & .M. Antonius Colũnenses in cõcionem introducendi sint, q̃ maxime Parthenopei belli gerendi ratione pręstent, cũ in eo sint decennium pugnando uersati, quiq; ita rei militaris & fidei excellant laude, ut facile spondi possit, eos eatenus pugnaturos, quoad sit ex Barbarorꝝ manibus extorta sica, di scedatq; ex Italia tandem hostis importunus & superbus, nequid maculę in Italia resideat ad nostri dedecus sempiternum generis: Nec multo secus hi interdũ solent in concionem uocari, qui in litigiosarꝝ rerꝝ disceptatione ob id utrinq; Exlitii constituti sunt, propterea q; eorꝝ sit cognita experiundo probitas: quemadmodũ si deperduellionatus uideatur ratione iudicandũ, ne sit concionis sententia futura suspecta, maxime Iacobus Antiquarius & Raphael Volaterranus in concionem introduci debeant, cũ eorꝝ alter in summo eloquentię splendore sic floreat uirtute abstinentię, ut annos triginta in Mediolanensi pręfectura flaminali, nullum unq̃ dicatur accepisse munus: alter in scribendi cõmẽtandiq; assiduitate ita absit ab omni pathetica ęgrotatione morbi, ut uiuendo uideatur mentem a corpore ad aliam seuocare uitam. At si historiæ est notitia eruenda occultior, ut ad concionis usum exempla sũmantur, quis dubitet, quin sint Sigismundus Fulginas, Bernardus Auricellarius, & Ghilinus Mediolanensis accersendi, quorꝝ propriũ sit laudis, tã ornate res euentusq; perscribere, q̃ homines expendere, & consilia explicare sapienter, quo intelligi detur, quantum intersit inter rerꝝ iudices, & narrantes acta: Recteq; etiam eos accersendos dicimus, qui sunt hominũ constituti prouiso selectu Reges: ut si Maximilianus Cæsar, Lodouicus Gallus, & Ferdinandus Hispanus uocari dicerentur, quo concio honoratior eorꝝ interuentione foret: Quid.n. uel ad prauos a cogitato scelere deterrendos, uel ad probos cohortandos, siue ad auctoritatem decernentiũ augendam tam

necessarium esse potest, q̃ eos concioni adesse Reges, quorum pote state Rei pu. nitatur salus, & quorum imperiis stet hodie Europa seruandis. Quin etiam sciendum est, eos quandoq; oportere acciri qui sunt Duces eius urbis regendæ constituti, in qua concio ex. S. C. fiat, quemadmodum si affirmetur in Florentinã concionem Petrum Soterinũ accersendum esse, q: sit urbis tuendæ princeps, maximeq; in consulẽdo & iudicando uideatur certi collimator scopi: Atq; illud etiam potest adiungi honoris causa eos debere introuocari iure, quibus sit concio aut principatum delatura, aut aliquod transmarinum decretura regnum: uelut si modo Iulius Secundus Emanuelem Lusitanorum Regem in concionem Vrbanam introduci iubeat, ut ei Indię & Taprobanęs decernat Regnum, q: ab eo sint usq; eo Christiani Gabali affixa signa. Quid. n. iustius esse potest, q̃ his nationibus, quę sunt eo bellante uictę, ipsum decerni regem, qui domuerit. Q̃d si e. Re pu. censetur esse, ut concio fiat de bello Aphricano ineundo, nemo est Cundisaluo Ferdinando accersendus prior, a quo. n. pęni facilius frangi & profligari possũt q̃ ab eo a quo sunt sępe domari soliti. Sed si quando accidat, ut certior fieri concio debeat, quatenus sit credendum Regibus, aut quę sit principũ natura multorum, iure extra ordinem Albertus Pius Ioannes Lascaris, Robertus Assarolus, & Vincentius Quirinus sunt uocandi nominatim, quibus est doctrina cũ negociorum gerendorum & tractandarum usu couiuncta rerum, & inquibus dubitari possit utra sit uirtutis laus absolutior. At si tẽporis causa Antipontifex est rugendus & domãdus bello, quis Franciscũ Gonzagam, aut .G. Fracassium Sanctoseuerinatem acciri debere neget, quorum uterq; ut est fortis in periculorum genere adeundo, sic est in gerendo & conficiendo celer: Recteq; etiam, cum est monenda & hortanda concio, his potest ut concioni adsint edici, quos ualere dicendo cõstat, uelut si Egidius Viterbensis, & Phedrus Volaterranus, e. mul tis acciantur duo, quorum alter in dicendo sit schematica concinnitate nitens, alteri dicenti omnia ueniant in mentem ea, quę sunt in sũmo oratore optanda, ita, ut alterutro dicente non sit cuiusq̃ requirenda uox: Aut si contra Armeniorum genus uideatur de litatorio sacro differendũ, sciri debeat, causã cõcioni ex doctissimorum hominũ

.S.ii.

Quãdo reges præsentia rectorum urbium
Petrus Soderinus
Quãdo sũt danda Regna .7.
Iulius .ii.
Emanuel Rex Portugallẽsiũ
Quãdo bellũ est gerendũ cõtra Aphricanos.8.
Cũdisaluus Fer.
Quãdo sunt explicandi mores principũ. .9.
Albertus Pius
Io. Lascaris
Robertus Assarolus.
Vincẽtius Quirinus
Quãdo ẽ gerendũ bellũ cõtra Antipapã .10:
.F. Gõzaga .M. Mantuanus
.G. Fracassius Sãctoseuerinas
Quãdo ẽ hñẽda orõ i Cõciliis.ii.
Egidius Viter.
Phedrus Vola.
Quãdo ẽ dispu tãdũ cõtra heretícis .12

Tho. Caietanus Ge.Or.Predi.
Phi.d Bal.Caba llo.G.Or.Mi.
Gometio Portu.
Io.An.Aprutius
Ant. Trombeta
Marti.Iustinan9
Galgan9 Seneñ.
Io.Bene.d Casti lione Prouiciali
Siluef. Prierius
Valeri9Genueñ
Quádo e dispu tádũ cõ.grecos
Hiero.Donatus
Zeno.Aciaiolus
ScipioForteguerra Pistorieñ
Quádo est iudi cádũ d iure .14
Iason Mediola.
Philip. Decius:
Ant.Venafran9
VincẽtiusPeru.
Lodo. Tessira
Mat.Neruccius
Hie.Boti.Papiẽ
Quádo sũt uo cádi barões .15.
Innocentius.iiii.
Federicus .ii.
Quádo sũt uocá di discẽtes .16.
Alexãder .ii.
Cõciliũ Latera.

genere Thomam Caietanũ, Philippũ Caballũ, Gometiũ Lusitanum, Antoniũ Tubam, Martinũ Iustinianum, Ioannem Antonium Aprutiũ, Galganum Senensem, Benedictũ Castilionẽ Siluestrũ Prieriũ & Valeriũ Genuensẽ introducendi dari, quo his possit ualẽtius cõtradicẽdo obsisti, cũ pspicuũ sit, nihil i Italia hoc Theologorum genere fieri posse subtilius, nihilq; sanius reperiri in ueri & certi nota. Quod idẽ fere de Transalpinis theologis affirmãdũ est, quorum doctrina tam uerax est, q̃ dialecticis arguta acuminibus siue si cõtra grecos sit in trigemina diuina natura de uerborum Grecorũ propietate disputandũ, nec hominibus Græcis credendũ sit, a quibus ita soleant flecti uerba contorte, ut sepe uno uerbo uelint res significari duas, nihil causæ esse uideatur, quin aut Hieronymus Donatus, aut Zenobius Assarolus, siue Scipio Carteromachus uocari debeant, qui Grecis maxime litteris abstrusa subtilitate pręstent. Similis est Iurisconsultorum accersendorum ratio, quemadmodũ si detur causarum noscendarum rerumq; iudicandarum locus, iure uideatur in concionem introducendus Iason, qui omniũ concessu sit iurispetorum Europeorum princeps: nec multo secus de Philippo Decio, Antonio Venafrano, Vincentio Perusino, Lodouico Tessira Matthęo Neruccio, & Hieronymo Ticinate affirmare licet, quorum est cognita iudicando & interpretando subtilitas, & scientia trita docendo: Par atq; eadẽ est ratio dinastas acciundi eos, quorũ est diu nobilitata fortuna, quo absolutius concio aut de Imperio abrogando, aut de Regno alteri adiudicando decernat, ut Innocentiũ Quartũ contra Federicũ Secundũ perduellionem fecisse legimus. Atq; etiam hi sępe introduci in concionem ex. S. C. solent, quibus nihil neq; a natura, neq; a doctrinæ progressu deest, quominus ad sũmos experiũdo & discendo perueniant. Idq; tũ fieri solere scimus, cũ disputatur de religionis colendę, deq; conficiẽdorum ratione sacrorum, ut hominũ genus discẽdo fiat in religione colẽda cautius, uelut ab Alexandro. ii. ferunt in Lateranensi concione institutũ: cum est de limitum propinquitate latũ: Quin etiam perspicuũ esse potest introduci debere eos, qui ad concionem aduentare solent, aut prouocandi studio, aut causa iuris recuperandi sui: ut nuper est apud duodecimuirale iudiciũ inter Beatricẽ Aragonem

& Pannonio℞ Regem de dotali pecunia disceptatū. Eadēq; ratione datur locus adeundi his, qui patroni, Recuperatores, Apparitores, a, Diplomatibus, Centumuiri, Cōpendiarii, Quatuoruiri libellionū, Plūbarii, Aerarii, Expiatoriiq; Scribæ nominantur: Quando scilicet Res in dubiū uenire potest, nequa sit conflata in ꝑscribendo aut in obsignando fraus: uidendūq; est ut ęqua tutaq; cōditione disceptet, quo cuiq; potestas sit aut alterius accusandi aut sui defendendi: Idq; tum maxime fieri commode potest, cū concionis edicto scrinarii Diplomatū Libello℞q; codices afferre iubent, quo præclare uidere liceat, utrū aliquid in obsignando aut in perscribendi ratione discrepet: siue sit aliquis exemptus ex postulatorio libello dies, in quo aperte sit facta alterius iactura iuris. Nec item minus intelligendum est, quę nam sit his poena a, lege constituta, qui cū Senatus edicto ad concionem uenturi sunt, minus ad diē præstitutā adsunt: In quo q̄dē decernēdū est Senatui cōcioniq; placere, uti qui minus ad tempus concioni adsint nō modo Pōtificio interdicto sautientur, sed etiam sacerdotio muniisq; abire iubeantur, ne quid mali contrahi queat procrastinatione aduentantiū. At uero si aliquo impediri uideantur, casu quominus eis sit ad concionē uenire licitum: quemadmodū si ex Pontificio ordine Angelus Tyburtinus, aut Simon Forocornelianus minus adessent ad accitum presto Senatū concionemq; iudicare atq; e, Re pu. ęstimare, his poenā muldāq; debere remitti, neq; his ꝓbro fraudiq; esse cēsere, ꝙ minus cōciōi ad diē ex Senatus edito adsint. Sed cū Senatus sit ī īterregno princeps Rei pu. administrandę constitutus, palam sit, sua maxime ītéresse primū curare, neq̄d cōtra legū pręscriptū ī cōcione decernatur, neue causa ambiundi aut licitādi detur: uelut siquis Senator diceret suffragato℞ generi pecuniam dedisse, quo Pont. Max. cōcionis nominatione legeret, nec esset limes aperte improbeq; spei constitutus: Eodemq; modo cauendū est, nequa excitetur in cōcione habenda contentio, quæ sit aut tempus prorogatura, aut perspicuū alitura malū: ut si in Constantiensi concione Benedictus Tertiusdecimus insititius Pontifex contentioso quorundam certamine defendatur, quo causa sit diffidēdi, aut interregni ducēdi lōgius: Itaq; iure est Calcedonēsis cōcionis edicto cautū, neq̄d tēporis per

Dist.xxxv.c. ad sede

Dist.xv.vi.c. ubi

Quādo sū. ad mittēdi litigantes .17.

Beatrix d̄ Aragonia

Quādo admittūtur q̄dā ratione officii .18.

De poena Epo℞ nō ueniētiū ad concilium.

Angel9 Eps Tyburtinus:

Simon Bonadies Eps Imolēn

Glo. ī dist.xviii. .c.si Eps:

De iu.iu.c. querelā.c.tua nos

De uitanda cōtētione in cōcilio

obuaricantium calliditatem in decernendo prorogetur . Atq; etiã idẽ est de coꝝ improbitate dicendũ , q pficere malitia conant̃ meditata ut certo hominũ generi p concionem abrogatoria lege noceat̃ : Vt memoriæ proditũ est ab his esse in Basiliensi concione factitatũ , a quibus est de Eugenii .iiii. sacerdotio abrogando latũ : nihiloq; minus fugienda est peruersa in decernendo & iudicando ratio : quod tum maxime dicunt fieri solere , cũ ad concionẽ prius prophana q̃ sacra incosiderata libertate deferunt̃ : ut si modo cõcio esset de Armenioꝝ perduellionatu cognitura, prius quispiã ad cõcionẽ referre de Regũ prerogatiua uellet , certamineq; ambitioso contenderet , utrũ ex . S . C . esset Hispanoꝝ an Britannoꝝ Regi ius antegrediẽdi dãdum , quin etiam maxime est in decernendo pellenda formido : Ex qua oriri soleat locus mali augendi , cum id metu impediente reticet̃ quod maxime sit Rei pu . obfutuꝝ . Vt si cõtra Federicũ Aenobarbum esset de fanoꝝ datione disceptandũ , causa quibusdam fuisse diceretur urgentis reticendi mali , ꝙ ualde sibi timendum putassent , ne uitæ discrimen adirent , si cum sententia damnari uiderentur sua :.

De uitanda mali quorũdã aduersantiũ Papæ

Eugenius .iiii.

Conci. Basiliẽse

De uitãda puersitate p mouẽtiũ causas:

De uitãdo metu in dicẽdo

Fed. Barbarussa

DE SCISMATE

A Tq; hoc loco pretereundú non est, quid sit de ea secessione iudicandú, qua Senatores a Pont. Max. repugnando desciscunt. In quo quidem intelligendú sit, id dissidium debere nominari, quo quispiam minus Pont. Max. recte imperanti paret: Nam si ab eo quędá iussa esse diceretur, quæ essen uel incolumitati nocitura animorum, uel in religionis perniciē eruptura, aut orbē perturbatura terrarū, facile tum iudicari potest, si minus ei a Senatu pareatur haud uetitú uideri debere dissidiú: uelut si patrú memoria a Pont. Max. affirmetur cuipiam esse Senatori iussum, ut fana uellet nundinari pa'á, nihil obstare diceretur, quin ei iusta causa esset ab assectatoria assiduitate secedendi. Atq; etiá nó omne id uideri debet uetitú secedendi crimen, quod obuaricandi tantú contentione fiat, sed quod sit pugnacissime dissidendo pertinax: nec.n. Alexandrinis téporibus Ascanius Sfortia Senator debere uidebatur maiestatis ac cersiri reus, proptereaq; téporis causa ab assectatoria uita secessisset cú in cęteris Pótifici pareret imperáti, repenteq; ad assectandú esset si p tépor procellá liceret, uade accepto rediturus: Siqdem eorum est pertinax secessio putanda, qui minus esse Pótifici parendú putát ab eoq; aspernando desciscunt, quandoquidē ab eo discedere, qui sit princeps Rei pu. regendę, nihil aliud sit, q̃ a capite seiugare membra, quod sit totius corporis tuendi & seruandi dux. Sed si causa incidat, ut quęrendú sit, quid inter perduellionatú & secessionē interesse uideat, sciendú quidē est, perduellionatú esse p uersum quoddá credendi genus, quod a rata fidei mensione desciscat, secessionē autē impudens esse malú Rei pu. discindēdę, quo soleat Senatus seiugari concors. Itaq; intelligendú est, ex his alteros opinari falsú, alteros, quanq̃ ex consignata traditione uiuant, haud tamen perinde ut credant, uiuere solere semper: ex quo nascatur compendiosum ad perduellionatú iter, quandoquidē apertú sit, neminē Senatorē posse diu abesse secedendo, qui minus nitat perduellionú cómentitia obuaricatione disputantú. Quocirca cú est

Quid sit scisma

Quando Car. nó incurrút scisma.

Quando est scisma.

Ascanius Sfortia Car.

Dist xxiii.c.non uos

Dist.xiii.c.hæc ē fides

Et.c.q̃ uetus

Dist.xii.c.non decet

De differētia īter hereticum & scismaticum.

Dist.xxiiii.c.īter heresim:

De poena Car. scimaticorum.

Q đ Car. scimatici primũ excomunicantur

Dist. xxiiii. c. i no mine dñi

.S. Thomas

De poena brachii secularis.

In. c. đ liguribus

In. c. quali

De moribus & natura scismaticorum

Quid debeant prouidere Car. circa scismaticos

Quomõ qdá possũt esse scismatici

Qui sũt uere scismatici

eiusmodi secedentiũ Senatorium generi irroganda mulcta, ne plus sit nascitur dissidendo litium, sciendum est .S.C. prçcautũ atq; prouisum esse, ut hi primum execraria sica saucientur, quo ut prçclare ait. D. Thomas, eo primum poenæ genere plectantur, quç sit probro consentanea futura suo, tantisper q; his impunitas alterius poene detur, quandiu spatium postliminii sordiumq; eluendarum sit: Q đ si ne id quidem profuturum uideatur, tum nullo modo est dubitã dum, quin patritiatu debeant abire cogi, quo sint fortunæ splen dore & Senatoria dignitate carituri: quç amissio uideatur tanq̃ lucis ereptio & mortis impẽdentis instar. At cum nihil est tan dem pertinacissimo Senatori loci, nequa sit grauiorum malorum oritura fax, prçtorio est iure poena irroganda, cum perspicuũ sit, in hoc hominum genere plectendo, Senatum debere probos imitari medicos, qui cum in morbis minus unum medicinæ genus opitulari sentiunt, repente alterum adibere solent, quo alterutro remedii genere pesti nascenti occursuri sint. Quæ. n. sunt his constituenda suppli cia, qui contentione seditiosa id quærunt ambiundo, quod sit publicæ cladis excitandç, & imperii euertendi semen: quare cum hoc sit seditiosorum Senatorum proprium, auide appetere, callide opi nari, speq; semper occulta moliri quid, ex quo causa sit ignis excitandi, non gratia, nõ metu a sperato bono dimoueri, sed ad om nem auram ingenia flectere & uersare sua, fingere uultus, seruire tẽ pori, superioribus malitiose blandiri, allicere pares, tenuiores deuin cire largiendo, temporisq; causa abalienatos placare, ueteres retinere amicos, parare nouos, prçterea adesse, urgere, excubare, q̃d uis deniq; usq; dum seditionis ratione pati, quoad consequantur, quod ambitiose cõcupitũ sit, ĩtelligendũ est Senatus esse de Rei pu. ĩcolumitate meditãtus, nec ab his deiicere oculos, nec usq̃ disceder lõ ge, quo his deẽ dissidii serẽdi ansa, ex qua sit euersio futura Rei pu. Sed queri maxime hoc loco potest, num oẽs hi seditiosi & diuulsi no minari debeant, qui, cum inter binos sit de Pontificatu disceptari cç ptum, cum sequantur ducem, qui minus sit legitimis comitiis dictus cuncti auctoritate Senatus, quem tamen rite factum esse opinentur: In quo quidem iudicandum est, eos iure putari debere diuulsos, qui ab eo uoluntaria animi optione desciscunt, de cuius minus sit

Pōtificatus iure dubitandum. Atq; etiā hi possunt iudicari secessisse qui cum Antipontifici dissidio distracti parent, ignoratione abutuntur sua, cum scire nolunt exquirendo, utrius sit dica æstimanda uerior, quominus ab errore absint: Municeps meus Institor Ticinas, cum ei summarium de uendendi prescriptione legerē, negauit se id audire uelle, quod minus iudicio secuturus esset: Quin etiā hoc idem his fraudi esse debet, qui pingui hebetiq; quadam ignora ratione excusari uolunt, cum inter binos solet disceptando ambigi, si minus sint in alterutrius iure exquirendo diligentes, quod quidem cum ab animi dimanet optione, dubitari non debet, quin sit probrū iudicandum, cum impudentissime negent, se exquirere posse, quod possint, aut palam nescire, quod sciant: Ex quo intelligi datur, eos magis diuulsos debere iudicari, qui sunt ingenii flore exusto rudes, q̄ qui mentis acumine & subtilitate præstant, cum eorum alteri consuescant uoluntaria quadam ignoratione labi, alteri ita sepe uideantur acumine decipi solere falso, ut coacti potius q̄ uoluntario animi motu cadant. Nec. n. aliud tot Philosophoꝝ genera in errorem induxisse credendum est, nisi q̄ nimio mentis acumine prestricti, multa interdum esse opinarentur uera, qua suapte essent natura falsa iudicanda. Nec item ob aliam causam censendū est, Ioannem Britannū, aut Hieronymū Boemū minus sententia opinata destitisse, nisi q̄ fallaci acumine decepti, id quod mente & cogitatione depixissent, probari posse credebant, ut uerum: At uero hi, qui cum est certaminis euentus anceps, nullum relinquunt locum exquirendi, quo intelligant, utrius ius sit estimandum certius, Antiponticiq; tātisper sūt fauendo hesuri, dū Pont. Max. legitimis comitiis sit Senatus nominatione factus, in nullā debēt eiusmodi in simulationem uocari criminis, quandoquidē apertū sit, minus id esse uoluntariū dicendū malū, satisq; intelligatur, haud quaq̄ liquere his, utrum uni plus, an tantundem alteri iuris sit: quod tum contingat oportet, cum ita æquo iure certatur, ut sit iudicare periculum, uter sit Pontifex putandus uerus: Quale id dissidii genus nostra memoria uideri potuit, quo acriter est ītcr Bartholomeū Barensē & Robertū Alobrogū de Pontificatus iure disceptatum, quod quidem ita fuit equa conditione anceps, ut diu homines, multumq; du

Qui sūt rursus scismatici.
De ignorantia ꝓcurata
.ff. de iu. fac. Igno. l.
De electione. c. ī potuit regula & c. quotiēs & c. scisma & dist. xxiii. c. religentes
De ignorā. crassā
Glo. ī. c. scisma
Quare magis sūt scismatici sīplices q̄ acuti.
Quare Philosophi ī errores inciderunt
Ioannes Vicleff
Hieronymus Hus
Qui excusant a scismate
Bartholomeus Barensis q Vrbanus sextus.

Robertus Alobroger q Clemens.vii.
Q đ tũ fuit scisma dubium
Qui excusant a scismate
De remediis cõtra scismas
Christophorus Leo Quintus.
Cõciliũ Pisanũ.
Angelus Corarius q Gregorius.xii.
Petrus Luna q Benedictus.xiii
Quid collegium decreuerit in ludificatione Gregorii & Benedicti:

bitarent, utri essent parituri tutius: Eademq; est culpæ depulsio, qua solet hominum teneri uulgus, qui cum careant doctrinæ ratione, sintq; in Rei pu. descriptione, alteri cõmissi iure, a quo præscribitur parendi modus, inscitia iuris in tanto dissidio nõ intelligunt, utram sit melius consectari partem, in quo tam est errati uenia, q̃ liberatio mulctę concedenda. Q đ si quæratur quomodo iri obuiã eiusmodi possit flammę orienti, sciendũ est, multiplex esse dissidii restinguendi genus, quo ex malis Res pu. emersura sit: Nam cum bini inter se de Pontificatu minus uideantur certare desituri, nec quicq̃ est de alterutrius iuris ratione certi, tum sciri debet, cum Rei pu. res permagna agatur, Senatus esse negocii curare, uti res ad interregnum redeat, comitiaq; habeãtur rite, quibus uterq; sacerdotio abire iubeatur, & Pontifex dicatur nouus: quo quidem remedii genere id dissidiũ restinctum ferunt, quo est inter Christophoꝝ & & Leonẽ Quintum de Pontificatus iure certatũ, quare in hac tẽpestatis caligine, & in hoc impedito Rei pu: tempore, iure dicimus ad curam pertinere Senatus, uti oecumenica euocetur concio in qua de amboꝝ Pontificatu abrogando quęratur, feraturq; ex auctoritate Senatus, uelint iubeant ue, Rei pu. conseruandæ causa & sacerdotio abire utrumq;, & Pontificem dici ex suffragatione Senatus, ut est in Pisana concione factũ. Nam cum inter Angelum & Petrum Lunam diu fuisset de Pontificatu acerba contentio magniq; tandem utriusq; interesse putarent, ut aut eorum regnaret alter, aut uterq; abire Pontificatu uellet, quo ius postea Senatui esset Pontificis noui legendi, cumq; Rei pu. causa ab utroq; esset quęsita gratię reconciliandæ ratio, ostendissetq; uterq; palam nihil se malle q̃ pacem, ob eamq; causam decreuissent in Ligures placere ueniri, quibus nihil esset aut tutius loci natura, aut maritima oportunitate commodius, quo inter se congressuri essent, ut de pace deq; modo ageretur in concordiam reducendi Senatus, cumq; eorum alter homo leniter innocens & timida ambitione lentus, certior esset factus, plagas contra se texi, & insidias parari clam, perfidiæ suspitione negaret, se aut in Ligures uenturum, aut cuiq̃ de iure commissurum suo, diceretq; in di-

ſcrimine dignitatis & uitæ,caute q̄ honeſte facere æſtimari malle, al ter homo Hiſpana calliditate uafer, & tam in diuturnis diſſidiis exercitatus, q̄ in Pontificatu retinendo ſtudioſus, auderet dictita re palam, ſe aut ſolum Pontificem futuꝝ, aut Rem pu. mundi ruina oppreſſuꝝ, cumq; Senatus pace deſperata periclitando intel lexiſſet, quid negocii triginta antea años eſſet in Re pu. diuulſione cõtractũ edixit e, Re pu. arbitrari eſſe,uti primo quoq; tẽpore Se natus cunctus labrone conueniret, quo locus eſſet de Re pu. conſu lendi, & ad cõcionem calandæ tribus: ex quo factum eſſe dicunt, ut Senatus iuſſu ſit ad legum pręſcriptũ diſceptari cæptum, quo ſci licet quęreretur, cum bini inter ſe de Põtificatu peſtifera cõtẽtione pugnarent, nec quicq̄ ſatis de utroꝝq; iure liqueret, utrũ Senatui ius eſſet, & concionis calandæ,& diei utriq; dicẽdę, ac Pontificis legendi noui, quo quandoq; quæreret modus diſſidii inueterati ex cidẽdi, diſcordiæq; obliuione delendæ, cumq; iam eſſet omnium ſentẽtia cognitum, & diſceptando patefactum, recte & ordine, atq; e, Re pu. uideri, uti in ea inuoluta ratione reꝝ,Senatui uni eſſet Pontificis legendi ius, tũ Senatus iuſſu cõcionẽ Piſanam indi ctã ferunt, in qua ſit cũ Sacerdotiũ utriq; abrogãtum,tũ legitimis comitiis Alexander quintus ex: S.C.factus, quo nihil temporis cauſa poſſet cogitari ſanius. Alterum uero genus eſt, quo cum res parum certa uideatur, ius cognoſcendæ cauſę eius iudicio ex S.C.permittitur, cuius ſit abſtinentia uſu periclitato cognita. Nihil eſt enim tam periculoſum putandum, q̄ eius dignitatis ſtatum quę ita ſit extimus honorum humanoꝝ limes, ut nihil ultra ſit opta re fas, eius iudicio contineri, qui poſſit aut moueri gratia, aut pe cunia oppugnatum iri. Idq; tum eſt magis metuendum, quo eſſe ſolent munera grandiora formidantis, qui cauſæ rimas pecu niæ præmunitione obſtruit, & quo iam uitium eſt in corrum pendo peruagatius: quotus enim quiſq; reperitur, qui crimi nis occultatione propoſita, minus pecunia in iudicando corrum patur: quod occultius munus uideri poteſt, q̄ nummaria in corrumpendo datio: cum pecunia neq; a uicto, neq; a uictore repoſcatur, quandoquidem perſpicuum ſit, coꝝ alteꝝ non audere, alterum repetere nolle,proptereaq; alter moueat ignominia

Diſputatio habi ti Florẽtię inter Theologos & Canoniſtas.

Solutio Doctorũ diſputantium Florentiæ

Alexãder.v.

De facilitate cor ruptionis p pe cunias

calumnię / quæ in repetendo notetur / alter non tam beneficii accepti memor / q̃ pręsenti fortunę splendore lætus / pecuniá dignitate pēset / Idem ꝑ est de doctrina dicendũ : nam cũ quispiá arbiter inter binos de sacerdotio maximo disceptantes ex .S.C. datur / qui magis fortunę potestate / q̃ doctrinę ratione pręstet / tũ sciri potest quęri solere in re iudicanda discrimen . Siquidem non obscuꝝ esse debet / eum qui sit iuris in cognoscendo rudis / illoꝝ maxime egere iudicio / in quibus sit iuris doctrina peritior / atqui cũ uerisimile existimandum sit / plures inter se diffidere solere sępius / & facilius plures pecunia corrumpi posse / cognoscendum est / eum debere ad iudicandum legi / cuius industria sit in causaꝝ genere cognoscendo nota / quiq; minus egeat doctrina aliorum / nec tanq̃ pica dictata aliena decantet . At cum exploratum est / inchoati diffidii finem nullum fore / Antipontificisq; est spes longinqua corrigendi / ac periculosa putatur tarditas / nec est remedio lento utendum / tum dubitari non debet / quin primo quoq; tempore a / Senatu sint contra eũ arma capiunda / & quin eatenus sit urgēdus bello / quoad uideatur a / diffidendo quieturus . Quæ enim iustior causa potest esse belli / q̃ ea / qua is domari cernitur / qui sit Rei pu . Iudicatus hostis : quid ęquius / q̃ id bellum esse uelle / ex quo sit cõmunis oritura pax : Quare cum suscipiēdum est bellum / uidendum est / quatenus sit belli ducibus aut principibus credendum his / qui se Senatui auxilia laturos spondent / nõ quin ex eo genere multi possint reperiri probi / quoꝝ fidei nihil derogandũ sit / sed quia hoc facilius credere q̃ experiri licet / nec est iudicare tutum nisi sit diu periclitãdo cognitũ : Siquidem principes multi potentiæ auiditate adducti / cũ maxime putent bellũ semper sibi expedire esse / usq; dum religionem fidei promissę colunt quoad sint locum imperii sui dilatandi nacti : cum autem hoc sit imperium appetentium naturæ proprium / ut uelint eos disiectum & euersum iri / qui sint potentiæ obstituri suæ / aperte cognosci potest / communi esse multoꝝ principum naturæ satum / ut semper crescenti Senatus potentiæ aduersari uelint / semperq; his soleat imperium displicere Senatus : Est n. bellũ Senatus cum ꝓfanoꝝ principũ genere naturale suscceptũ / quo nũq̃ inter se sint pugnare desituri / uel inuidia potentiæ / uel studio insito obtrectãdi /

Qualis eligi debeat arbiter

Quomõ suscipiēdum ē bellũ contra Antipapam

De prouidētia circa duces sęculares

Quomõ Car. debeãt credere ducibus secularibus.

Quaŕ principes aduersant́ Cardinalibus

Quare ē cõtētio inter principes sęculares & ecclesiasticos:

uel diffimilitudine disiuncta cultus / qua nihil sit ad animos a con iunctione auocandos ad amicitiamq; dirimendā acrius. Itaq; iure est hoc loco monendus Senatus / ut cū eiusmodi sunt arma sumen da / quantū sit cuiq; credendū & cōmittendum uideat / ne postea cū imperii mandati & perfidię alienę peniteat : Optimeq; est etiam casura res / cū opera dabitur / ut Antipontifex captū & comprehē sum iri possit / ut Burdino & Petro Corbario contigisse ferunt / idq; eueniet / si ita callide erit obstructa fraus / ut nequa effugia cauē ti pateāt : Quod quidem maxime / aut hospitū foederatorumq; auo/ catione / aut reconciliādę simulatione gratię / aut ī insidiis collocatio ne manus / uel cōstitutione colloquii / siue proditione intimorum / fie ri solere cernitur / ut quod minus sit ratio honesta perfectura / frau/ de & dolo occulto fiat : nec e n . aliud agitur / nisi ut insidiando cō primatur / & rerum euentus sęuus / & pestis nascitura mundi : Sed cum multa sint medicinæ genere inuenta diffidii causa delendi / tū nihil unq̄ est putatū eorum cōmonitione melius / quorum sit apud Antipōtifi cem auctoritas ualitura / uel imperii magnitudine / uel opinione iu / stitiæ / siue quorum sit coniuncta cum fortuna prudentia : quo sit au ctoritas in persuadendo maior.

Q d̄ Car. debēt esse cauti circa bellum

Q d̄ si fieri potest puidendū est ut capiatur Antipapa.

De mō capiendi Antipapæ

Quomō induci debeat p admo nitionē Antipa pa:

DE HAERESI.

SED NE QVOD Eiusmodi muneris prætermit/tatur genus / deinceps de Hæreseos peruersitate dicendum est / qua sæpe Res pu. disiectum iri po/test. Siquidem hæresis est pertinax opinatio & aduersa quędam affirmatio ab oecumenica eius ueri prę/scriptione credendi / quod uel in consignata decreta uel in fidei membra cadit / quæ sunt concionis iudicio aut . S . C . probata / Quocirca duplex est a / rata fidei mensione hominum desciscentum genus: quorum unum est eorum / qui ne tantulum quidem sunt suapte uoluntate credituri / qualis est Cylicū / Phrygum / Paphlagonum / Syrorum / aut Cappadonū iudicanda natio: alterū uero genus est eorum / qui quanq̄ minus negent Christum debere fateri Deum / minus tamen sunt penitus his hęsuri rebus / quæ . S . C . tradantur uere / cum ea consectari malint / ad quæ maxime soleant ingenio suopte rapi. Sed sciri hoc loco debet / ꝙ quāq̄ eiusmodi perduellionatus genus / cæteris criminibus possit uideri maius / proptereaq; ea rerum fundamenta conuellit / in quibus sit fidei constituta lux / necesse tamen esse / uarium hęreseos reperiri genus / quod ex aduentitio sit utile futurum: nec enim dubium esse potest / quin quo quippiam malitiosius aduersando appingitur / eo fiat refellendo lucidius / & quin occasio sit futura discendi: quis enim neget se iri in Arrii peruersa subtilitate refellenda doctum? quis / in impudentissimo Manichei mendacio excutiendo non discat? Aut quid uel Origenis in Celsum / uel Chrysostomi in Appollinarium / uel Nazanzeni in Iulianū / aut Methodii in Porphyrium / siue Augustini in Volusianum libri scripti utilitatis non afferunt? quid modo censendum est a / doctissimo homine Hieronymo Donato factum esse lucri in his octo de diuina dimanatione libris / in quibus eloquentiæ lumine Gręcaq; eruditione utens / nō desinat tā omnes hæreticoꝝ uerboꝝ tendiculas retexere / q̄ tortuosum peruertere modum disputandi / nequid insit occulti

Hæresis

Libri contra hæreticos

Origenes: Chrysostomus Gre. Názazēus Methodius / Eusebius Apollinaris Augustinus

Libri octo Hieronymi Donati de processione S.S.

in fucata probatione doli, ex quo causa sit ueri intelligendi secius: quid nos quæstus in eo Tetrateucho facturi sumus, in quo cum separatim est Medicinæ, Legum, & Philosophiæ explicanda disputatio, tum rursus enodandum latius, quicquid in Theologicum hypomnema cadit, nequa detur latebra falso, quæ sit iudicio offusura noctem: Sed sciri hoc loco potest sexcuplex esse oecumenici ueri genus, cui est iure credendum, ex quo unum id esse dicitur, quod uatum elogiis & commentariis continetur, alterum quod ex Duodecimuirum patefactione manat, tertium quod latum est oecumenicæ rogatione concionis, quartum quod sit .S. C. sanctum, quintum est, quod doctissimorum sanctissimorumq; sēt entia probatur, quo ex genere Athanasius, Basilius, Gregorius Nanzazenus, Hilarius, Theophilus, Gregorius Nicenus, Ambrosius, Augustinus, Ioannes Bizantius & qui sunt eius generis numerantur, qui a ueri iudicio nunq̄ digito discessere latius, sextum uero id nominatur, quod est his affini propinquitate coniunctum, uelut si modo, cum apertum sit, Iulium Saonensem Pont. Max. esse factum, quispiam affirmet Iulium Saonensem Pont. Max: iure debere dici, non sit dubitādū, quin id attineat ad oecumenici ueri genus, cum id ab eo affirmetur, quod minus negari queat, cum scilicet perspicuum sit, Iulium Saonensem legitimis comitiis Pont. Max. esse cuncti Senatus suffragatione factum, quod oecumenicum sit ex .S: C. uerum: Sed cum homines ad uaria possint labi genera credēdi, quibus occulet̄ falsū, uidendū est, q̄d sit in hoc maxime genere fugiendū, nequid a quoq̄ plus minus ue q̄ sit necesse dicat̄: In quo genere tum est perniciosum putandū dictū, quod est captioso mendacio & cōmentitia edictoꝝ munitione septum, quemadmodū siqs affirmet eos, qui Pontificii interdicti metu concionantem deserant execrationis debere uulnerari telo: aut si ab aliquo dicatur, ei Pontifici maximo, qui in summa sit uendendi libertate nequam, nullum ius orbis regendi dari: cuius simile est, cum temere probatur, aut minus eundem esse generis humani caput, aut Senatoria suffragia esse cacodæmonis inuenta astu, qui sit uitæ humanæ mimus, ut est Beomorum perduellionum generi

Liber quaternarius de Medicina, d̄ Legibus, d̄ Philosophia & d̄ Theologia

De ueritatibus catolici:

Veritas ex scriptura ueteris testamenti .1.

Veri. ex reuelatiōe Apl̄oꝝ .2.

Veri. ex sanctiōe conciliosꝝ .3.

Veri. ex sed̄ apostolica .4.

Veri. ex doctoribus probis ab Ecclesia .5.

Veri. ex his quæ sapiunt ueritatē catholicā .6:

Iulius Secūdus.

In .c. in nomine dn̄i

DE ARTICVLIS HæRETICIS

Articulus cōtra excomūicationem .1.

Ar: cō. Papā .2.

Alias ar. cō. Pa .3

Ar. cō. Cardi .4:

Articulus cōtra īdulgentias .5.
Iulius.ii.
Fabrica S.Petri

peruerse opinanti uisum : Eademq; est ratio iudicanda eorū, qui in
dulgendi munus tantidem negant ualiturū, quanti Senatus æstima
ri uelit, ut siqui eulabiam irrideant eorū, qui hoc sęculare auctora,
mentum emant, quod a, Iulio Secundo ex . S . C . datur, quo
. D . Petri delubrū, quod sit princeps orbis terrarū ara, magnificen

Ar.cō.Papā :6.

tius renouet pecunię suppeditatione fidentiū : siue si quispiā affirma
re audeat, uel eum Pon . Max . in hæreseos uolutari coeno, qui

Ar.cō.Car. :7.

uectigalia ex externo prędiarioue fructu capit, uel minus eos esse Se
natores, quorū est licentia in uiuendo liberior : Atq; eiusdem stul,

Ar.cō.Mēdicantes .8.

titiæ est etiam negare quicq̄ sine piaculo posse precariorū flaminum
generi largiri quid, aut affirmare . D . Dominicum uel . D . Frā
ciscum iure posse obiurgari, q̄ ab his sit Anipodetorum & Con,

Ar.cō. S. Dominicū& S.Frā.9

cionatorū priuatum institutū genus . Ex hoc numero est etiam il,
lud, in quo a, quibusdam confirmari solet homines probos Pont.
Max . iniussu concionari posse, cū ea se nauare suadendo sentiunt

Ar.cō.excomunicationē Pa.10

quę maxime sint hominū iuuatura mentes, ut quibusdam uisum fui
sse scimus, quo nihil esse potest in omni parendi ratione peruer,
sius : Nihiloq; consideratius dicitur morū rationem uimq; euanuis

Ar. cō.Eclīā :ii.

se Senatus, ex quo est uiuere temperate desitū, uel Pon : Max.
cosmiaria carere sica minusq; esse permissum, ut ei ius sit contra pro

Ar.cō. gladiū secularē Papæ .12

fanos arma capiundi, etiam si de iniuriis expostulandū uideat, aut
bona sint Iulia lege repetenda : At pergraue est, cū probatur,

Ar.cō.tēpla :13.

perinde fanum ac equile ad Deum precandum ualiturū, cuius orbis

Ar.cō.purgatorium 14

omnis delubrum esse dicatur & fanum, aut nullū affirmetur catar,
ticum īueniri ignem, quo expiabilium manium elui scelera concre,

Ar.cō.tēpla btē Virginis 15

ta queant : Transferturq; etiā illud foedius, quo quidam audaci im
pudentia negāt, Deæ Genitrici debere aras & templa statui, aut

Ar.cō. signum Crucis 16

rē diuinam oportere fieri, negantq; rursus cuipiam quicq̄ uel gabali
signum, uel aris adhibitum profuturū thus : Idemq; de uotiuis ce

Ar.cō. imagines ex uoto 17:

reis simulachris aut tabellis pictis dicendum putant, quibus se ho,
mines opinent uim tēpestatis & aduersos rerū effugisse casus : Sed

Ar.cō.diuinitatem Xp̄i: 18

illud nimirū est iudicandū turpe, quo affirmet Xp̄um, aut nominatio
ne arrogatū esse Deū, aut ita homini esse copulatū, ut Dei gnati di

Ar.cō.humanitatem Xp̄i . 19

cat domus, siue eū nō humano corpore cōstitisse, sed opinata soli
tū imaginatione cerni, nullūq;, eius omnino fuisse corpus, quod

ſub tactũ & oculoꝝ aſpectũ caderet: huic finitimũ id uideri poteſt/ quo quippiam affirmari ſolet / ut uerꝝ / quod minus tamen probari ratione / aut uade teſtante queat: uelut ſiquis modo dicat in annos centum deſituꝝ mundũ / quod quanq̃ euenire ad pręſcriptũ poſſit/ nullo tamen modo affirmari debet/ut uerũ / cũ affirmatio nulla que/at ratione niti / qua probetur id ita eſſe pro certo euentuꝝ. Quare danda eſt opera / ut. S. C. caueat / nequid a/ quoq̃ in urbe dicat impudenter / quod ſuſpectius ſit / aut recinendum uideatur: quod maxime ſolet ei litteroſoꝝ euenire feci / qui cum inaniſſimi pruden/tiæ & doctrinę ſint / quo ſapere uideant altius / ſẽper aliquid minus cõſiderate dicũt / quod ſit trãſlatione aut mutuãdo ſuſpectũ: Quos q̃s ferat/cũ uideat prius malitia q̃ doctrina augeri / prius nocere uelle q̃ poſſe/idq; eo eſt minus ferẽdũ / quo indoctius uideri poteſt eiuſmodi litteratoꝝ uulgus: quis eſt. n. ex eo numero / qui aut homouſion / proſopon / & ſynędion in diuinitate ĩtelligat / aut ſciat quid in coeli tum principatu theophania / agalma / aut paradigma ſit / ſiue in Ethica Theologia noſcat / quid inter hormen inter ſit & pathen? Ideoq; in urbe nulloꝝ uoces magis mihi ſtomachũ mouere ſolent/ q̃ coꝝ / q cũ in ſũma uerſentur egeſtate litteraꝝ / nec aliud in doctrina quicq̃ / præter q̃ unam aut alteram. M. Tullii paginam attige/rint / id maxime in hominũ conuentu efferunt / quod tam ſit tetrum occulto ueneno / q̃ tabidum affini uicinitate morbi / nec unq̃ laborãt quemadmodũ probent quod dicant / ſed quemadmodũ uideant poſ ſe remoto gloriari dicto / quaſi plus ingenii in eo inſit / quod ſit acuto diſtortum mendacio / q̃ quod ſit uero incorrupto rectũ / in quo q dem eiuſmodi litteratoꝝ genus ſemper dimidio redditur / q̃ erat ante perditius/quandoquidem animus ſui carnifex ſemper ſit mendacii reperti fautor / nec in altero decipiendo ſe falli blando errore ſen/tiat: Nihil eſt. n. abſurdius q̃ homines cutetenus doctrina tinctos in tanto Philoſophoꝝ pręſtantiumq; Theologoꝝ numero / quip/piam audere indigare ſubtilius / q̃ ab his ſit aut cognitum inquiren/do / aut intelligendo perceptum. Quotus enim ex politiorum litteratorum coetu quiſq; ita ſuapte eruditione comptus reperiri poteſt / q aut opinetur ſe poſſe quippiam eruere ex octo Alberti de Phiſica diſciplina libris? aut ſe credat ex Ioannis Scoti Theoria hauſtuꝝ

Articulus d̃ fine mundi. ..19.

Q d̃ cauẽdũ eſt ne ignorantes ĩ urbe loquãtur contra fidẽ

Contra ignorã/tes

Q d̃ eo minus lo qui debẽt ignorãtes quo min9 ſũt inſtructi in Theologia:

.M.Tullius

Quare ignorantes argumẽtãt contra fidem:

Albertus Magnus ĩ Phiſica: Io.Scotus in ſententiis

S. Tho. prima parte

Q đ ignorantes Theologię nō possūt refellere dicta doctorū

quicq̄ : siue quis est itē humaniorum litterarū peritior, qui se eius. D. Thomæ epitomes partē millesimā intellectum speret, in quo de usia diuina disputatur : Atqui si tanta apparet in his intelligendis diffi- cultas, quanto labor uideri debet in eorum scientia refellenda maior : cum natura sit prius, intelligere ante q̄ oppugnare uelle : num cēsen dum est, plus tribus litterulis intellectum quēq̄, q̄ ab his intellectū sit, quorum ętas est trita docendo, aut quibus semp est principatus in om ni disciplina datus : Quocirca cū nihil hoc hominū genere perdi tius reperiri queat & tetrius. S. est. C. curādum, ne semp urbs sit eiusmodi alitura monstra, quorum inuolucris uideat fidei obtendi lux: idq; fiet utilius, quo iustius urbs, ex omnibus ciuitatibus una Mi- crocosmos, ut Gręci dicunt, nominari potest, ex qua cunctis exē- plum ad imitādū patet. Sed incidit hoc loco contentio, num quis

Quomō qs potest seq doctorē suum

piā eū possit in opinando sequi, qui pluribus in disputando aduer- setur : In quo quidē in primis debent metiri Senatores, quid sit id de quo disputet, aut in quo sint eorum fundamenta iacta, in quorum altero uidendū esse putent, utrū res ad mores ad credendiq; modū an ad aliud quippiā attinere uideatur, quo in genere Dialecticorum Lē

Distinctio đ mō do sequendi.

mata, aut Diagrāmata, Schoenismataq; Geometriæ numerentur quorum probatio nihil fidei intersit, utrū scilicet in his quippiā queat uerum an falsum dici : At si res ad morum credendiq; modum pertine re dicat, tum est adhibenda distinctio, siquidem aut ea decreto cō signato traditur, aut minus. S. C. continetur. In quo intelligen dum sit, in his, quę minus fidei intersint & morum, homines sine pia culo posse cuiuis assentiri opinando : Sed si res ad utrūq; attineat, tum sciri debet, neminem ab eiusmodi abesse tabe, qui sit ei cre- dendo hęsurus, cuius minus sit probata opinatio : uelut siquis mo

Io. Landunus Marsilius Patauinus

do uelit uel Ioannē Landunū, aut Marsilium Patauinū sequi, quorum alter affirmet Imperatori dari Pont. Max. legendi ius, al ter nō plus. D. Petro potestatis q̄ reliquis Vndecimuiris fuisse di cat : At si res haud quaq̄ est ad fidei directa finem, minus sit pia- culi, alterius opinioni repugnare obsistendo, ut siqs neget binos li

Quōmō debēt considerari doctores

beros habuisse Mosen, quod minus fidei intersit finis : Itaq; cum eorum est pōderāda cōditio, quorum ferant dictata dissimilius, i quibus sit opus futurum litibus, uidendū est, num hi in aliquā suspitionem

possint eiusmodi uocari criminis, an ante aliquid simile dixerint, siue quid tale scripsisse iudicent, ex quo opinioni queat eorum comparari uita. Deinceps quibus cũ uixerint, uel qua sint sectæ doctrina insti tuti aut quemadmodũ instituti & morati sint, siue qui de his rumo res dissipent, quandoquidem nunq̃ soleat temere oriri rumor, quin aliquid subsit, ex quo fiat coniectura ueri, preterea num sint ad exco gitandũ ingeniosi uehementer, an leuiter ad argumentandũ prõpti, aut num soleant respondere incõstanter, uel consuescant quodcunq; occurrat sequi, quibus rebus declaret, quatenus eis credendũ sit: In quo si quędã contentio & collatio fiat, qui sint maxime seligen di primi, quos secuturi simus, neminem existimaturum puto, qui censeat eos potius esse sequẽdos, qui leuiter sint ad excogitandũ & opinandũ apti, q̃ eos, qui morum iudiciiq; pręstantia internoscant quid sit consectari melius, eosq; maxime sequant, qui diuorum fastis ascri buntur, a, quibus nunq̃ sit a, ueri iudicio aberratũ: quo peruersior est eorum putanda temeritas, qui cum tam magnũ in conspectu cer nant disceptantiũ diuorum coetũ, malint ĩ opinãdo Auerroim conse ctari ducem, ut qui cum setinũ & falernũ habeant, malint haurire de fece: cui pesti eo est a, Senatu occurrendum ocius, quo uehe mentior modo in Auditoriis usus increbruit Auerroeę disciplinæ se quendæ, quę sit quandoq; euersio futura fidei: Quid .n. intollera bilius esse debet, q̃ nostrates audire confirmãtes intelligentiam om nium iudicari existere oportere unam? quo quid aptius reperiri po test, quod magis non modo spem posterioris uitę, sed pręmium etiã & poenam tollat? aut liberiorẽ concedat licentiã peccandi? Quo circa non desino mirari Senatus patientiam in hac opinatione conuellenda lenti, cum & ea tantum hominum intersit curę, & facile queat ratione refelli, maximeq; probet eã ab Aristoteleo di cendi modo dissidere, nisi sit cũ eo Arabum genere disceptandum qui ita Aristotelem insulsum fuisse dicunt, ut nihil inter hominem interesse existimarit & trũcũ, hominũq; genus ea orbarit luce, cuius causa cętera dicant facta, quo nihil tam esse potest Aristotelis con stanti grauitati, & eius scribendi modo contrariũ, quod minus his plane bene exploratum esse potest, quibus nõ est uis uerborum Grecorum nota, aut nõ intelligunt uno uerbo gręco res significari plures, ex

Q̃d sequẽdi sũt doctores q excellunt iudicio & moribus

Errororum q se cũt Auerroym & deserunt catholicos.

Contra Auerroystas

Error de unitate intellectus

Q̃d opinio de unitate intellectus est contra Aristotelem

Cõtra Arabes.

Quare multi nõ intelligunt Aristotelem:

quo sępe ab insciis minus uerum secerni possit a falso, ut in Tetra teucho erit a nobis apertius differendū, in quo ostendet, quibus maxime soleant homines captionibus & effugiis deceptum iri, aut quo fallaci spectatu possit quibusdā album uideri atrum. Quare iure est .S.C. faciundum, quo Gymnasiarchis in auditoriis iubeat nequid loci uelint ei Auerrois esse parti, in qua probare uideat, intelligentiam omnium putari debere unā, cum perspicuum sit, quā to libentius homines sequantur acumen, q̃ adherescāt uero, aut q̃ id auide consectentur, in quo sit licentia proposita uoluptatum sine uenturę expectatione poenę. Quod quidem cum multis in locis tū maxime his proximis tribus ānis in Cortesiano noui, quo cum incredibilis litteratorum multitudo uisendi mei causa, ex Italia cuncta uenisset, ac semper fere inter nos de rerum maximarum studiis legitimus instituerer sermo, sępe interloquendum & disputādum sensi, multos ob id huic opinationi assentiri uelle, & cupere priuato orbari animo, quo esset eis impune peccare licitū, nec cotidie āgerent, uel metu futuri mali, uel poenę cogitatione impēdentis, quo nihil esse potest aut tam simile naturæ ferarū, aut tā ab hominum cōditione distans, qui sint ad Deum perfruendū & contemplandū facti: Sed permagni refert, cum res in disputationē cadit, ut quęrendum uideat, quot utrinq; inter se disceptantium numerari queant, in quo quidem ei est maxime adhęrescendū parti, quę est numero maior iudicanda, siquidem dubitari nō debet, quin id sit uerius iudiciū putandum, quod pluribus uisum iri cernit, q̃ quod sit cōmune cū paucis: eodemq; modo ea sunt rationū argumentorūq; genera expendēda, quibus sint iacta fundamenta opinantū, idq; fieri debere ratione probat, cum perspicuū sit, nec his rebus esse assentiendum subito, quarū sit obstructa difficultas, nec ab his esse desciscendū, quę intelligant uerę magis uideri posse q̃ falsę: uelut si modo quęratur, utrū Deę Genitrici sit ulla originis inusta nota, & Marcus Senogalliēsis Senator probare uellet eam omnino eiusmodi expertē fuisse tabis, contraq; ex eodem ordine Bernardinus Caruaiallus eā originis obstringi nexu cōfirmare diceret, cognosciq; deberet, eius esse argumēta ęstimanda pluris, q dictata firmius ad .S.C. pręscriptū probare uideat: Nec itē ei debet negocii exhiberi qd, q inter sētētias cōtra

Q đ caueat p legē ne legatur locus Auerois de unitate intellectus

Quare multi se quant Auer.

Oppidum Cortesium .1510.

Q đ cōsiderari debet numerus doctorum contendentium inter se

De cōceptione Virginis

Marcus Saoneñ Car. Sēogalieñ

Bernardius Carnaiallus Car. S. Cru.

rias, quę sint testium auctoritate nixæ, id opinando sequat, quod propius existimet ad ueri iudiciū accessurum: Quemadmodū si modo Dominicus Grimānus Senator, putet illud Ioānis Scoti acrema propensius ad similitudinē ueritatis fore, quo affirmet Dei interfuisse cutis humanę operimento tegi, etiā si nō esset ab homine criminis quęsita pernicies, q̃ id quod a D. Thoma affirmatur, quo neget si minus esset sceleris cōcreta lues, hominē fuisse futurum Deum. At cum est de eo auditorum genere decernendū, qui sint suopte ingenii torpore rudiores, idq; habent ratū quod ab eo, quem sequuntur, confirmatū cernunt, nec ab eius sententia pręiudicata desciscunt, qua si id uideatur uerum pro certo iudicandū, quod ei sit scientissime expē denti uisum, intelligendū est, nihil in his detrahi solere de fide, nisi tamen priuatim ei sint opinioni assensuri, quæ sit. S. C. reie cta. Velut siqui .G. Occhan hominē egregie uersutum in opi nādo, sed in interpretando suspectū, in eo sequentur ducem, quo affirmet maius esse concionis oecumenicę q̃ Pontificis Romani ius: Quare uaria eiusmodi perduellionū genera numerari possunt. Nā primum quoddam genus est eorum, quos minus est ueritū, aliquid ex cogitare noui, quod sit a fidei pręscriptione auersum, quale est il lud occultorum sacrificulorum genus, a quibus est ad religionē adiecta uoluptas: alterum genus est eorum insanū & uecors, q aut minus crede re uolunt, aut de fide putant esse tanq̃ de re modo oriente dubitādū In eūq; numerum referēdi sunt, qui ea argumēta afferunt, quibus pbet uideri decreta consignata falsa, eumq; putari debere amētē q credat Senatū minus labi statuēdo posse: Nā Manfredus Neapolitanorum rex, qui est hostis a Senatu iudicatus, sępe palam dubitare ferebe tur, nullius se magis poenitere sententiæ, q̃ eius, qua crederet Se natū posse errare decernēdo: Nec ab his longe absunt, a quibus exploditur doctrina eorum, q sunt diuorum adscripti fastis: quin etiā hi sunt multo eiciendi turpius, q aliena dogmata iuuant acuminis accre tione sui: ut Ioānes Boemus fecisse dicitur, qui ad Ioānis Britā ni dogma triceuum mēbrorum genus adiecit ex suo, nequid esset mor bo nascenti defuturum.

Dominicus Grimānus Car. S. Marci

Io. Scotus

.S. Thomas

De auditoribus Theologorum

.G. Occhan

Fraticellorum error

Manfredus Rex Neapolitanorū

Ioānes Hus

LIBER TERTIVS

DE BEATITVDINE

S ED CVM OMNIA Sint ad eum finem referen, da, in quo sit extimum appetendorum constitutum, sciendum quidem est, qualis nam maxime sit uitæ humanæ limes. Itaq; cum perspicuum sit, id uarie ab hominum genere expeti, quod tanq̃ bonorum cumulatum uideatur quiddam, intelligi etiam debet, uarie eos inter se de bonorum extremo dissentire, siquidem multi, cum foelicitatem extremum bonorum esse arbitrentur, in eo putant esse sitam, quod sit affectionum impulsiurum motum, atqui cum opes maxime soleant animo imperare expetenti facile confirmant id in diuitiarũ affluentia uersari, quod uulgi consensu iudicetur bonorum humanorum optabilius: Quod quidem fieri nullo modo potest, nam cum sit duplex, ut diximus, diuitiarum genus, unum quod, a, natura, alterum quod ab arte gignatur, satis palam est, foelicitatem poni in neutro posse. Siquidem id, quod a, natura dimanat, ea ratione quęritur quo hominum generi detur uitæ alendæ facultas, non, quo in eo statuatur uitæ beatæ finis. Etenim cum foelicitas sit complexio absoluta bonorum, dubitari non debet, quin sit ex bono petenda nostro: atqui cum animus sit corpore in uiuendo prętantior, consentaneũ est, minus eam in affluentia poni debere opum, quæ corporea natura constant: Quid enim auorum memoria Hugolinus Pisanus poterat uideri foelix? qui quanq̃ Croesus Italorum uocaretur, haberetq; iugerum septingentorum agros, sic tamen in quotidiana seditione in cędiumq; assiduitate uersabatur, ut plus omnino iudicari posset, quod ei deesset, q̃ quod superesse uideretur boni: Idq; facile homo sapiens Marcus Antonius Placentinus declarasse dicitur: nam cum ei ludis saturnalibus ostenderet, equos, familiã, uestem, abundantiã rerum, ac ędium magnificarum opes, quęsissetq; ex eo, num quenq̃ nosset in Europa ditiorem, respondisse fertur, se nunq̃ fortunatiorem uidisse locupletem, sed qui magis haberet coniunctam cum angore fortunam, uidisse neminem. At uero id diuitiarum genus,

Q͞d multi credũt cõsistere beatitudinẽ ĩ diuitiis

Q͞d beatitudo nõ potest consistere in diuitiis:

Hugolinus Comes Pisanus

Q͞d nõ potest cõsistere in pecunia

quod ab arte dimanat, etiam si ad usum uitæ pertineat, quale est aurum, argentũ totaq; materia nummi, multo tamen distat ab extre mo longius, proptereaq; sit hominũ lege institutũ, qua dempta, ni hil sit monetariç rationi loci: Federicus quidẽ secundus bello Fauẽ tino, cũ ob Aerarii inopiã, minus posset septimestre stypendiũ mi liti pugnanti dare, byrseos dicitur obsignasse nũmos, qui tantidem quanti Augustales essent usq; eo ualituri, quoad esset Fauentinum confectum bellũ: Quod idem Venetos Achaico bello fecisse di cunt. Qđ si hoc quãdoq; factitatũ legimus, nun putandum est, id rursus minus licitum futurũ, minusq; licere monetariam antiquare legem, & nouã promulgare sanciendo, qua cuiq; sit cuiusuis generis utendi ius, quod tanti quanti nũmus ęstimari in permutando de beat? ex quo satis est signi, foelicitatem nullo modo in eo debere poni, quod minus sit futurũ obrogando pretiosum: Quid .n. foe licitatem afferre potest, quod queat ne afferat cauendo impediri? atq; etiam perspicuũ esse debet, id minus per se suppeditare corpo ri egenti posse, cũ palam exploratũ sit, multos pecuniis posse abũ dare profluenter, qui interdum tamen conficiantur fame: Quomo do .n. pecunia per se est, aut esurienti præbitura panem, aut potũ datura sitienti? Nam Ecelinus quidẽ Tyrannus in fuga opsonato ribus non secutis, cum carnos, cũ hippoperis pecunia refertis noc tiuagus peragraret solus, nec biduum in solitudine esuriens quicq̃ ci bi edisset usq̃, facile homo alias semper alieno magis q̃ bono suo fi dens, affirmauit se confiteri cogi, beatam non posse in mantica ge stari uitam. Quin etiã pecunia augentur turbidarũ affectionum mo tus: quis .n. non uidet eos, qui pecuniç magnitudine abundent, timore quotidiano angi, uel metu rapinç impendentis, uel formi dine furtorũ a suis? Baptista Zenus Senator homo pecuniç in li beralitatis ostentatione retinens, & qui semper quacunq; iter faceret ducenties mille in hippoperis secum ferre solere diceret, cũ ei qui dam negaret se tanta pecunia beatiorem uidisse quenq̃, respondisse dicitur, id perinde ut diceret debere putari uerũ, si esset eo metu amittendi liber, quo pecuniam ferre cogeretur secum, quç quo aui dius expeteretur a pluribus, eo esset custodienda & seruanda dili gentius. Sed in quem pecuniæ causa formido cadit, in eundem

Federicus .ii.

Qđ moneta est ad placitum Veneti

Qđ pecunia nõ iuuat in necessi tate.

Ecelinus Tyran nus:

Qđ pecũia mul tiplicat passio nem

Baptista Zenus Car .S. Mariæ in Porticu

necesse est etiam appetitio inmensa cadat : quomodo enim quis est id desiturus optare / quod nulla sit / ut ait / Aristoteles cir / cumscripta mensione definitũ :' an nõ multos cernimus / qui palã affirment / se usq; eo pecuniam quęsituros / quoad ad eas opes per ueniant quibus uiuere in liberalitate liceat / hisq; adeptis quærere so/ lere amplius :' eoq; esse in sumptu & largitione parciores / quo est pecunia quæsita maior :' At quę ibi foelicitas esse potest / ubi non est animi sedata appetitio :' quid peruersius q̃ ibi se quie/ tũ arbitrari fore / ubi nullus est finis sistendi constitutus :' idq; offẽ dit acrius / cũ est de pecuniaꝝ collatione deliberandũ cautius / quã do scilicet quęrendũ est in quos sumptus sint honestius aut utilius ꝓ/ fundendi nummi : Sigismundus Cęsar homo ingeniose liberalis / & qui uigeties signis collatis cum Turcarum genere pugnauit / cum noctu ei Quæstores Aerarii ex Pannonia quadraginta mi/ lia nummorum attulissent / quæ esset pecunia illis temporibus & omni ętate grandis / cũq; cęnatus cubitũ discedens prę cogitatione pecuniarũ collocandarũ minus arcte dormire posset / Dynastas per lecticularios Admissionales accersiri iussit / hisq; est eam pecuniã ex dodrante partitus / affirmans id cũ illis abire foras / quod causa esset somni interrũpendi sui : Nihiloq; etiã plus honos foelicitatis af fert : Nam cũ honos sit testis uirtutis opinatę / homines maxime honorari auent / quo appareant uirtute pręstare mentis / cui sit iure habẽdus honos / Atq; cũ honos statuat ad uirtutẽ / facile cognosci dat / minus in eo foelicitatẽ / sed in uirtutis usu esse sitã / ob quã hominũ generi decernatur honos : ex quo iure potest eorũ agnosci er ror / q̃ se ob eã rẽ beatos esse arbitrant / proptereaq; quottidie de/ duci & salutari soleant / sibiq; assurgi & decedi de uia cernant / cũ nõ intelligãt eos / q̃ ita honorari uelint / iure probos iudicari de / bere spectatu : ex quo est preclare Bessarionis Niceni exaudi / ta uox / q̃ affirmãti cuidam ob id maxime beatũ esse putandum eũ / proptereaq; nullius esset honoratior iudicanda dignitas / respon disse fert eos / q̃ foelicitatẽ honore metirent / spectatu uideri / nõ re iudicari debere foelices : qua . n . lętitia affici potest Senatoris ani mus in quotidiano honore uersans :' cũ dignitatis causa plus insit ĩ honore accipiẽdo q̃ ĩ habẽdo tedii : Ex eodẽ ordine patrũ memoria

Qd̃ appetitus pecuniæ est in infinitum.

Aristoteles

Qd̃ ibi non potest esse beatitudo ubi non sũt sedatę passiones

Sigismũdus Imperator

Qd̃ BEATITVDO Nõ POTEST cõSISTERE In HONORE.

De errore honoratorum

Bessarion Nicenus Car. Basilicę . xii . Apl'oꝝ

De fastidio in honore suscipiendo

Dominicus Ticinas Senator homo stomachosus erudite, cũ qdã ex assectatoribus suis in conuentu affirmaret beatos omnino iudicari oportere Senatores, qbus tantus esset quotidie decernẽdus honos rogauit eũ, num Senatorũ uellet honoratũ experiri fatũ. cumq; ille se uelle dixisset, adduci eũ iussit i salutatoriũ libris refertũ & auro fulgente stratũ, tũ delectos admissionales cõsistere iussit, qui nõ modo uellent ad cubicularii tintinnabuli adesse signũ, sed etiã introducere gradatim postulantes, admonereq; eũ iuberent, ne dignitatis grauitatisq; causa discederet usq̃, sed siquod daretur uacuũ ab interuentione tẽpus, id omne ad legendi studiũ cõferret, nequa hora alterutrius muneris uideret expers, cumq; ille nõ tam legendi q̃ audiendi assiduitate fessus, iam nec aurea Conopęa, nec lacunaria segmentata, nec cęlatũ argentũ, nec ministros quidẽ sericatos cerneret, sed qduis esse q̃ Senatorẽ mallet, rogauit tãdẽ, ut se abire iubere uellet ab illaq; honorata uita liberaret, affirmãs i personata fortuna seruos magis q̃ beatos esse Senatores: At nec gloria qdẽ uideri debet bonorũ optabilius, nã cũ gloria falsa esse possit, cũ quiuis in gloria queat uersari falso, proptereaq; homines possint in iudicando decipi, cũq; foelicitas sit uerũ generis humani bonũ, existimandũ est, minus gloriam esse posse appetendorũ finem: atq; etiam gloria eo est iudicãda minor, quo angustioribus solet terminari regionibus: Quod quidem patrum memoria satis declarasse dicit Federicus Vrbinas scientissimus rerũ bellicarũ Imperator, q post Volaterranũ confectũ bellũ dicentibus amicis nullius gloriam reperiri clariorem, qui id inquit esse potest, cũ nemo me in Hispania aut Gallia Brachata noscat, nec Noricũ nomen transcendat meũ: intelligiq; debeat Italiam ad Mundi collationẽ totius, punctũ esse in quo regnat & noscit: Verũ ut angusta, sic quoq; gloria solet esse breuis, nec uero dubitari potest, si hominũ uita cũ innumerabiliũ sęculorũ ęternitate comparetur, quin uideri debeat, uix ad unius anni attinere partem: quot enim ab hic annos mille, ingenio & uirtute pręstitisse credimus, quorum sunt extincta nomina, uel interitu memoriæ, uel hominum obliuione posterorũ: an est id putandum longius peruagaturum, aut duraturum diu, quod fortuita uolubilitate & casu

Dominicus Car. Papiensis

De seruitute honoratorum.

Q đ NON POTEST CONSISTERE In GLORIA

Federicus Dux Vrbini.

Q đ Gloria est breuis

impediri queat, ne diu mansurę sit? quis olim ex omni pręstantiss genere habitus est, Probo Imperatore clarior? a, quo ita omnis prope terrarum superatus est orbis, ut audere diceretur confirmare palam, breui fore, ut minus Rei pu. esset militũ scriptione opus Quis illustrior Diuo Aureliano fuit? ad cuius gloriam testifican dam ferunt .S.C. esse latum, ut eius imago in omnibus pingeretur ędibus, quo apud hominum nasciturum sobolem, eius simulachrum esset memoria uictura nominis, & glorię sempiternę testis. At cui est hodie ex hominum multitudine eorum auditũ nomen? quid usq̃ minus q̃ eorum statuę, arcus, gloriaeq; monimenta cernuntur? quae ad hominũ memoriam alendam extent? Atq; hoc debet esse usu explorato notum, nihil minus esse glorię splendore firmum, cum perspicuum sit, sępe eũ aut suopte euanescere uento, aut maioris obscurari interuentu lucis: Quinquaginta iam fere (ut a maioribus accepimus) numerantur anni, ex quo est Ladislai Regis, & Ioãnis Galeatii nomen celebrari desitum, cum ab hinc annos cẽtum in summo glorię splendore uersaretur, sed nihilo est hodie eorum q̃ turmalium ducum gloria uulgo notior: nihilq; minus q̃ eorum nomen auditur: At si fatendum uideatur gloriam uagari latius, ac in hominum memoria condi aliq; posse diu, concedendum tamen est minus eius percipi & compręhendi sensum: Ex quo est illud Pici Mirandulę laudandum iure, nam cum homo esset tam ingenii modestia in summo glorię flore uerecundus, q̃ in leuitate pellenda grauis, dixissetq; ei quidam iure cum unum e, multis uideri debere beatum, cuius fama iam esset in omnes disseminata gentes, eiusq; nomen constanti omnium sermone celebrari diceretur, quomodo inquit foelix esse possum, qui nec pręedicationem istam nominis, nec meas sentiam celebrari laudes: Nihiloq; beatior est eorum putanda uita, qui in imperii & potentię magnitudine uersantur, nam qui oppressos tenent seruitute populos, maximeq; uolunt dominari ui, uerisimile putandũ est, minus eorum potentiã diuturnã fore, quandoquidem quodcumq; nitatur ui, minus possit esse diuturnum. Quod cum sæpe alias, tum maxime est hoc proximo Gallico bello cognitum, in quo plures uidimus ex imperii fortuna cecidisse, q̃ domi remansisse dominantes: Deinceps confitendum est

Probus Imperator

Aurelianus imperator

Q đ gloria nõ ẽ stabilis

Ladislaus Neapolitanorum Rex

Io. Galeatius Vicecomes

.1510.

Q đ gloria non sentitur:

Picus Mirãdula

Q đ nõ potest cõsistere in potentia.

Q đ potẽtes sũt sępe mali

etiam in ſplendido potentiæ ſtato poſſe uerſari prauos. In quo erimus familia una contenti teſte. Quis .n. ab hinc ānos ſeptingētos eſt inuētus Federico Aenobarbo potentior: cōtra uero quis cędis & bellorum appetētior: quis .P.M.S.Q. ac Rei pu. hoſtis iudicatus acrior: q in Italiā inferret ſigna infeſta furens, liberos in ſeruitutē adduceret, ęraria exhauriret, fana uexaret, orbaret urbes, florem gremiūq; mundi incendiis & cæde uaſtaret, tantūq; quotidie moliretur mali, quantū homines poſſent in ſuas expectare fortunas. Quid Federico Secundo imperii poteſtate præſtantior, ad quē Parmam obſidentē, legatos ex omni Aphrica & Aſia cū donis ſalutatū ueniſſe ferunt: at contra quis in libidinū uoluptate tetrior: rapacior in egeſtate, in formidine ſęuior: q filium & uxorem uexando necarit, pręceptoreq; extrema ſenectute pereuntē celerius iuſſerit ui q̄ ſuo fato & naturæ neceſſitate mori: Quis item ex eadē familia Manfredo fuit uel regni opibus, uel hominū diſcordia maior: at qs libidinū Ariſtippea uoluptate cupidior: qs in immanitate crudelior: a quo Curradū Cęſarē fratrē ueneno in balanū iniecto necatum ferunt: Sed cum perſpicuū ſit, foelicitatem nihil poſſe praui admixtum pati, ſatis eſt argumenti, minus in his eſſe poſſe: qui ſint morum peruerſitate praui: quemadmodū nec in eo poteſt inmenſus eſſe candor, q nō ſit candidus natura uehementer: Atq; etiam cum foelicitas per ſe ſit abſolutio cumulata boni, neceſſe eſt, ut nihil ei deſit abſoluti, quo ſit hominū foelicitas æſtimanda manca: Sed cū apertū ſit, multa potētibus deeſſe poſſe, quibus fęlicitas ſolet fraudatum iri, facilis eſt coniectura, minus eam debere in imperii fortuna poni. Qui .n. Mathias Pannon cuiq̄ poterat uideri foelix: qui quanq̄ unus inter multos putaretur imperii poteſtate florere, magnitudineq; abundare opū, ſic tamen erat pedū incōmodo morbo pręceditus, ut ſemper, aut curuli aſſidere cogeretur, aut lectulo poſito recūberet ęger: an quenq̄ putandū eſt dici debere foelicē, qui ſit aliquo corporis membro captus, aut minus ingredi ſine haſtilis innixu queat: quis patrū memoria Philippū Vicecomitē iudicaſſet in tanto eſſe imperii ſplendore beatū, qui uehementer ophthalmia uexari diceretur: num abſoluta eſſe poteſt in oculorum cęcitate foelicitas: q naturę inuentu ſunt tam ad rerum genera ſecernenda, ad homi-

Federicus Barbaruſſa

Federicus .ii.

Manfredus Rex Neapolitanorū

Corradus Imperator.

Q̄d potētes poſſunt eſſe īfirmi

Matthias Rex Hungarorum.

Philippus Vicecomes Mediolanenſis.

nesq; se inter se noscendos, q̄ ad coelū intuendum dati: Aut cui auorum memoria nō poterat Martini Aragonū Regis fęlicitas uideri manca? quē ita tympanite obtursisse ferunt, ut nec moueri usq̄, nec uxorem attrectare posset, quo gignerent liberi, quibus esset hę reditas obuētura regni: Quin etiā cū ex fęlicitate nihil sit ad alios peruentum mali, contraq; ex imperii potestate multa sępe malorum genera soleāt in alienas dimanare fortunas, satis est signi, nullo modo esse eā in imperii fortuna sitā: Quid.n.damni ex importuna potentissimorum hominū cupiditate non oriri cernimus? quid his gallicis funestis temporibus nō uidimus, incēdiorum, cędium & rapinarum factū? aut quid non hodie ignis a principū genere excitari cernimus, quod nō ad orbis incendiū uideat, & ad Italię reseruari funus? Nec beatioris quidē uitę effectrix est corporis multitudo cōmodorum. Nā cū eiusmodi bonorum genus in ualitudine, robore, & pulchritudine uersetur, concedendum est, nullo modo his posse beatā explere uitā, siquidem cū hominis magis referat animi q̄ corporis pręstare bono, hominisq; animus q̄ corpus intersit magis, consentaneū est, ea iudicari debere hominis interiora bona, quæ ab animi pręstātia manāt: Qui.n.ob id potest foelix nominari quis, proptereaq; robore & agilitate excellat, maximeq; floreat uenustate formę? cū apertum sit, multos hominum multitudine pręstare cōmodorum, quorum sit hebetior in intelligēdo mens. L. Casca Rhegiensis auorum memoria fertur quatuor cubitorum fuisse & dodrantis, tantaq; mēbrorum confirmatione & pulchritudine præstitisse corporis, ut nemo illa ætate pulchrior iudicaret & fortior, Attamen ita fertur ingenii caruisse laude ut militari ioco cani diceretur palā, tam ferreū eius existere corpus, q̄ plūbeam esse mentē: Quod idem hisdē prope tēporibus dicunt Bucichalo Gallo Ligurum pretori cōtigisse, q quanq̄ esset corporis magnitudine cūctis illa ętate celsior, i eoq; uno esset numerus corporis bonorum ingens, sic tamen eius mētis acies ferebat hebeti desidia retundi, ut satius homines putarent eum nasci debuisse deformem: q̄ pulchrum esse cum tanto ingenii torpore natum: Eademq; ratione necessitas fateri cogit, his corporis commodis uitam effici nequire beatam, proptereaq; sint minus mansura diu. Nam cum humorum humanorum æqualitas sit coelo subiecta meanti,

Martinus Rex Aragonum

De pernitiosis tē poribus hodiernis .1510.

Q đ Nō CONSISTIT IN BONIS COrPORIS

Q đ multi habēt bona corporis, q nō habēt bona mētis

.L. Casca Rhegiensis.

Bucichalus Gallus

Q đ bona corporis sunt fragilia

facile propter aeris cibiq; uarietatem mutatũ iri potest: ex quo effici tur, ut sępe multũ soleat de sanitatis pulchritudinisq; ratione deperdi, uel imbecillitate membrorũ, uel corporis natura siccescentis: An nõ in quibusdam cernit᷑, qui tam corporis robore q̃ formę dignitate pręstent, sesquimestri amphimerino robur elidi, & nitorẽ mutari formę, sępeq; aut caluitium siccitate obrepere, aut humoris affluẽtia oriri solere canos: qui nuncii certi sint tã corporis languefacti, q̃ senectutis repente festinantis: Municeps meus Ticinas palestrita, sępe mihi dicit se ob trimestris hemitritęi uexatiõẽ ita lacertorũ & laterũ amisisse uires, ut nunq̃ se postea senserit ad luctãdũ aptũ: Quid de his dicã qui biennium aut triennium ęgrotando tabescunt, aut q̃ uertigine, epilepsia, phthiriasi, pneumatosi, hernia, lycæna, mẽtagra, & hoc gallico uexant᷑ morbo: quo nihil esse potest, aut pustulis ad aspectũ foedius, aut inerti angore odiosius: eodem accedit, ꝙ id cõmodorũ genus breui etiam ętate diminuit᷑: An non uidemus eos, qui his gallicis tẽporibus formosi uideri poterant, iam pulchritudinis amisisse florem: ac eos, qui tũ pueri uidebãtur, iã quasi maturitate tempestiua factos esse senes: quis ab hinc ãnos decem minus putasset Cęsaris Borgię Quirites Dynastas adolescẽtes esse iudicandos, uel corporis robore, uel florentis splendore ętatis: at quorũ unq̃ adolescentia senectuti obrepsit citius: aut in quibus tantũ est unq̃ de aspectus forma mutatum: Omitto hoc loco ea, quæ uel casu cęco, uel fortuita inuectione cadunt: quibus sępe solet hominũ afflictari corpus: quo ex genere incendia, ruinę, prolapsiones & tormenta numerant᷑: quis.n.nuper Hercule Estensi mẽbrorũ cõfirmatione pulchrior, aut grauior formæ dignitate fuit: cũ tamen solitũ esse ferunt ex uulnere in acie accepto claudicare ambulantẽ: Quis itẽ paulo ante.G.Fracassio Sanctoseuerinati, uel ualitudinis integritate, uel pulchritudinis specie, siue æquato robore pręstantior inueniri poterat: At ei ad Anienis pontem oppugnandum eunti ictu tormenti est inter genas & buccam transfixus uultus: quo quid potuit accidere homini bellica uirtute præstanti dirius: quid tam graue q̃ florentissimum Imperatorem eo canoro uocis priuari sono, qui sit classicum militum, tuba uictoriæ: Nec est etiam eorum uita casura foelicius, quæ in

Q đ parua & breuis febris tollit pulcritudinẽ & uires

Q đ bona corporis pdunt᷑ breui ętate

.1510.

Barones Cęsaris Borgię ducis Valentini

Q đ bona corporis amittũt᷑ malis fortuitis

Hercules Estẽn Dux Ferrarie.

G Fracassius Sãctoseuerinas

Q đ NON CŌSISTIT IN DELECTATIONE GVSTVS & TACTVS.

gustus & ueneris solet uolutari coeno. Etenim cum hæc uoluptatũ genera longe absint ab animi bono & prescriptione rationis, nullo modo sunt uitam effectura beatam: quid .n. foelicitatis potest afferre id, quod minus appetitionē sit delectando expletum: quis non cernit nunq̃ Glutonū satiari sensū, sed eo augeri epulãdo auidius, quo plus ab his est edendo liguritū: an non uidemus Romę

Q đ gulosi nũq̃ satiant:

lurchones, si prandendo ostrea tarentina edant, sabinos expetere cænando turdos, idemq; cras & perendie cupere solere semper: .L. Apollinaris Celta patrū memoria scriba Centūuir qui esset Apitio liguritior & helluo in edendo maior, cū rogaretur, quando nã tandem esset gulam irritare desiturus, quando inquit mihi erit pecunia defutura obsonanti. Atq; his etiam uoluptatibus cernit̃ maxime aciem hebetari mentis. Qui .n. fieri potest, ut qui sit tanq̃ bos saginæ uarietate fartus, ullo mentis usu præstare queat: cum satis palam sit, mentē sensus illigari nexu, quominus sit ad intelligendū prõpta: An putandum est aliam fuisse causam, cur aut uir animi magni .M. Antonius Augusto aduersanti cesserit, aut ab Alexandro sit maximarũ rerũ interruptus cursus, nisi q̃ alterius ita potationibus & escis mens de gradu esset deturbata suo, ut sobrio aduersario obsistere nequiret oppugnãti, alter ita sępe caleret mero, ut omnino illi imprudenti propter crudelitatem & furorem esset querenda pernicies: Nec .n. dubitari debet, quin mens intemperatior edacitate fiat, & quin ratio uideat̃ ebrietate quati, cū altera sit libidinis & incontinentię fornax, altera dicat̃ cerebri naturę uulneratrix, qua maxime ratio soleat oppressū & euersum iri: Eadẽq; reperitur libidinis intemperatæ ratio: siquidem satis cognitum esse puto, cum corpus cernit̃ frequentibus languefieri libidinibus, uehementer etiam quati & euerti mentē, quandoquidem corpus sit animi inquilini theca, quę languida cū elidat habitantē: Fas est .n. uidere, q̃ angusti ingenii iudicari queant, quorũ est libido in attrectãdo salax. At quid cuiq̃ potest euenire beatū ratione sublata & usu detracto mentis: Sed q̃d minus potest efficere beatū quenq̃, q̃ rerũ administratio publicarum: cum satis sit supra declaratum, nullum esse rerum publicarum duraturum genus, quod sit hominum solertia progrediente repertum, nihilq; absolutum habiturum, quo

.L. Apollinaris Gallus:

Q đ gulosi fiunt grossiores.

.M. Antonius Triumuir:

Alex. Magnus.

Q đ ratio hebetat̃ icõtinẽtia:

Q đ ratio hebetat̃ Luxuria

Q đ q sūt Luxuriosiores sunt grossiores.

Q đ NON CŌSISTIT IN ADMINISTRATIONE REI PV.

queat foelicitas expleri cumulate: ut facile ex his iudicare licet, quos Rei pu. preesse cernimus: q quanq̃ sæpe fructũ ferant ex præclare cura gubernandi, multa tamen in eorum fortuna patent, quæ sint periculorum genera allatura, aut p qbus inter se sint digladiaturi ciues, status cupiditate permutandi. Itaq; scite Laurentius Medices homo Rei pu. discriminũ impendentiũ gnarus, qui dicenti cuidam nihil eo uideri oportere beatius, proptereaq; Rem pu. administraret solus, recte id eum affirmatum respondit, si de ea foelicitate iudicaret, quæ uideri partim suauis, partim amara posset: At quid est de eo hominũ genere dicendũ, qui foelicitatem esse uolunt in scientiarum inspectione sitam, negantq; quicq̃ beatius euenire sapienti: Cũ his sit facile respondendũ, inspectionem principiorum transire nequire ueritatem, quibus omnis scientia continetur: cũ autẽ inspectionis principia, ut ait Aristoteles, sit sensibus necesse percipi, facile sequit̃ inspectionem nõ egredi notione sensuum, quod uero minus sensuũ cognitione exeat, nec foelicitatem quidem explere absoluendo posse: Quin etiã id minus esse debet ad beate uiuendũ satis, quod minus sit in fruendo perpetuũ, at quis doctrinarum inspectione queat totos teneri dies: quis ita quotidie meditando est a corpore seuocari solitus, qui non aliquid spacii ad res obeundas, uel ad uoluptatũ studia perfruenda sumat: cum est aut gerenda Res pu. aut aliquid ad corporis requiem concedendũ temporis, siue delectationis causa petendũ rus: Theodorus quidem Gaza, qui patrum memoria est totius Italię consensu princeps Philosophorum iudicatus, proptereaq; in eo esset sũmum doctrinarum studiũ cũ sũma eloquentiæ facultate coniunctum, Philosophiamq; uita q̃ uerbis sequeret̃ magis, cum postmeridianis horis uacationem ab opera occupata sumens, aucupandi studio teneri diceret̃, plagas inter exquilinas uepres & Anienis senticeta tendens, atq; id ex assectatoribus uituperaret quidam, q id temporis spatium in eam operam deberet ab homine docto teri, quæ esset hominum generi fructum paritura, quandoquidem sapienti nullum debeat subcisiuum superesse tempus, respondisse dicitur, nihil magis obstare, quominus esset uita beata sapientis, q̃ id, quo homini non liceret comtemplari semper. At si uerum quærimus, quis

Lau. Medices

Q đ Nõ CONSISTIT IN SCIENTIIS SPECVLATIVIS.

Q đ speculatio non potest esse continua

Theodorus Gaza.

Q đ homines possũt uti male scientia

Q đ i multis sciẽtiis possunt esse quędã falsa

Q đ Plato probat mundũ esse factũ

Q đ Aristo. negat mũdũ esse factum

Anaximanes

Pythagoras

Xenocrates

Zeno

Q đ CONSISTIT IN VISIONE DIVINA

Q đ foelicitas nõ potest habri sine operatione.

De duplici uirtute hominis

dubitet / quin homines scientiã uti peruerse possint : quis neget per duelliones usos doctrina inscribendo male / cũ ab his sit a / Sena / tu opinando descitũ / & captionũ prauitate discerptus & laceratus Deus : at cum nemini modus foelicitatis male utendæ detur / cõsentaneum est / minus in eo debere beatam collocari uitam / in quo sit optio utendi male : Eodemq; modo quis ignorat omni doctrinarũ generi aliquid semp admisceri falsi / & aliquid semper restare opinãdum / idq; maxime intelligi ex eo potest / ꝙ semp inter se cernimus dissidere sapientes / & id quod alteri placet / alteri uehementer displicere / & quod ab altero probetur / ab altero refelli palã / quis.n. non uidet Platoni placere exędificatũ esse & cõstructũ mundũ / & cõtra Aristotelem probare eum / nec ortu esse gentium / nec ulla ęternitate perituꝝ : aut quis non intelligit ab Anaximene aerem iudicari Deum / a / Pythagora Deum animã comeantem credi uniuersæ naturę fusam : uel quis non cernit Xenocrati animã numeꝝ / Zenoni autem uideri ignem / siue a / quibusdam negari turbidos motus inesse sapienti / & contra ab aliis affirmari / quosdam uirtute pręstare mentis / quoꝝ tamen sit animi turbata motio : Ex quo sciri det nihil efficere uitam beatã posse / quod non dum sit pro certo constitutũ / nec quicq̃ esse certũ / de quo sũma hominũ dissensione certet : quibus expositis confitendum est / extremũ bonoꝝ in nulla posse horum geneꝝ foelicitate poni / sed quodcunq; sit Philosophoꝝ cõmẽta sedulitas / id omne conditionis interiturę circunscribi calce / & deleto corpore / deleri etiã foelicitatis opinatę sensũ. Quocirca intelligendũ est / extremum & absolutum bonũ / spectatu diuinę naturæ contineri / idq; percipi ab hominũ intelligentia posse : Nam cũ foelicitas statuat expletio absoluta boni / cũq; intelligẽtia hominũ sit generis uniuersi boniq; absoluti capax / dubitari non debet / quin ea esse possit extimi apetendoꝝ compos . In quo tamen affirmandũ est / haud quaq̃ hominis foelicitatẽ sine muneris functione cõsequi / quę meritoꝝ genera nominent / quęq; a / uirtutũ habitu dimanare dicant / quatenus scilicet ex his orit recte fungendi modus : Sed cũ duplex sit hominum uirtus / una quę ad intelligentiã / altera quę ad mores pertinet / sciendum est / eaꝝ alterã / esse eã qua inteligentia contemplatrix absoluat ad iudicium secernendũ ueri / alterã eam uo

cari/qua animi cumulet appetitio/ quo obediens rationi fiat: cũ autem utraq; ab ea absit foelicitate / quę sit supra progredientẽ naturã sita/ necesse homini fuit quiddam supra naturę complexũ addi/ quo duceret ad extimum appetendorum finem : Itaq; non sine causa dicimus Theologicarum quædam dari genera uirtutum / quæ sint diuina patefactione nota/ quæq; a / morum intelligentiæq; uirtutum genere secernantur/ quandoquidem in promptu sit Theologicarum uirtutũ propositum esse Deum/ q est rerũ constitutus limes quatenus scilicet fines notionis humanę trãsit : Quo circa iure harũ uirtutum generi ea spiritus ãnectunt dona/ quę homini afflatu insunt: Nã cũ ut ait Aristoteles ĩ homine sit duplex initii genus/ unum quod interius/ alterũ quod externum cõstituit / sciendum est/ quodcumq; mouet / ad agitantẽ debere accomodari suum / quo queat apte moueri cõcitum / sed quo est altior in mouendo agitator / eo intelligendum est absolutius impulsum accomodari debere ad agitãtis motum quemadmodũ discipulos uidemus eo pręparari oportere aptius/quo est doctrina perdiscẽda celsior : ex quo intelligi licet ad parẽtis rerũ Dei agitantis motum / in homine quoddã esse debere genus absolutionũ altius / quę spiritus munera dicant / quę homini necessario ad foelicitatẽ dent / cum perspicuum sit / eum/ cui quippiã minus uirtutis absolutę insit / muniis uirtutis nequire fungi / nisi sit ab alio ad fungẽdum concitus: quemadmodũ luna / in qua minus sit lucis natura absoluta/ nõ nisi sole collustrata lucet : Quod cum ita sit intelligendum est / ꝙ quanq̃ homines suapte uirtute queãt multa indagare opinãdo / & criminũ generi repugnare aduersanti / haud tamen eos posse ex mẽte omnẽ euellere insaniã /& errorũ caliginẽ fugare insidentẽ : Ideoq; iure est primum intelligẽtię tributum munus / ut sit mentis certior in intelligendo obtutus : Nã cum multa abdita natura inuolucrisq; obducta lateant / cumq; mens circumscripta utat ad indagãdum uia / calceq; longius ascendẽdi habeat/ dubitari nõ attinet / quin ei sit supra progredientẽ naturã tribuendum quippiã / quo noscat ea intelligendo/ quę minus in mentẽ sine afflatu recipunt: hinc est illud sanctissimę foeminę .D. Caterinę Senensis scitũ:quę mẽtẽ seuocãs a / corpore cũ multa differendo ederet / quę essent supra mẽtis obtutũ sita/quęsitumq; nõnunq̃ esset ex ea / quo nã

DE VIRTVTIBVS Theologicis

Quare sunt datę uirtutes theologicæ

DE SEPTEM DONIS

Arist.ĩ capl'o de bona fortuna

De dono intellectus.

Ad qd sit datũ donũ ĩtellectus

.S.Caterina de Senis

numine, tam multa diuina funderet, fateri solere dicebat, ea nõ a ratione naturę, sed ex intelligẽtię dono hausta & tracta nasci. Sed qd est de scientię munere dicendũ? Nam cũ sit gratia q̃ natura absolutior, quis non intelligit gratiam nulli deesse loco, quo hominũ genus fiat natura absolutũ? quare cum homines natura sunt alicui assensuri uero, sciendũ est, eo bipertito in uero noscendo cumulari: siquidẽ & id percipiendo arripiunt, & ex eo ducunt certũ in secernendo iudiciũ: Itaq; ut intelligentia cumulatę sit fidei uero assensura necesse est, ut ea percipiat, quę sunt tradita & patefacta coelitus, quod quidem intelligentię intersit doni, & q; certũ iudiciũ cõsequat quo in credendo uera internoscat, a, falsis, quod ad scientię munus attinere dicat: Sed ut in intelligendo & secernendo sic, excolit in obsequendo mens, quod maxime fit munere adiecto metus: Quo modo. n. quis apte moueri ab agitante queat, nisi maxime impellenti subsit? aut quis bene consignatæ fidei prę scriptioni pareat, nisi impẽdentem pertimescat Deũ? Huic autem sapientiæ donũ finitimum & coniunctum est: Nam cum ut ait Aristoteles, sapientis intersit celsissimã contemplari causam, ex qua rerũ fiat cognitio cæterarũ, fatendũ est, cum rite posse nominari sapientem, cui sit causa celsissima nota contemplando, quod maxime fiat afflatu in mentem illabentis & concursantis Dei. Qui enim fieri poterat, ut. D. Thomas tam multa in tergemina diuina natura ostendenda traderet, nisi ei esset extrinsecus sapienti ętributum munus? Recteq; etiam huic generi cernimus consilii donum adiunctum iri, quod iure sit prudentiæ responsurum: Siquidem prudentia cum sit metatrix & decempeda rationis, maxime cumulari & absolui solet Dei admonitione consulentis: An non uidemus quosdam multa sępe afferre cõsulendo, quæ minus oriri queant ab indagantis percursione rationis? Oliuerius quidem Carrapha Senator homo tã probitatis q̃ consilii affluentia excellens, sæpę dicit, cum Senatus consulit, aut est de rerũ maximarũ optione differendũ, haud multũ laborare indagando, quid maxime cõsulturus sit, cum semper cernat nescioquem extrinsecus ei adesse cõsulenti, qui sibi themata disserenti dictet. Eademq; est pietatis & fortitudinis munerũ descriptio, in quorũ altero authori Deo ut parenti habet honos, in altero

De dono sciẽtię

Cur sit datũ donum scientiæ

De dono timoris

Cur sit datum donum timoris

De dono sapientiæ

Aristoteles pri. Methaphi.

S. Thomas

De dono cõsilii:

Cur si datum donũ cõsilii.

Oliuerius Carrapha Episcopus Hostiẽsis Car. Neapolitanus

De dono pietatis

De dono fortitudinis:

facultas det inchoatę conficiundę rei / & periculi fugiendi imminentis / quod sit supra progredientem rationem constitutũ / cũ palam apertũ sit / minus esse quandoq; hominis / ut absoluere queat inchoata / aut discrimina impendentia uitet : Quis . n . crederet me / qui hoꝝ libroꝝ conficiendoꝝ causa ab urbe absim / quem non lucrum non requies / non ludus / non somnus / non deniq; ætas ab hoc studiorum genere colendo auocarit / quæ non nunq̃ uoluptate pellectã conniuet / sępe ab his esse deductũ uel spe prope magnæ fortunę explorata / uel amicoꝝ commonitione abstrahentiũ : an censendũ est me / aut fortunę blandimentis obstare potuisse / aut minus fuisse / communi naturæ sensu commotum / nisi quiddam fuisset supra naturam progredientem satum / quo mihi daretur contra eam difficultatem firmitas / quæ uel ex opere diuturnitate / uel explendidę fortunæ interpellatione nascatur / aut nisi mihi alio admonente suasissem plus adepturum me / ex hoꝝ libroꝝ confectione boni / q̃ ex his habiturũ uoluptatis / quę omnium consensu cutetenus & spectatu iudicantur bona / & quibus sit quandoq; carere q̃ potiri abunde satius : Quod idem de periculoꝝ impendentium depulsione affirmandum est : cũ plane bene sit cognitum experiundi facultate / multoꝝ sæpe mentibus cõfidentiam spiritus allapsu feri / qua formido nocitura pellatur : Nec enim alia motione confidentię / quosdam legimus nunq̃ a / commentando aut scribendo discessisse metu periculorum imminentium / nisi ꝙ dei hortatu pollicentis nunq̃ euentuꝝ crederent / ut eoꝝ inchoatum esset opus perituꝝ : Nam Dominicus quidem Grimannus Senator / ingruentibus in Italiam Gallis / cum esset Theologicum hypomnema orsus / in quo aut ex inter se diffidentibus ueri exquireretur nota / aut eos in opinando se cerneret / qui uel in erroꝝ uersant prauitate / uel minus longe distãt a / uero / dixissetq; ei qdam / Gallici periculi causa / formidolosoq; Rei pu . tẽpore minus ei absoluere inchoata licituꝝ / opus fidentiũ respondit nulla impediri posse discriminũ interuentione humanorũ : Quo cognito sciendum est / his quoddam foelicitatũ annecti genus quaꝝ spe homines beate uiuant: ex quo genere primũ egestas numerat : Siquidem egestas triplex esse potest / una quę in humilitate / altera quæ in affectionũ depulsione turbidaꝝ / tertia quę externaꝝ reꝝ

De fragilitate & uertibilitate hominum sine dono.

Libri de Cardinalatu

De fragilitate hominum contra pericula sine dono

Dominicus Grimannus Car. tt. S. Marci

DE BEATITVDINIBus

De prima beatitudine

Beati pauperes spiritu

Quid sit humilitas

De humilitate .S Thomæ

De remotione affectuum

Lampridius Cremonensis

Bernardinus Caruaialllus Car. S. Crucis.

reiectione consistit/humilitas .n. est cognitio sui quę adhibet menti frenũ / ne supra naturã suã tollat̃ insolentius : nec sane id iniuria fit : cur .n. homines minus deiici & demitti debent / cũ in tanta aduersaꝶ obscuritate reꝶ / quibus tanq̃ tempestatũ turbinibus iactat̃ uita / nõ intelligant / utrum sint in coelum ituri / an in erebi descensuri sedẽ ? Itaq; cũ ab his minus agnoscat̃ / quo sibi ueniũdum sit / necesse est / ut in eos formido delabendi cadat / sed in quẽ cadit metus in eundẽ etiã animi demissio cadit / at cuius minus animi intersit demissio / nec eiusdem quidem superbię uentus interesse debet / ita fit / ut in quẽ nõ cadit animi superbia tumens / necesse sit / ut in eundẽ maxime gratia cadat. D. quidẽ Thomas / quo nemo propter probitatem & doctrinam fuit illa ętate honoratior / cũ Bononiæ a / flamine quodam Tyrone / qui eum minus de facie nosset rogaret̃ / ut quoniã opus esset quęsito / secũ uenire uellet petendo ostiatim / rogãti dicit̃ paruisse lubens / cumq; tum cęteri / qui eum cũ panaria mantica uidissent ambulantẽ / uehementer mirati essent / ꝙ homo id famę & doctrinę / usq; eo se abiecisset / ut minus eũ comitatus puderet & mãticę / an uos nescitis inquit gratiam animi demissione parari / & uerecundia peruersa deperdi / quandoquidẽ fieri non possit / quin eiusdẽ hominis sit / qui sordido negocio erubescat / honorato & uano gloriari / nec fieri possit / quin is amictu serico sumptuosoq; lętari uideat̃ / quẽ solent togę pudere obsoletę : At affectionũ depulsio cernit̃ / uoluntaria fieri motione mentis / sunt .n. multi / qui cũ pecunia egeãt / minusq; sint rebus contenti suis / egestatem ęgre optando ferunt / uimq; accusant fortunę / quasi graue sit palam esse egentes / ad foelicitatẽq; arbitrant̃ opus esse fortuna : Lampridius Cremonensis Grãmaticus hospes familię nostræ / nullos aiebat se ex hominũ genere mirari magis / q̃ eos / qui cũ pecunia egerent / semper tamen uiderẽt̃ ditibus esse lętiores : cõtra autem nõnulli sapientius utunt̃ in carendo patientia / cũ plus opum se arbitrent̃ adeptos / q̃ sit pręstãtię modestięq; priuatæ satis. Quidam etiã quanq̃ opum magnitudine abundent / haud tamen eas solent ęstimare tantidẽ / quanti ab hominũ uulgo fiant : Bernardinũ Caruaiallũ Senatorẽ ferunt / cũ esset ex eo quęsitũ / quomodo homini diti posset in coelũ patere iter / respondisse / si opum magnitudine tanq̃ bono uteret̃ abituro : At externaꝶ reꝶ reiectio ea fit ignita animi motione / qua ea exigua iudi/

cantur, quę cæteris uideantur magna, ut ab hinc ānos uiginti Ardicinū Aleriensem Senatorem conatū esse dicunt, quē abdicare se patritiatu ferunt & Oliuetariis sacris initiari uoluisse, quasi plus esset certi in expedita paupertate boni, q̄ uoluptatis in magno splendore fortunę: est.n.eius epistola ad Innocentiū Octauū scripta, in qua eū rogat, ut sibi ex.S.C.patritiatu abire liceat, quo queat, & Cęnobitariis initiari sacris & uiuere tāq̄ onere detracto expeditius: quo q̄d potest esse in tanta temporis ambitione maius? quid admirabilius q̄ reperiri quempiam ea carere dignitate uelle, quæ sit secundus hominū humanorū finis? Huic autem generi animi est coniuncta lenitas: siquidē is potest lenis nominari, qui nulla animi turbida perturbatione quatitur, nec iracundia moueť acrius: hinc est illa lenitas semper eadē, quā in.M.Barbo Senatore fuisse ferunt: Nota est eius ī iniuria suscepta uox: dicunt.n.cū eū coenantem Archimagirus contumeliosissime concidisset maledictis, cumq; ipse nihilo esset cōtumelia illata iracundior, ac si nihil audisset probri, cęteris ex familia iussisse palam, ut eum errantem obiurgare uellent, quo desineret esse in maledicendo procax, se.n.etiā si uellet irasci nequire criminanti: intelligebat.n.homo sapiens nec sibi fieri iniuriam posse, nec pati licere hominē maledicū impune criminari petulantius, ex quo deť cognosci eos, qui iniuriā placide & sedate ferant, iure dici oportere beatos: quod quidem ostendi ex iracundiæ malo potest, cum qua maxime pugnat hostis & inimica lenitas: siquidē ira est erumna ex delicto manans, rationiq; aduersans impudenter: Ideoq; uidemus iratos nō modo solere alteri, sed sibi etiam nocere crebro, ut multis legimus in ipso iracundię furore discissas esse uenas, multosq; sępe irascendo sopita quędā genera excitasse morborū. Carolus Neapolitanorū rex uir bellica disciplina pręstans, & qui e regibus multis floruisset unus, si potuisset sine iracundiæ exceptione laudari, cum filium audisset bello nauali captum, sic feruno animi motu iracundięq; acerbitate exarsit, ut prę ira scipionē arrosisse, & repente propter proditi imperii suspitionē nobilissimā urbē Neapolim inflāmare uoluisse, & sui negligens, eā epilepsiam excitasse dicať, qua sit in media rerū ingētiū fortuna mortuus. Sed si uerū quęrimus iure his luctus adiungiť, nam postea q̄ inopia est

Ardicinus della Porta Car. Alariensis

De.2.beatitudine.

Beati Mites

.M.Barbus Car. S.Marci

De ira:

Carolns primus Andegauensis

De.3.beatitudine

Beati q̄ lugent.

Fortuna contempta locupletior, & tranquillitas quęsita mētis, nihil fere quicq̃ usq̃ q̃flere & lugere restat. Quocirca triplex solet genus numerari luctus, unũ in quo uersat animi fletus scelera recensens sua, alterų in quo homines lugendo solent angi erumnis alienis: tertiũ in quo consueuit fleri beatę procrastinatio uitę, & foelicitas lugeri lenta. Qui.n.quisq̃ erit flere scelera sua desiturus? si intelligat homines crimina eluere flēdo, & ex cacodęmonis elabi solere ulnis? Pręclare ergo.D.Bonauentura Senator, qui cũ semel in larario esset auditus lamētari flens, quęrentibusq; suis, qd ei accidisset aduersi, quo ita se aflictaret acerbe: an ego inquit nõ debeam animi damnũ lamentari semper? Nã si est in opum lugendũ iactura, quarũ potest resarciri damnũ, quid est in animi uulnere faciendum, ex quo est poena nascitura sempiterna: huius autē uicinus est alienarũ erumnaų luctus: Quid.n.flere non libeat, cũ cernimus alios perire fame, alios morbo uexari, nõnullos penatibus pelli suis, quosdam falso alicuius postulari criminis, multos carceribus detineri, multos stirpe orbari, plerosq; partim opprimi ruina, partim flāma mori concidentes? quę.n.his gallicis temporibus ulla usq̃ reperitꝰ domus, quę fuerit eiusmodi calamitatũ & maloų expers? quis locus, quę ora, quę ciuitas ita longe ab erumnis abfuit, ut nõ senserit belli impetũ in hominũ cruore bacchātis? An cernimus per hos annos quantũ direptionũ cędis, incendii & rapinaų sit in Samnio in Brutiis, in Apulia, in Flaminia, in Vmbris, in Veis, & Transpadanis factũ? quis dubitet in tanta reų asperitate, in tanta uexatione tormentorũ, quin tum eeų esset fortuna iudicanda beatior qui calamitatis conspectũ uitarent morte, q̃ q superstites damna deplorarent? Quis est ita penitus cõmunis naturę sensus & humanitatis hostis, qui tum tot nobilissimoų hominũ, tot dynastarũ, tot regũ nõ sibi putauit aduersos rerũ lugendos casus? quis tũ fuit tam animo acerbo quisq̃, qui non sit aut Lodouici Sfortię carcere, aut Ferdinādi Secundi fato, siue Ascanii Senatoris morte cõmotus? quis nõ doluit his ita euenisse male? Pandulphus Petrucius homo in discriminũ frequentia lenis, nunq̃ dicit eorũ sibi uenire in mentē quin intimo sensu soleat eorum aduerso illachrymari fato? Q ꝺ si tantopere corporis damna lugenda putamus? quid censere debe

De triplici genere lugendi.

D.Bonauētura.

Q ꝺ lugenda sīt damna aliena

.1510.

Ferdinandus .ii.

Lo. Sfortia.

Ascanius Sfortia Car.

Pandulphus Petrutius Seneñ.

Q ꝺ homiēs magis lugēt dānũ animi q̃ corporis

mus in animi naufragio & iactura esse faciendū? An nō nobis usu uenire cernimus, ut magis eorum lugeamus damnū, q mentis acie q̄ qui obtutu orbant oculorum? & magis eorum erumna moueamur, q ani mi q̄ q corporis morbo cōtabescant? Nec. n. est quisq̄, qui in li berorum, aut propinquorum malo nō soleat lugere uehementius, cū po stulant furti, q̄ cū hemitritei tormento uexant: quam sententiā p bat illud Guillermi Narbonensis Senatoris uiri rerum usu & animi uir tute prudentis, q lamentanti cuidā mulieri filiū uexari Podagra ce pisse, quin inquit lugere deberes si in insaniā incidisset? Q d si hoc est cōmuni hominum naturę satū, ut uehementius animi q̄ corporis erumna moueamur aliena, quid censendū est, faciendū esse Senato ribus qbus est ratio animorum cōseruādorum data, orbisq; cura regendi, & quorum esse debet tenerrima ad alieni animi damnū lugendū mens Hinc Iulianus Cęsarinus Senator, huius Iuliani Senatoris, q nu per est mortuus, patruus magnus, cū ei ex. S. C. esset Imperiū mā datum Boemici perduellionatus persequendi, nullam dicitur esse in gressus urbē in qua nō palam soleret eorum flere & lamentari casum, a, quibus esset de fide descitū. At tum homines foelicitatis propin quitate anguntur, cum uerent, nequid accidat in uita grauius quo eam procrastinando amittant: Verum cū est alienum eluctum damnū quis ignorat ab homine iustitiā appeti debere cupide? affert. n. D. Spoletini Senatoris illud, q cū in Senatu iustitię cupiditate flagrare uideret acrius, quęsisset q; ex eo Paulus Secundus, quod nā esset causę, cur tum q̄ antea iustitię esset appetentior, quoniā inquit iam coeptū est mihi fieri ex morbo diuturno melius: Nā q magna ęgro tatione uexant, minus omnino esurire solent: Idemq; est fere mo dus miserendi, de quo a, nobis satis est supra disputatū: Atq; etiā huic generi est animi adiectus nitor: Qui quidē tripertito distribuit nam unus esse dicit, qui eam erroris caliginē a, mente pellit, quae noctē instituendo offundat: alter est quo cupiditas ab eo amore eluit cuius incendio iflāmata rapitur: tertius is nominatur, q ab animo me tū eiicere solet in hęrentem, quo peruerse liquescendo frangit: Sed ut in homine est nitor probandus, sic est cupiditas laudanda pacis. Quid est. n. tam salutare q̄ pax? qd in hac formidolosissimi tem poris procella tā esset auditu dulce, q̄ intelligere diffidētes certātesq;

Gullermus Tusculanēsis Car. Narbonensis alias Samalo 1510.

Quomō luctus alienorum ma lorum pertinet ad Cardinales.

Iulianus Caesari nus Car.

De. 4. beatitudīe Beati q sitiunt iu stitiam

D. Cardi: Spo letinus

Paulus. ii.

De. 5. beatitudīe Beati mundo corde

De triplici mun ditia

De pace

pro Italiæ imperio inter se reges, pace coniūgi? Quid aut uirtutum generi, aut maximarum rerum studiis pace utilius afferri potest? an censendum est, uel homines a criminum genere absfuturos, uel nos his libris quicq̄ utilitatis allaturos communi pace sublata? quotus est. n. tanta uirtute quisq̄ qui cum sentiat in hoc tanto casuum & rerum motu, urbes oppugnari, uastari agros, diripi bona, uexari fana, necari homines, uillas exuri, ac omnia deniq; obstrepi bello & clamore militum, cohibere animum, formidini & spei moderari, uincere turbidum temporis periculosi sensum, aut nō accendi & nō moueri queat, siue quid legere alienum, aut quid secum cōmentari liber? cū sit experiundo probatū omnia eiusmodi studia cadere solere de manibus, simul ac percrepuit classicum & tubarum sonus, aut spes est nouarum iniecta rerum, uel uictoria, uel clade aliorū: Atq; in hunc numerum etiam descriptio est referenda fructum, qui uirtutum munia dicantur, quæ a spiritus illapsu soleant tanq̄ a sermone diuino nasci. Quo circa constare debet homines sine his animi muniis uitam assequi nequire beatam quæ meritorum genera dicantur: Quo sane loco sciri debet, intelligentiam, cum erit ad Deum ascita contuendum ea contemplando congnituram, quæ minus ab ea percipi in uita possunt: Siquidem primum intelligit sub Dei nutu tanq̄ sub regis dominatu ordines coelitum naturæ seiunctæ statui, eosq; tripertito secerni: Nam quemadmodū in urbe cernimus, alios ad iudicandum, alios ad bellandum, alios ad artificum munera obeunda legi, sic coelites dicimus tripertito ad uaria munera fungenda decerni, eodemq; modo erit ei spectare licitū Deam Genitricem omnes coelitum præteruectam sedes diuinę sobolis ductu, & materni nominis dignitate honorari, eamq; pro hominum genere nunq̄ rogare desinentem, sed sępe, & iratū Deum obtestando flectere & imminentia aberruncare dira: Semperq; amore, gratia, & authoritate cōtendere, ut damnati liberentur, mortui uiuant, cum nunq̄ abnuere soleat matronæ præcationi Deus: De qua quide erit pluribus in tetrateucho dicendum, nec enim conuenit de eius sanctissimo munere recensere breuius, cuius nunq̄ est erga homines commutata uoluntas a cuius nutu sedes, foci, urbes

De utilitate pacis

Quomodo bellum perturbat studia

Q᷒ his operationibus acquiritur beatitudo

Q᷒ Beata Virgo est ingressa omnes ordines Angelorum

De p̄catione Beatę Virginis pro genere humāo

Q᷒ anima intelliget Trinitatē q̄ ītelliget q̄ Deus nō est corpus q̄ n̄ ē cōpositus. q̄ n̄ ē ī potentia.

secta, regna, ac tẽpla maneant in quo non potest prestari honos in gratia referenda par. Tum intelliget auctorem rerum Deum unũ & trinum ostendi, cumq; ut graeci dicunt asomaton esse & corporea natura uacare, nec ullo potentię deuinciri nexu, nec ulla esse coagmentatione concretum, cum quodcunq; potentia continetur, alicui sit herili naturae subiectum, nec itẽ eum, aduentitia pati, aut eiusesse naturae ullum materiae admixtum genus, aut naturam nanciſci ullam commutationis & motus, sed simplici cum naturae puritate constare, cumq; esse ęternum orsu & fine uacantem: tumq; perspiciet, qui eius ratione probitatis, ex hominum genere alii ueteramentarii sint, alii contra decernantur reges, aut cur modo Baizetus Turcarum Rex minus sit lotus piaculari aspersione laticis, & contra Maximilianus Caesar uehementer uideatur constanti credulitate fidens. Aut cur nuper Pius Tertius Senensis sexquimensẽ uixerit, & ex eadem urbe Alexander Tertius uicenos binos regnarit annos: uel cur unus inter multos Picus mirandula dicatur doctrinae ubertate praestitisse, contra cur tam multi e dynastarum genere reperiantur litterarum expertes & ingenio retuso rudes siue cur tandẽ sępe geminos sit uita & fortuna dispar, atq; etiã cur crebro multis improbis ignoscere solere uideatur, quos tamen intelligat nũq̃ uitia deserturos sua: Eademq; ratione cognoscet queadmodũ eius permissu soleat uariũ maloꝝ euenire genus, quod sit causa futura boni: ut si dicamus ob id coelites cecidisse reos quo proborum esset irritatio & uictoria constituta: aut si affirmemus ob eã rẽ in hominũ fidentiũ genere trucidando tormẽta esse permissa carnificũ ut caeteroꝝ fides esset in sperando certior: Quin etiã eodẽ modo intelliget, Dei potestatẽ nec terminatã uideri, nec uim eius esse circũscriptã, sed cuncta eundẽ nullo antegrediente moliri, ob eãq; causã eũ iubere suapte potestate posse, & solem retrorsũ gradi, & flumina cõtrario moueri cursu, & tũ humata hominũ corpora ad ĩtuẽdã lucẽ reuocari, tũ prędıtis gloria corporibus tabescibilẽ depelli luẽ. Quibus cognitis, quis dubitat, quin tum mens sit Deo hesura coniunctius? nec. n. uerendum est, ut opinionis errore quicq̃ ei anteponendum putet, ut est hominum in uiuendo mos: a, quibus sępe cernimus tam aurum aestimari solere q̃ Deum: aut quis non

ꝙ ñ patitur accidentia.
ꝙ ñ est materia.
ꝙ ñ est mutabilis nec mouetur.
ꝙ ĩte liget cur faciat alios reges alios sutores.
Cur alios fideles alios infideles.
Baizet9 Tur. rex Maximiliãus cę.
Alexander Tertius Senensis.
Pius .iii. Senẽsis
Picus Mirãdula
Cur De9 parcit q̃busdã peccato.
Quomõ Deus ordinat malum ad magnũ bonũ
ꝙ cas9 Angeloꝝ fuit ꝓpter exercitiũ & coronã iustorum
ꝙ malũ Martyꝝ ordinat i adiutoriũ spei fideliũ.
ꝙ ĩtelliget multa de potẽtia Dei, quę ď se est incognita hõini.
Quomõ aĩa cõiungit Deo

Quomõ aīa ĩtelliget mysteria Christi

uidet, quin tũ Christi sit arcana admiratura & intellectura: certius: quid est.n.tam admirabile q̃ Deũ carnis operimento tegi, quid tã iucundũ cognitu q̃ spectare lucidius & reuixisse, & in coelũ remigrasse Deũ: Idemq; est misericordię expendendę modus: quomodo.n.

Quomõ intelliget misericordiã in Deo.

mentẽ lętaturã credimus, cum intelliget, plus foelicitatis coelitũ generi fuisse datũ, q̃ crederent fas esse petere, aut sperando optare: uel si oculos ad humum referat, terrãq; cernat incolentes, cogitãdo noscat, quemadmodũ humano generi allucinanti pareat, nec semp

De misericordia Dei erga hõines

scelera hominum armis ulciscat̃ suis, q repente essent iure damnãdi: quotus.n.quisq; ita est facinoris cõtracti expers, q nihil se in uita fecisse sciat, pro quo minus se intelligat iustas datuꝝ Deo ulciscente poenas: aut quã alacritatẽ putamus mentẽ in eius iustitia cõtemplãda habituram, cũ perspiciet, quemadmodũ irati Dei ultoris ęqlibrio

Quomõ ĩteliget iustitiã in Deo:

De casu Dẽonũ

De gratia Angelorum.

De iustitia aduersus homines:

cacodęmonũ uexatio sit ęterna futura, & contra cęlitũ sit gratia mãsura sempiterna: ac quemadmodũ quibusdã multa cõsuescãt cõmoda fortunę dari, q minus tamen in coelũ migraturi sint & cõtra multis in uita soleat euenire male, quos tamen appareat minus a Deo cõtuendo arceri: Nec.n.cuiq̃ sano in mentem uenire debet, ut credat, auoꝝ memoria citius Federicũ.ii.q̃ Petrum Veronensẽ in

Federicus.ii.

.S.Petrus Martyr inqsitor.

coelestẽ euolasse locum, quanq̃ coꝝ alter ita esset omnibus fortunæ naturęq; refertus donis, ut nemo sit habitus ea ętate fortunatior, alter cũ in sũma uersat̃ egestate uitæ, nec ei quicq̃ fortunę splendoris euenisset unq̃, Quæstionarius sit ob perduellionatus delendi cupiditatẽ interfectus, cum tamen intelligat, coꝝ altero neminẽ fuisse nequiorẽ, altero nihil habitum esse religione sanctius: quæ sit iter in cęlum ascendendi: Quod cum ita sit, cui dubiũ esse potest qn mẽs

Quomõ intelliget libertatem suam

in coelo sit tãto futura liberior, quanto in uita abfuit a criminum inquinatione longius: an credẽdum nõ est, quanto minus in uita hominum genus, mercaturę, foenoris opum, & honoris cupiditate occupet̃, tanto futuꝝ esse in coelo liberius, quandoquidẽ cognosci debeat, homines quominus animi morbo & cupiditati parent, eo expeditius Deo parituros: Eodẽq; modo intelligendũ esset, utrum sit

Quomõ intelliget utrũ ĩdigeat lumine gloriæ

Vtrũ oculis corporeis uidebit Deum

Vtrũ ĩtelliget omnia in Deo

mens quoddã glorię lumen in Deo cernendo habitura, uel utꝝ corporis oculis sit perspectura Deum, an in eo intellectura, quæcunq; agat acturusue sit siue rursus utrum in eo eadem etiam ui-

etiā uisura sit ? quę cernere dicat̃ & ipse, nisi hæc essent ia, nobis alias explicanda cumulatius. Quocirca sciendū magis est hoc loco, triplex esse aduentitiū coronę genus, quod animis pro uictoria parta decernat̃. Nā cum hominū uita in terris sit bellicum quoddam cō militiū, quo quotidiana dimicatione pugnant, intelligendū est, ob tria uictoriarū genera in uita quęsitaꝝ, triplex etiā coronaꝝ decerni genus: Siquidē in eo bello, in quo castitas pręlium cū libidine in flāmata init, ea est mens iudicanda uictrix, quę maxime longe solet a libidinū abesse uoluptate: quale genus honoris multis tributū scimus, quibus puritas libidinosę cupiditatis expers, cum perpetua animi inductione carendi, inmortale fuit monumentū gloriæ. At ex eo genere prælioꝝ, quo contra hominū genus certat̃, id debet maximū uideri, in quo est asperrime oppetita nex & cruor in morte profusus cū perspicua in coelū perueniendi spe: quā quidem perferendi constantiā in multis fuisse legimus, quos uri secari & necari iuuit, & quibus est reddita corona pro morte: consentaneum est.n. coꝝ uictoriā coronę honore coniungi, q neer uicerunt: Sed ex eo dimicationis genere, quo contra cacodęmonū insidias assiduo bello pugnat̃, duplex solet uictoriæ genus oriri unum quo ab se quisq; repellit hostē, alteꝝ quo quis eum ab altero oppugnante arcet, quod quidē utrunq; cōcionando docendo & scribēdo fit, quibus maxime muneribus coronæ fructum reseruari cōuenit: quare si fiat disceptā do comparatio, cui nā ex his muneribus magis sit coronæ decernē dus honos, Senatoris est maxime cōtemplantis scire, ei prius debere pręmiū coronę persolui, quo homines iuuant̃ scribēdo diuturnius Ideoq; iure credendum est omnibus Senatoribus, q aut cōtra perduelliones aut de Re pu. uel de animi ęgritudine pellenda, siue de Dei natura scribendo & cōmentando disputarint, tertiū esse coronæ decretū genus, quod sit honos iustus sanctissimę actæ uitæ & gloriæ testis sempiternus. Q d si cuiq; est obuentura foelicitas, haud tamen scio an animi debeat, q̄ Senatorum generi euenire potius. Nam cum coꝝ uita sit in agendo & in bono collocata contē plandi, dubitari non conuenit quin ex ea q̄ ex cæterorum uita sit facilior ad foelicitatem uia, idq; maximę cognosci ex dispari uita principū cæterorumq; potest: Etenim licet uideri qui queat esse uita

DE AVREOLIS

De triplici genere aureolarum

De aureola Virginitatis

De aureola Martyrum

De aureola cōfessorum

Q d his maxime debet̃ Aureola q sunt in actu & exercēt actū doctrinæ.

Q d Cardinalibus scribētibus maxime debet̃ Aureola

Ratio quare Cardinales possunt cōsequi beatitudine

Comparatio uitę Cardinalium & aliorum principum

De tranquillitate uitæ Cardinalium

Q᷒ Car qa habẽt uitã actiuã & cõtẽplatiuã possunt conseq beatitudinem

beata eorum, qui foelicitatem sequantur ex fortuna orientem, cũ eorũ ferox & minax uultus, cũ oculorum incõstantia, cũ tacitus aspectus, cũ sęuus luridusq; color ostenditur, atq; hinc ignes, eculei, tortores hinc stipatorum gladiatorumq; spectantur greges, tum eorum iussu cernitur depeculari fana, diripi fortunas, tecta disturbari, tum miserimos uexari & afflictari ciues, & tum ostenditur quo cruciatu formidinis, aut quo animi dolore uiuant, cũ quotidianus mortis metus impendet cũ undiq; circunstat terror, cũ deniq; intelligitur, eos nõ esse nõ dormire, nõ ingredi sine insidiarum metu. An putandũ est in tã inquieto malo metuentium, aut maiora sperantium, aut nunq̃ optare desinentiũ, posse beatam iudicari uitam, aut ex ea ad foelicitatem ascẽsum fore? At contra quid Senatoria dignitate tutius? quid ocio operoso tranquillius? quid longius eorum uita distat ab iniuriis hominum, a bonorum direptione, a cruore, a furtis & cęde miserorum? ex quo intelligi par est, cũ Senatores pręter cęteros ĩ duplici bonorum genere uersentur, in quorũ altero terrarum tutela consistat, in altero sit sanatio constituta mentis, quę cognatio sit iter in coelũ ascendendi, sua referre putare, nihil magis esse in uita expetendũ, q̃ eo peruenire, quo uocentur, & quo uideantur tanq̃ ex imo ad altitudinis uenturi finem, qui sit mortalium æternitas, agnitio ueri, uita lętitiæ.

FINIS.

ℭ EXPOSITA Sunt ea Pont. Max. quę nobis ad Senatorium munus sunt attinere uisa. Nam cum natura soleat ex minus perfecto ad absolutum gradi, priusq; natura sit puerum esse q̃ uirum, iure nil aliud conati in Senatu ornando sumus, q̃ naturæ consectari ritum, quo ostenderetur Senatoris esse sapientis, scire gradatim sibi modum, sui instituendi, familiæ regendæ & Rei pu. administrandę dari, ex quo maxime fieret uelox in Coelum gradus. Quid.n. esse potest aut studiorum meorum rationi aptius, aut ad gratiam referendam maius, q̃ a, me suscipi Senatus hortandi & ornãdi curam, qui ab ineunte ętate sim in hac orbis terrarum luce uersatus, ac semper floream potentissimorum familiaritate Senatorum, quotidieq; in ea mihi, constanti omniũ sermone pateat altius ascendendi uia: Eodem accedit, q͂ cautio nostra fuit, ut ĩ his libris nõ modo esset Senatus ornãdi, sed etiam rursus politiorum & philosophorum excitãdorum locus. Nam cum eorum alterum genus appareat eruditiores conari aures habere q̃ mẽtes, alterum tanq̃ ignem minus in materia splẽdere sua, permagni æstimaui, ita utrumq; ammonere differendo, ut eorum alteros inermis elegantię & operosę ęgestatis, alteros superbię poeniteret arrogantis: Siquidem nescire uelle, quod sua maxime intersit scire, animi allucinantis est, & sibi nocere cupientis: & cõtra ornatũ aspernari suum, desidia impudens est a ritu naturę desciscens: Quę.n. dementia est, alteros comptos esse malle q̃ prudentes, alteros minus consectari uelle, quod deceat: cum perspicuum sit, alteris minus euenire posse, ut nesciãt quãtũ inter oleam, intersit & laurum, alteris minus in mentẽ uenire dubitari, quin sit stultitia putanda, aspernari solere, quod placeat: Siq dem habet hoc elegans in dicẽdo copia, ut reiecta etiã & repulsa placeat, retineatq; blandiendo fugientes: Itaq; ut differẽdo adderet, quod deerat utrisq;, magni sum in his libris interesse ratus, elegantiam cũ Philosophia cõiũgi, ut eorum alteri intelligant, quotenarum litterularum sint, qui sine neruis indicendo solent pictum ambitũ uerborum sequi, & aurium seruire uoluptati: alteri cernant, ab his magis obtineri debere, ut sileant, q̃ uelint cum tanto uerborum langore loqui: In quo quidem ita longe abest, ut ob hoc mihi succenseri putem, ut credam mihi potius utrosq; gratias habituros ultro: neq;

Q đ est ordo naturę primum se, postea familiã, demum Rem pu. regere.

De utiltiate redundanti ad humanistas & Philosophos

enim cuiq; quisq; amicior est, q̃ his ego sum omnibus : nec item quicq; homines solent audire libentius, q̃ id in quo se laudari cum exceptione cernunt, quo sint in labendo cautiores : Nam cum expromitur iudicium ueri, raro accipitur, atq; dicitur, a, sciente secus : nec detrahendi potius, q̃ notę ueritati datur, ita ut homines docti ęque repræhendi ac laudari uelint, cũ haud satius sit laudare quod probes, q̃ reticere quod damnes, quandoquidem hominis inuidi sit uitia silendo pati, & honorẽ non addere uirtuti suũ. Quare Pon. Max. cum hæc omnia scriptoꝶ genera tibi potissimum credant̃ uni, tuæ erunt partes, ut si in his libris quippiã sit dictum explicando secius, q̃ sit .S.C. permissum, & in quo uideat̃, aut retexendum quid, aut palinodia ineunda, id ita desecare & agglutinare diffidens, ut errati culpa mea uideat̃, laus sit tua correcti ⁖

¶Finis trium librorum de Cardinalatu ad Iulium Secundum Pont. Max. Per Paulum Cortesium Protonotarium Apostolicum, quos Symeon Nicolai Nardi Senensis alias Rufus Calchographus imprimebat in Castro Cortesio, Die decimaquinta Nouembris .M. CCCCCX. Pontificatus eiusdem .S.D.N. Papæ Iulii Anno Octauo ⁖

¶ LACTANTIVS CORTESIVS EQVES STVDIOSIS .S.

QVANTVM Cortesię genti litterę debeant/modestię nrę in pſens fuerit reticere quam doqdē palā ſit/ita illis ab Alexādro & Paulo fratribus ſuffragatū/ut aſylū eoſipſos fuiſſe doctrinarꝝ nulli negent. Ego aūt tametſi longo īteruallo ingenue diſtare me pdicem/qꝫ tamē ſubſcriptor ſaltem ꝑ uirili ſp fuerim/probabor. Quod cū alias perſępe fecerim/eo ſum animo/a me in posterꝝ ēt ut fiat. Nunc aūt Senatū Pauli fr̃is/opus cōſenſu eruditorꝝ exactiſſimū/cū ad publicā utilitatē edidiſſem/putaui qꝫ operępretium me factuꝝ/ſi ānotatiūculas haſce/ueluti appendices quaſdā/qbus qī gloſſematis illuſtrarer nexuiſſem. Nā cum quędā ab illo foeliciter ſint nouata/multa ēt ſplēdori ſuo de tenebris reſtituta/oīa ueto Romane & elegāter dcā/futurꝝ rebar/ne magnitudine ſua legi Paulus quiret ab omnibus/hac maxime tēpeſtate/qua Barbare potius q̄ Latine loq homines conſueſcunt/& magis in ſenticetis ināmbulare uolunt q̄ pomariis. Neqꝫ uero oīa ſū ſcrupulose & minutatim pſecutus/ſed ea tamen/q obſtruere iter/aut lectorē morari uiderēt ne & in minimis tedio eruditis/& in magnis eſſem diſpendio rudioribus. Volentibus igr̃ uiam feci/ita ut ad Romani arcē eloquii/nō iam ultra collabentē/ſed nuper a/Paulo ualide ſuffultam/peruenire ἀκωλύτως ut Gręce dicā ualeat/ac leniſſime. Geminiani Calendis Decembribus .M.D.X.

¶ INCIPIVNT Annotationes q̄dam in Libros Pauli Corteſii de Cardinalatu expoſitorie quarūdam dictionū/q difficiles intellectu uidebantur.

A

¶ Aduentantiū decēpeda. Decepēda ē ptica q̄ mēſurat terra/a/numero pedū dcā A/diplomatibus centumuir. A/eleganter pręponitur cum ablatiuo ut a/libellis a/ſecretis a/memoria

Aſtra Comata. A/Coma Cometes noſtri ſtellam crinitam uocant. De Cometis ui de Albertum in tertio Meteo.

Annaria debere lege. Ab anno/annarius unde lex annaria

Admiſſionales. Admiſſionales ab admitto/ſunt cubicularii qui introducūt ſalutātes. Vide Lāpridiū in uita Alex. Cęſaris

Anteloquiū. A/loquor/breuiloquiū/multiloquiū/ſtultiloquiū/ſoliloqū & āteloqū

Anadiplosim/Anadiploſis/reduplicatio latine: eſt enim congeminatio in ultima parte pręcedentis uerſus & prima ſeqntis

Acerra Thurribulum uulgo dicit/ē arcula ī qua thus repōi ſolet/quo Deo ſacrificat

Apathi latine impoſſibilitas/quę pertinet ad corpora Beatorum.

Aromitite/aroma gręci odoromatū uocāt unde arōatite/uulgo nūc Hippocras dicit

Anodyna medicamenta ſunt/quę leuationem doloris faciunt inducendo ſomnū.

Aduerſaria ſunt libri rationum/quę nunc uaccheras ſeu quinterniones uocant/uide Ciceronem pro Roſcio Comedo:

Ad aquam uirgineā/ Aqua uirginea erat ubi nūc Palatiū S. Apoſ. ſub Quirinali

Armamentarium eſt repoſitorium armorum/ex quo miror/qꝫ ī ſcalis palatinis īſcriptū ſit mūltio armorꝝ ꝑ armamētario

Auditorium locus ubi auditur/& hic accipitur pro loco audientię in domo

Auſcultatorii tubi/auſcultatorius .a.um. ab auſculto/quod ſignificat audio: Vide Cicero in Topicis

Auctionaria licitatione/auctio nomen ab augeo/& ponitur pro uenditione quę fit per accretionem pretii/unde auctionarius/a/um. uide Ciceronem in Rullum.

Anaglypticum atramentarium/anaglypta accipiunt nomē ab aſperitate/qa eminēt ī rebus cęlatis/uulgo Releuia dicunt.

Anteambulones/ab ambulo anteābulo/q honoris cauſa aliquem Cardinalem pręcedunt comitando.

Archiatri latine principes Medicorum, q & protomedici a Conciliatore dicuntur.
Abrogatoria, abrogatur & infirmatur & tollitur und abrogatorius, a, um. hic accipitur p lege q clericis beneficia adimit, si deliqrint
Auguralia metra, ab auguror augurium & auguralis, hic accipiuntur p urania Io. Pōt. quo uersu fecit ad similitudinē. Q. Malli
Apocrisaria ratione, apocrisarius dici pōt responsalis: nascit ab ἀποκρίνομαι, q est respondeo ἀπόκρισις responsum.
Anacephaleosis grece ἀνακεφαλαίωσις a nostris summaria & breuis recapitulatio
Ambrosia ficu, ficus greci sycos unde & sycosis morbus hic accipitur pro ficu, qui uulgo dicitur Brotiotus
Anatū aluta, aluta est pellis: uid Ce. l. iii. & Var. & Plautū hinc alutarius
Anacliterio xylino, anacliteriū ē genus accubiti, qd uul. Mataracius dicit & fit quādoq ex xylino idest ex Bambatio
Antilena uulgo pectorale dicit equorum
Atrophia gēus ē tabis, q corpus macrescere facit ad summa cutē: uid Ply. li. xxvi.
Arcera ab arca deducit, & significat plaustrū tectū undiq uide Alconiū & Gelliū in defensione Cecilii cōtra Fauorinum
Anonesia est fastidium siue nausea
Amphimerinon est febris quotidiana.
Antitheton ē obiectū uel contrapositū & figura cū contrariis opponūt contraria.
Aberūcatorio sacro, aberūcatur p trāslatiōē ē auertere, hic acipit p sacro depulsorio, qd .D. Gre. istituit ad auertēdā pestē: letania
Auledi sunt q nō possunt esse citharedi, uide Tulliū p murena
Adagii, adagiū ēdcū sul puerbiū tēpestiuū
Antilogia ē cōtradictio & cōtrarius sermo
Apocope aufert finē dictiōis, & dicit āputatio
Alicti uid Ply. in .x.
Atrebilis uid Arist. i plo. ubi i particula de cimanōa ab und loqt d ueritate atrebilis
Amphimaschala ab axillis dicta sūt, & hic accipiunt p illis uestibus uillosis, q sine manicis ex Hybernia afferunt
Attestalia a, testor compositū attestor, q ē testimōiū adduco, und & attestata & attestalia, q hic accipiūt p feriis martyrū q sūt testes.

Auriculariorum sunt medici q curant aures
artoptisiue artocopus pistor seu fcōr pānis
Archigrāmate, archigrāmatei sūt principes secretariorum, seu cancellariorum, hic accipitur pro Cancellario Parisino
Amussoria rogatio, hic sūit p le. d Re. Iu.
Apparitores erāt q magistratibus semp adrant ad iussa capessenda, q interdū tabellariorum officio fungebatur, hic summitur pro cursoribus palatinis
Adamas est lapis notus, uide Ply.
Amitini dnr q ex sorore & frē ppagantur.
Atellenę sunt fabulę natę ab Atella Oscorum urbe
Anachoritariis, anachorita eremita nominari pōt ἀπὸ τοῦ ἀναχωρέω .i. secedo qa q eremū colunt secedunt ab urbe
Agalma imago est & simulachrū
Annua uaticinia, uaticinia ānua hic sumūtur p illis iudiciis q astronomi nri tpis in calēdis Ianuarii singulis ānis efferr solent, ubi d pace bello morbis, & aliis rebus iudicatur & predicitur.
Anypodetos, anypodeti sūt undi peds & discalciati & hic accipiūt p fratribus .S. F. obseru.

B

Byrsea, byrsa est corium ac tergus, und Byrseas
Baptisterium est in quo quis lauatur & est quasi lauacrū: uide Ply. ad gallum.
Barbiti sunt instrumenta musica: uide Aristo. in .viii. polit.
Bombyx uermiculus est, q primo Bombylius, deinde Necydalus, postea Bōbyx nominatus ē, & est uermiculis q facit sericū
Balthei sunt zonę militares.
Bustuaria, bustum Ci. de leg. dicit esse tumbam uel monumentum: unde bustuaria hic accipiuntur pro cimiteriis.
Brephotrophium Hospitale puerorum expositorum: quale est illud Senense
Batilli, batillus est ad similitudinē palę
Byssinę, byssus ē genus lini subtilissimi: unde uestēs byssinę, hic accipitur tunica byssina pro Rocheto Cardinalium
Beryllum, beryllus lapis similis

rogando sed pallidus & tranlucidus
Boletis boletus é genus fungi, sed multum differt in quo genere fungorum numeretur, de quo alias.

C

Coctilitiá tabernã, taberna coctilitia p fornace calcaria & coctilitia accipit: uide Iuliũ capitolinũ in uita Pertinacis.
Colũ argentei, colus é instrumentũ nendi quod pensa cũ mẽbranea theca continet
Collimare est transuersis oculis sagittã uel iaculum ad signum dirigere: uide Ciceronem li. ii. de diuinatione
Compendiarii compendiũ accipit p breuitate: unde hic compendiarii accipiuntur pro abreuiatoribus cancellarię apostolicę
Clãdestina fana accipit p sinagogis Iudeorum
Catecheticas catechizo instruo doceo & erudio: hinc catecheticis.
Concionatorios cõmentarios, cõcio deducit a cio: hinc cõcionatorius: hic accipiũtur pro sermonalibus, quales sunt fratris Roberti, Rosarii & id genus.
Camillo thurifero, camillus puer q flamini ad sacrificia ministrabat: uide Festum.
Cathartico orco, cathartica sũt purgatoria hic accipit p purgatorio animarum.
Cęsitium cũ theca, cęsitium erat linteolus purus & candidus: hic accipit p corporali: quo sacerdos utitur in sacrificando
Catapocia dicunt pilulę ἀπὸ τοῦ καταπίνειν: quod est deuorare qa pilulę nõ edũtur, sed deuorantur
Comperẽdinatus cõperẽdinor ris. magis q̃ cõperedino, as. uid Tulliũ in Verrem actione tertia & significat in longum de die in diem differro.
Cochlearius pseudothyrus, pseudothyrus é quasi falsũ hostiũ & sumit pro posticor hic accipitur pro scalis posticariis quę uulgo limaces dicuntur.
Celle obsonarię, obsoniũ Gręca uox est, & est quicquid pręter panem & uinum addit cibo: hic accipitur obsonaria cella pro repositorio rerum pertinẽtiũ ad cõuiuiũ
Cellam argentariam accipitur pro repositorio uasorum ex argento: uulgo credẽtia dr
Corriuata aqua a, riuus riuo deriuo & corriuo: & hoc qa Lacum in Corteliano effodit: hoc est egerens humum pro aquam corriuatam in scrobibus, nouo cõmento
Cõmunicarlis ad quinquagenaria, cõmunicarius dies dicebat in quo cõmuniter omnibus diis sacrificabat: hic p traslatione accipit p festo oiuz sãctorum ad pentecostẽ: pẽtecoste. n. q̃nquagenaria dici potest
Conopeũ est genus tentorii linei uel lanei quod latine culiceũ dici potest, quodq; circa lectos dormitorios tendit: hic accipit p eo tẽtorio: quod uul. cubatio gallica dr
Cadurci cadurcũ é tẽtorii ganus quo ustitores ad tegẽdas merces p tẽtorio uti solẽt.
Clinidion lectulus dicitur: unde clinopodia pedes lecti: qui fulcra dicuntur
Capidula capitum capitis operculum a, capite uel a capio unde capidulum.
Cõquiscãt cõquisco é ut iq; Pris. caput iclio
Clitellę uul. Basti uocant uide Festum.
Carrabini cõpedes, cõpedes sũt uinculorũ genera: hic accipiũt p illis uinculis ex funibus, quibus iumenta ligantur: q̃ uulgo pastorię dicuntur.
Coespitatore coespes a coedo fit inde coespito, quod est coespitẽ offendo, und coespitatores eq, q sępe grãdiundo coespites aut lapidẽ offendũt. (uissimo
Cephalęa ẽ ęgritudo capitis cũ dolor gra,
Cacexię cacexia est secũda species tabis quę orit in longitudine morbi in qua corpora nulla iuuant refectione. (nuitatis
Carbasina tela, carbasus ẽ gẽus lini mir te,
Cassidem laruualem, laruualis cassis hic accipitur p operimẽto capitis & oris in quo ad modũ galeę, oculorum tantũ fenestrę relinquunt: uulgo papaficũ uocant
Calãticis calãtica ẽ opimẽtũ capitis mlriebr
Cucurbiticula a Cor. Celso sumit p uẽtosa q̃ sãguis emittit: Aethrusci copetulã uocãt
Colliriũ ẽ medicamẽtũ oculorum: uid Celsũ
Catascopus est q in scientiis speculatiuis & q in speculando uersat.
Catachrisis latine abusio dicitur
Cicindela uel cicindula est genus insectile

q̄ lucula uul. uocat̄/alii nitedulā dicūt.
Eqtis citi/eques citus hic accipitur pro caballario: uid Liuiū d cede Senatus Cāpāi
Cacosyntheta cacosyntheton ē dformis cōpositio & mala: nam cacos latīe modo malis modo dformis dr̄ σύνετον.n. cōpositū
Carduos honoratos/carduus satiuus men se principali adhibet̄ uulgo Carciophilū uocant a quibusdam carduopinea dicit̄.
Chironomia est lex manus uel gestus/a/χείρ manus νόμοσ lex
Calculariam peram/calculus cū multas habeat significationes/significat etiā latronem seu latrunculū/quē uulgo Scaccū uocāt: uid Sue. d tranq. uite & Quint. in. x.
Chrimatophylacii chrimatophylaciū est repositoriū pecunie luteum de quo extrahi nō potest nisi frāgat̄ uulgo Saluadenariū
Collatitia patefactione/confero habet uariam significationē/hic accipit̄ p simul ponere/qa A pl'i ediderūt Symbolū quasi simul ponendo & conferendo/Symbolum a/συμβάλλω confero
Conticinio conticiniū est primum noctis tēpus ī quo oīa qescēdi causa cōticescūt.
Curricula curriculum hic accipitur pro cursu: uide Ciceronē pro Rabirio perduel.
Conspiciliis cōspicilia sūt quę uulgo ocularia uocant̄/quanq̄ Festus dicit hebenum aptum ocularibus/quidam specilla dicūt
Chameleontē uide Plinium & Albertum.
Clinici sunt medici q curāt medicamentis
Circumpedes qui circum pedes eunt: uulgo stapherii uocantur: uide Ci. in uerrē.
Ceruicalibus ceruical est substentaculum ceruicis quo utuntur in lecto
Clibani clibanus nō dicit̄ uere furnus/sed quid simile de quo alias longus
Comitiale sacellū/hic sūm̄t p illa conclaui cella/ubi creat̄ Pont. Max. in palatio.
Cęnobitarii cęnobiū cōtuberniū dr̄: Inde cęnobitarii/& hic sumunt̄ pro monachis
Capitaria cauea uulgo merlina dicitur
Cataclysmo cataclysmus est inundatio
Chirographaria chirographa sūt quę quis prescripsit in fidem alicuius: uide Asconiū/hic accipit̄ pro cambio per litteras.
Catadromū est locus ubi deccurrit̄/κατάδρομέω.n. decurro significat hic accipitur pro curso Brauii.
Cornicularioꝝ cornicularius nomen est ordinis in militia
Crotalis crotalū est orbis ęreus cum pilula plūbea sonās/Gręce κρόταλον/uulgo Sonalium dicitur a sono
Cenodoxiam est inanis gloria.
Calearioꝝ calcarius a calce. & dicit̄ q calcē coqt/& qui preest fornaci calcarię.
Coronariis coronaria hic accipiūt̄ p feriis & diebus coronationis Pont. Max..
Conarii hic accipiunt̄ p artificibus ornamentoꝝ galeaꝝ militariū conus est.n. in quo cristę/e/pēnis auiū ponuntur: uulgo pinnachiū dicitur
Cussorii litterarii hic pro his sumūtur qui imprimunt libros a cudendo dicti
Chirotbesia manuū impositio dicitur
Chirothecę sunt manuū operimenta/nam chira Gręci manum uocant.
Cratrata fenestra hic accipit̄ p fenestra ferrea cancellata monialium quę uulgo etiā crata. i. dempta dicit̄.
Cenotaphiū ē sepulcrū ī quo nemo sit situs
Cadiscus est uas ī quo uota cōsulentiū aut decernentiū locant̄ Gręce καδίσκοσ
Cacodęmonis cacodęmon malus demon
Cosmiaria sica accipit̄ hic p gladio mūdano & tēporali Pont. Max. nā cosmos mūdus dr̄.

D

Dactylotheca Gręci anulum dactylion uocant/unde dactylotheca/quę est repositoriū gemmarum
Defrugatoria lege/defrugare est spoliare fructu & damnū frugibus infere hinc lex defrugatiora & notarii defrugatorii/qui notant damna data.
Ductario fune/a/duco ducto/ductito/ductus/ductim/ductile/& ductarius/funis ductarius dr̄ p orbiculos coclęe traiicitur
Discubitoria multa/accūbo/recūbo/& discūbo/hinc discubitus & discubitorius: hic accipit̄ pro poena/qua familiaribus

Car. p delicto interdicij ē cena uel prādio
Delibatorii a libo delibo prelibo prolibo unde libatio & libatorius: hic accipitur p cella ientatoria.
Doricum doria & dorica nomina sūt Achaiæ: unde cantus doricus est cantus grauis quo dorici utebantur
Dithyrambus est genus cantus ī honorem Bacchi & in musicis est tonus acutus.
Dactylicus latine dr̄ digitus ad cuius similitudinē metri pes uocaē q cōstat ex tribus syllabis ex pria lōga & duabus breuibus.
Dormito frequentatiuum & habent secundum multos diminutionem: sed Ciceronē de di. arte dicit dormitare
Dimita quę duabus liciis texiē sicut polymita quę multis & trimita quę tribus
Dyspepsia ē difficilis & mala cōcoctio quādo cibus nō coqē: nā pepsis coctio dicē.
Diphtera ē uestis pastoralis ex pellibus uulgo zamarra dr̄: qua Neapo. & Hispa. utūē
Dysenteria est morbus intestinorū.
Depsores sūt coriarii q pelles subigēdo reddūt molles: hoc uerbo utiē Ca. ī Re Ru.
Distichon est geminus uersus
Dynastę sūt domini q & barones: uide Ciceronē ad Atticum & Strabonem
Duodecimuirale iudicium hic sumiē p iuditio Rotę
Diplomatarius magistratus hic sumiē pro offitio secretariatus cū dicit a secretis
Duodecēuir Rotarius sumiē p auditoē rotę
Digrāma est Geometria adūbrata & designata.

E

Expirationes a spiro exhalo ab eo aspiro cōspiro inspiro interspiro prospiro suspiro respiro & expiro: unde expiratio quæ est exhalatio.
Eclipsis latine defectio dicitur inde ecliptiucus defectiuus ἐκλείπω deficio.
Esurialibus ab esurio esuries esuritio esurigo & esurialis: uid Pla. d feriis esurialibus
Epanalepsis replicatio & repetio
Euerriator est qui parentare defūcto debet ob hereditatem acceptam
Econcula econas uocant imagines eorū qui in certamine olympię pugnassent hic accipitur pro imagine Saluatoris q afferē ad osculum pacis in missa.
Erogatarii erogo distribuo & quasi rogatoribus distribuo: unde aptissime erogatarius hic accipiē p Elemosynario:
Ex ęraria formula: ęraria formula est instrumentum ī forma camerę apostolicę: quod habet executionem paratam.
Ephemeridem ephemeris liber in quo res gestę p singulos dies scribūē latine diariū dr̄: Proper. accipit p libro foeneratoris.
Epistyliū est Capitellū quod sup colūnam poniē: Nā ἐπὶ supra στῦλος colūnā q dā id esse dicūt quod uulgo architrabs dr̄
Expiatoria censura a pio expio qd est pur inde expiatorius hic accipiē pro eo magi go stratus genef qui diciē Vicarius Papę
Exotericon xotericum quod extrī seni est & pegrinum.
Endromis uestis hirsuta ē uillis lōgioribus mō hęc apud Neapoli. uocaē Gramaglia
Equilibus stationariis equile stabulum est equorū ut est apud Varronem: hic accipiuntur pro positis caballariorū quæ a Galeatio Sfortia inuentę dicuntur.
Epistomion est quo in fontibus aqua pluribus singulis emittitur
Exhęresimios exhęresimii dies sūt dies bisextales uide Ci. in quarta cōtra Verrem.
Empiricus ē medicus experimētatus ab ἐμπειρία quod est experimentum uide Cel.
Exegeticus dici potest narratorius
Epithetou interpretaē adiectū uel impositū ut luna frigida nox humida
Ethologia ē moris expressio ab ἔθος qd ē mos & λόγος ratio: inde ethologus & rectè dephedro q quandiu comedū agit nemo fuit auctor melior
Essedi essedū est uehiculi genus in Gallia primum repertum
Epiphora est morbus oculorū q uul lachrima diciē cū humor spissus oculos infestat ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν .i. īferēdo uid Pli.

Emblema librariũ/emblema est opus mi/
nutum / quod uermiculatim & segmen/
tatim fit / hic accipitur rectius pro eo
opere argentario quod Niella uocant:
Vide Ciceronem in Verrinis.
Enchiridion a manu dictũ ad manum prõ
ptũ/& est genus libelli parui/quod ἐγχει
ρί.i.manu possit contineri
Eulogicus est benedicens siue bñdictorius
Exanthemata sunt eruptiones pituitę:ui/
de Plinium & Cornelium Celsum.
Erithræi erithręus color ruber est.
Ex lex qui uiuit sine lege uel extra legem
hic accipit̃ ꝑ irregulari sacer. ul' mõacho
Ergata uid Victruuiũ/nũc Arganum dicit̃
Ephestris ẽ sagulũ/ qđ supinduit̃ armatis.
Ellegmata dicuntur cinctus in medicinis.
Ephippiũ est sella uel stratũ equoꝝ ornamẽ
tũ ἀπὸ τοῦ ἐφίκαι ἵππον Gręci equũ di
cunt:unde ephippiarii q faciũt ephippia
Aequilibrium est ęquatio librę.
Exilitius iudex est q ab utraqꝫ pale legitur.
Epitome sũmarium & breuiarium est.

F

Fratria uxor fratris/nam fratrię dicunt̃
quasi fratrum inter se uxores.
Frictorio forcipe a/frigo frixoriũ & fricto
rium/hic accipit̃ pro forcipę eucharistico
in quo pastillus azimus frigitur
Funarium est genus ludi paruę pilę: in quo
pila supra funem emittit̃:inuẽtũ a Gallis
Fabriles perę accipiunt̃ hic pro Ferrariis
manticis/quibus in itinere utimur.
Frigidariũ nomen indicat / in frigidario
frigida in tepidario tepida lauabantur.
Fimbrię sũt uestiũ extremitatesq nũc uirgu
lis distingunt̃ & sunt uirgulate / q uulgo
Bicheratę dicuntur.
Focalibus / focale est genus fasciæ circa
collum quo nunc more Germanico utũ
tur ad pellendam uim frigoris & calo/
ris: Vide Senec. inquest. Nat. Quint.
Fornicata uia/fornix est arcus i ędificiis &
cõcameratio/hic accipit̃ ꝑ illa uia conca
merata facta a Iulio.ii.Bramãte Archite
cto quę a palatio ad suburbanum ducit.
Fritillus est alueolus tesserarius lusorius:
Filicos panis filiceus a/filice / filix enim
genus est herbæ natę.
Fructuarius dicitur / cuius est fructus.
Fastis sũt li.i qbus festiuitatũ series expli/
cat̃/hic accipiunt̃ pro catalogis Sanctoꝝ.
Fasces numero pl'i accipiunt̃ ꝑ magistrati
bus & honoribus.

G

Gentilicia dedicatiõe/gẽtiles q ex eadẽ
familia sũt/& gẽtiliciũ sacerdotiũ dr:q đ
uul.ius patronatus in đ dedicatio gẽtilicia
Gurgustiũ ẽ ãgustũ dõicilii gẽus Ser. dicit
gurgustiũ obscurã esse tabernã & latentẽ
Gradatiõi areę/sũt spatia qetoria i schalis
q̃ fiũt rata distãtia:uul.dicũt̃ schalę fractę
Gausapina gausape est genus uestis grossio
ris utrinqꝫ uillos habens
Grypes sunt ex pennatoꝝ & quadrupedũ
genere/q i montibus hyperboreis nascũt̃
Gabalus apud ueteres est Crux siue pati/
bulum: Vide Nonium.
Genealogia ratio de ortu generationis.
Gaza significat bona possessa/ & aliquan/
do ęrarium/ & gaza est ciuitas.
Gralatores sunt q furculas altas habent &
his superstantes gradiendo pro cruribus
utuntur:uulgo Trampalatores dicuntur
Grãmatociphon ẽ q capite demisso scribit
i genibus hic accipiũt̃ ꝑ his scriptoribus
libelloꝝ q Rõę dicũt̃ copiistę supplicatiõũ
Gymnasiarches ludi magister' & rector in
Gymnasio.
Gynęcium est locus in ædibus solis mu/
lieribus datus ad habitandum: Vide
Victru.

H

Horaria ꝑcatione ab hora horarius: hic
aũt horaria ꝑcatio acipcit̃ ꝑ hora canoni
ca:uide extra de celeb.Missę.c.i.
Herilem pręcationem ab hero herilis: hic

accipitur pro Oratione Dominica'.
Hymnitę hymnus Grece ὕμνος lati. laus. aut canticum: unde hmnitę cantores
Helleborus uel helleboꝝ ē herbe gēus purgatorium, quę circa Helleborum fluuium nascitur in Anticyra
Hypodytis est uestis interior
Hemichlamyū dimidia chlamys dicitur.
Heteromaschala sūt uestes ex altera tātum parte uillosę, hic accipiunt̃ ꝑ eo genere uestis: qd Florētini Palādranum uocant.
Hippomachie hippos latine equus a quo uaria dducūt̃ hippomachia pugna eqstris
Harpastū genus ludi pilę ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν hoc est a rapiendo.
Hasta exterebrata: uulgo Cerbotana dr̃.
Hippiatri dicunt̃ equorum Medici
Hipperę sūt bulgę uiatorię: ui. Se. ad Lucillū d. M. Catone
Hypocaustū uaporarium dr̃: uulgo uocat̃ Germanico uerbo Stupha: quod est iuentum ad uaporanda cubicula
Hydrocephalea est morbus capitis, quādo humor īflat cutem.
Hypate est corda īstrumento musico grauior & maior cęteris. uide Boetium
Hyperboleon est corda quę superat acumine netas: uide Boetium.
Hyperbole est dictio quędam, fidem excedens augendi minuendi ne causa ut uelocior aura, testudine tardior.
Hypallage est uerboꝝ submutatio, ut dare uentos classibus, ꝑ classes uentis ab ὑπὸ sub ἀλλαγὴ mutatio
Hypodidascalus est ille q uulgo puerorum repetitor & pelagogus dr̃ ab ὑπὸ sub διδάσκαλος magister
Hyppocentauroꝝ fabulantur superius esse homines, īferuis esse equos: uide Diodo.
Henyę, de hyena uide Pli.
Homogalactici pueri collactanei dicunt̃
Herniarii sunt qui hernia curant
Hypopyrgiū locus est subterraneus ī turri. ex ὑπὸ & πύργος turris.
Honoraria gebalea sūmunt̃ hic ꝑ festo exaltationis. S. Crucis
Hydrargyꝝ ē pigmētī gēus loco argētī uiui
Harpagōica harpago & harpax īstrumētūcū pluribus uncinis: hic acci. ꝑ illis ūcinis, q bus pāni extēdūt̃: uul. Tiratorium uocant
Horarius liber hic acci. ꝑ Breuiario ꝑ hoꝝ.
Hypopodiō ē fulchrū & suppedaneū scānū
Homousion consubstantialis dicit̃
Hemitriteus est febris semitertiana
Hendecasyllabi sūt uersus q. xi. syllabis cōstāt
Hodoepericon itinerarium dr̃, ī quo notāt̃ itineꝝ loca & id genus.
Homoproton est cum similes casus exeunt uerba diuersa.

I

❡Intercentoriū a cano recino circuncino īcino ꝑcino pcino ꝓcino & ītercino: unū ītercētorius hic acci. ꝑ Graduali in missa
Itinerarię arę ab iter itinerarius, hic acci. ara itineraria ꝑ altari portatili quod ex priuilegio conceditur Cardinalibus
Interuersa īteruertere nō ē ut ferē oēs Grāmatici dicūt, callidē subripe, sed ē potius aliū de remoueř, ne ꝑueniat ad locū destinatū.
Interregis īterregnū dr̃ id tēpus, quo regnū Rege uac. i. anteq̄ inde mortui locum nouus Rex creat̃, & īterrex q īterea locū Regis tenet.
Iustitiū dr̃ quasi iuris statio.
Intestinarii sunt medici q curant intestina in quibus uaria morboꝝ genera nascunt̃.
Infibulatio fit ualitudinis causa est autem infibulař fibulam poneř: unde infibularii
Impostores sunt qui alios decipiendo uendunt falsas merces: inde impostura.
Initiarię ferię hic summunt̃ pro feriis, quę decernuntur ad ordinandos Clericos.
Ignitabulū est ignis receptaculum: hic accipit̃ ꝑ ignis receptaculo p forato tōsorio.

L

❡Lithiaseos lithiasis est calculus ī uesica.
Limitaneo bello, limitāeus a limite q ē ter

mīus ī agris & īdo dicit, qa eqtes Rhodii semp pugnant aduersus Turcas in limitibus orbis Christiani.
Legionariorum, legio a, delectu militum dcā ī de legionariis hic accipiunt legionarii p his peditibus: qui Bateliones uul. dicūt
Lucubratorio, a, lucubro, quod est uigilio lucubratorium
Liberatoria uēia a, libero liberatorius, hic liberatoria uenia accipit p dispensatione Pontificia quę liberat clericos
Longobardos, Politianus langobardos scribit, qdam lingobardo, a, lingonibus Germanię & Bardis Galliarum dicunt: und mutata. i. ī. o. Longobardiam.
Lepores marini: uide Pli. & Alb.
Leucophago, leucon, album, leucasmos, cādor, hinc & cibariū albū apte leucophagū dr: hic accipit p cibario albo catelaunico
Lupus ē int gūra ffnorum, q luparū qdā uoc.
Lipothymia ē defectio mediocris spirituū
Luxatio, luxo soluo: unde luxa seu luxata mēbra, quę suis locis mota & soluta sunt
Lithanicus potest dici petrinus uel petrosus a lithos quod est lapis.
Lēmatū, lēmata ē captu & sūma alicuius rei
Lecticulario, lecticularii medici hic accipiunt pro medicis adolescentibus, qui continue ęgro ad lectum, ad sunt & casus & euētus morbi referūt ad Protomedicū.
Luteria Parisii populi inter Celtas Luteriam habent Oppidum, quod Parisiēsis Episcopalis est.
Laciniario pedissequo, lacinię sunt in ueste partes extremę: inde laciniarius, & hic accipitur pro caudatario Cardinalis.
Libitinam aliquando pro exequiarum impensa ponit, aliquando pro sepeliendi munere: quod olim pertinebat ad Cardinales quod fuit institutum a, Marcello Pont. Max.
Licinię sunt in uestes partes extremę lacinatim cesę: uulgo dicunt incisę.
Ligones sunt rustica instrumenta ferrea.
Legionarii tribuni hic summuntur pro nouemuiris Florentinis: qui dicuntur nouem Baccalionem.
Libripendes, libripens est mensurator ad ponderandas pecunias. Vide Priscianus.
Lintearioriorum, lintearii sunt qui uestes lineas & telas uendunt
Locatarius est qui domum aut fundum in locationem conducit.
Lupanar, lupanar est locus meretricum, hoc est ubi lupantur meretrices & scortāt
Laurentalia hic accipiuntur pro feriis Sancti Laurentii.
Lanistico, lanistę qui familias exercent ad gladiaturam
Labyrintheo, labyrintus est locus angulis & itinerum reciprocatione inflexus & implexus ambagibus.
Leonarios a, leone leonarii sicut, a, Dracone draconarii: hic leonarii summuntur pro his qui ferunt signa Leonis, & sunt uexillarii in legionibus Florentinis
Laterariorum, laterarii sunt qui lateres in fornace coquunt.
Lanionum, lanii sunt macellarii a, laniando dicti quia lanient Arietes, Vitulos, Sues, Agnos.
Lucanica sunt isicia ex Suilla carne.
Longanones sunt genus farcimicus a, fartis intestinis, quę replentur multis rebus uelut Sale, Caseo, Carne, adipe sanguine & aromatibus.
Loricarii sūt qui faciunt loricas: nā uulgo lorica uerbo Germanico Panzeria dicitur
Labrone est Oppidum quod abest a, Pisis. xii. passuū milia: nunc Liuurnum dr.
Lycena est lupa & accipitur pro morbo qui dr morbus lupe corrodens carnes
Lararii, lararium est sacellum penetrale, quo solent contineri sacra, uelut imagines uestes uasa & id genus: hic accipitur pro sacristia: Vide Lampridium.

M

¶ Multaticia pecunia a, mulcta mulcto, mulctatio & multatitius

Munerali ambitu a / munere muneralis / unde lex muneralis quę est lata a / cincio / qua cauetur necui liceat munus accipere hic accipitur pro Simonia eleganter.
Matralia erant matris matutę festa : unde matralia pro feriis Virginis matris.
Meridiare / meridio uel meridior / qui dam dicunt cibum meridianum capio : sed eru ditiores pro sonno meridiano capio : uid Sueto. Corne. Cel. & Ci. de diuinatione.
Manulo / mani & manuli sunt equi pusilli quos & Buricos uocant / accipitur hic pro equililco Britano / qui uulgo dr̃ Vrbinus.
Musices partes sũt quatuor Harmonica Organica Rhythmetrica & crusmatica.
Melobosis dr̃ ab ouibus pascendis
Messorio Iustitio a / metendo messis inde messorius.
Mythologica centuria mtyhos latine fabula dr̃ : mythologia uero sermo & narratio fabularum / hic accipitur pro illo fabulari librolo. Boc quul. Cẽtũnouelle dicit̃
Metaplasmus est recti usitatiq; sermõis trãsmutatio in alterã speciẽ / causa ornatus metri aut necessitatis sũt eius species. xiiii
Mustela est quę uulgo Donnola dr̃ / qua utimur ad exthraẽdos Palumbos ex turribus
Machęrophorus eques / machęra latine gladius : machęrophorus gladium ferens / hic accipitur pro equite Sancti Iacobi / q gladium rufum acu ex panno pictum in ueste fert.
Metamorphosis transfiguratio & transformatio dr̃ μορφωσις enim mutatio dicit̃
Matrimęsũt q̃ habent adhuc uiuẽtẽ matrẽ
Mausolęum accipitur pro sepulcro pretioso & recte hic accipitur pro mole hadriani / que potest numerari inter miracula restantia orbis
Monetaria officina locus ubi cudit̃ moneta : uulgo zecca dicitur
Melio capitolino / meliũ est cingulũ ferreũ circa collũ : uulgo Gogna uocant.
Medimna siue medimnus genus est mensurę : Vide Ciceronem in Verrem
Monomachia est certamen singulare : uulgo dicitur digladiatio μόνος solus μαχία pugna.
Manduces effigies in pompa antiquorum ait Fes. iter cęteras ridiculas formidolosasq; ire solebant / hic accipit̃ pro effigie Camelopardalis.
Mimi sunt poemata sine pudore lasciuiẽ effingentia
Molitorũ / molitores dicuntur qui triticum moliunt : uulgo molinarii dicuntur.
Muliones sunt q mulos ducunt ad uecturã
Malagmata / malagma est tanq̃ emplastrũ quod mollit : Vide Celsum.
Melinũ / melinus color est pigmẽtũ cãdidũ quo utũt̃ mulieres ad albandam faciam
Myrotheciũ est unguentorũ repositorium
Monopodiũ ẽ genus mẽsę q̃ nitit̃ uno peđ
Microsmos paruus mũdus : nã plane uere urbs Roma dici potest paruus mundus.
Mantica est pera pecuniarum ; uulgo mantice Bisaccię dicuntur
Mentagra est morbus oriens in mẽto / qdã putant idem esse quod Gallicum genus morbi : sed experti sunt medici nõ eẽ idẽ.
Meteoroscopio / meteoroscopiũ est Astrolabium eo q; sublimia & alta per illud inspiciantur.

N

¶ Numeri hic nõ accipiunt̃ / p̃ his quę nũerant̃ aut p̃ his quę mẽsurant̃ / sed p̃ Rhythmis q pedibus constant : Vide Cice. & Quintil. & Arist.
Nauiter aduerbiũ : nã nauus strenuus & celer dicit̃ a / nauiũ celeritale dr̃ etiã gnauus
Natalicia uaticinia hic accipiũt̃ p̃ notationibus genitur / quę ab Astronomis fiunt secundum constellationem mathematicã
Nundinatoria lege a / nundinis nundinor idest palam uęndo / unde nundinatorius hic accipitur pro lege de Simonia
Nauticum antidotũ accipitur pro Electuario contra marinos morbos.
Nouacula culter tonsorius dr̃ a nouo. as. q; nouat̃ / hoc est radẽdo uideat̃ nouus facef
Nouendialia Pontificia sunt ferię / q̃ Põt.

Max. defuncto per nouem dies fiunt.
Nouellare est nouas uites pangere: ui d Sue.
Nũtialia a nũtio nuntialia festa, hic acci piunt̃ p feriis Apl'orum, q'nuntii dicunt̃
Nosocomion Hospitale ĩfirmorum
Nũmularii sunt Mensarii minutiores qui nõ referunt rationes ĩ Codicem.
Nouelletũ est Vinea malleolis cõsita
Nyssa repagulũ est equorum. i. carceres un eq mouentur. & ẽt meta ad quam currunt.
Nenia sũt cãtus funebres & ultimi, qui de functo canunt̃: und quidã putant pontanũ improprie appellasse nenia carmina nutricum allicientiũ ad sonnum ĩ fontes

O

Oecumẽicus latĩe uniuersalis ad totũ orbẽ ptinẽs, hic acci. p Magist. G. S. Dñici
Occẽtoriũ, occẽtat̃ ẽ canore canet̃: und occentorium: hic acc'. pro Missa alta
Oisarii cõmẽtarii, oisaria & oisarius oĩs gñris hic elegãt oisarii cõmẽtarii accipiunt̃ p Quolibetis Theolo quales sũt. S. Tho.
Oreę, orea frenũ ẽ quo ora frenãt̃, auctor ẽ Fest. nũc dr̃ orea id genus freni, quod uulgo morsum a mordendo uocant
Opisthotonon ẽ rigor quo caput scapulis intenditur.
Oenopolium Taberna Vinaria dicitur
Oporotheca ẽ repositoriũ fructuũ autũnaliũ. Nã opora fructus autunnales & theca repositoriũ: uide Varronem in Re Ru.
Omphaciũ ẽ Vinũ ex uua acerba factũ: nã Gręce ὀμφακεσ dicunt̃ Vuę immaturę.
Onomatopoeia est nomen de sono fictus ut tinnitus ęris, clangorq; tubarum.
Orbita est uestigiũ tritum & ĩsignitum curruum in itinere decurrentium.
Obryzum aurum est quod sępe igne exustum & cãdefactmu, uulgo uocant Aurum de Coppella, quod est purissimũ.
Opiliões custodes sũt ouiũ.
Orearii sunt q frena faciunt, nã orea est genus freni: ut supra dictum est.
Obsignatores hic acci. p Referẽdaris & Dataris Pont. Max. qui obsignant libellos.
Ossuaria sũt tãq̃ cimiteria, qdã dicũt ossaria sicut sanctaria nõ sanctuaria: ui. Pris.

P

Prefecti pñtralii, penetrale a penu, & põt dici sacrificium penetrale & quãdoq; larariũ: qd uulgo uocãt Sacristia: unde pfecti penetralii, operarii uulgo dicuntur.
Paraphrastes ĩterps dr̃, q nõ uerbũ ex uerbo aut aduerbũ, sed sensũ ex sẽsu trãsfert
Paradoxa inopinabilia seu admirabilia.
Pędia ĩstitutio est ad bonas artes, unde ex Xenophonte pędia Cyri.
Protologia prima locutio dr̃: & hic accipit̃ pro prefatione ĩ missa.
Palingenesiacũ, palingenesia regeneratio & reditio post tempus animarum ĩ corpus: hic accipit̃ p sacro resurrectionis
Proseucha obsecratio uel oratio, q̃ Deus rogat̃ dcã quasi πρὸ σευχή, qa fit opus attẽtione ĩ orando προσεύχω. n. attendo
Pyrgus latĩe turris dr̃, sũt ẽt q pyrgũ dicũt ἀπὸ τοῦ πυρὸσ, qa tẽdat ĩ acutũ hi accipit̃ p ea turri quę ĩ ecclesiis campanilis dr̃ tendens ĩ acutum.
Patibularia fascia a patior patibulũ ẽ crux & hic acci. p stola sacerdotali signata cruce & q̃ ĩ modum crucis circunducitur.
Perpẽdiculũ ẽ ĩstrumẽtũ fabri lignarii seu cęmẽtarii: ui. Asco. & Ci. ad At. & ĩ Acad.
Pecuniaria uectigalia hic acci. p pecuniis ĩ nũerato, qs debẽt habet Car. ĩ redditibus
Postulatorios libbellos, postulo signat requiro & iur peto unde libelli postulatorii accipiuntur hic pro illis petitionibus que uulgo supplicationes uocant̃
Pręsidariam pręsidere est ad opẽ pstãdã pesse, unde & psides & psidẽtes: hic acci. psidaria toga p illa toga Cardinalea, qua utunt̃ auditores Rotę.
Permutatoriis lr̃is a muto cõmuto demuto immuto & pmuto, und permutatorius hic accipiunt̃ p lr̃is cambii quibus pecu

nię de loco ad locum permutantur.

Pontificii proſcibę a/ſcribo ſcriba ꝓſcriba
Proſcriba.n.eſt loco ſcribę:hic acci.ꝑ Vi
cecācellario.S.R.C.q gerit uices.S.Lau
rētii/q fuit ſcriba ſeu cācellarius Pont.

Panegyrici ſūt ſermões laudatiui/qbus Re
ges laudāt̄/quales ſūt.C.Cecilii Plinii La
tini Pacati Mamertini Nazarii & hoꝝ ſimi.

Phęcaſius ē calceus/uñ phęcaſiatus calceatus

Polytropus dicit̄ multimode prudens

Perniunculo pernio ē morbus pedū ex ni/
mio frigore naſcēs Theo.gazes uocat pni
tionē ī ꝓble.Ariſt. Trapeſūtius appellat
puſtulas miliares/neſcio quare

Perſonati pſona dr̄ facies ficta/q̄ Gr̄.ϖρό
σωπον uocat̄/uñ pſōatus laruis indutus

Parerga dicūt̄ ea/q̄ p̄t ꝓpoſitū alicui rei ad
diciūt̄ ornādi cauſa ideo dicit parerga ue
ſtitui eē adiecta tāq̄ pictuř & elegāter dicit

Pugillatorio folle a/pugno pugillatorius
Plau.extēplo hercle te follē pugillatorium
faciā:uulgo pila groſſa dicitur

Pila luſoria ab πιλέω ęquo ꝙ forma ſphę
rica ſit/q̄ eſt omni ex parte ęqua uel a/pi
lis/ꝙ pilis infarciri ſolet

Poſtomides poſtomis ut ait No.ad cohibē
dā tenaciā naribus imponit̄/qdā dicunt
eſſe inſtrumētū ligneū qdam ferreum

Poſtilenę dr̄ a/poſt & ſtādo/ē lignū īcuruū
ſeu locum/quod iumentorum cauda po/
nit̄ uulgo Strachale dicit̄

Plaudoꝝ canū/plaudi canes dicūt̄ q habēt
pendulas ampliores aures/quales ſūt q iſti
tuūt̄ ad uenatū coturnicum:uugo Brachi
Qualeaꝝ dicunt̄.

Petaſi magna cōtētio ē inter grāmaticos/
utrū petaſus ſit accipiēdus ꝑ calciamēto
an ꝑ pileo nos libentius pileū appellabi/
mus

Pſichrolutres dr̄ q aqua frigida utit̄ ī lauā
do ei balneo frigido delectāt̄ ψῦχος fri
gus λουτρὸν balneū & lauacrū:uid Sen.

Pneumonici/pneumon latine pulmon:uñ
pneumonici/q̄ īflāmatiōe pulmōis uexāt̄
latine dici poſſūt pulmonarii uid Colū.

Parentalia Senatoria accipiuntur pro
inferiſque Cardinalibus defunctis fiunt

Proſodiaꝝ auctore Gel.ē accētus/quā tū
moderamētū/tū accētiunculā/tū uoculati
onē dicebāt fit a πρὸς ad & ᾠδὴ cātus.

Paroemia ꝓuerbiū dr̄ ad res & tēpora ap/
poſitum & accomodatum.

Philocalus dici lati.pōt pulchr elegās bōus

Prępon πρέπον lati.decoꝝ:ui.Ci đ offi.

Protheſis eſt appoſitio q̄dā ad prīcipiū di
ctiōis lrę uel ſyllabę ut gnato ꝑ nato.

Phonaſcus latie dr̄ ꝓnūtiatiōis magiſter &
moderator:ui Quint.ī.xi.& Sue.đ Aug.

Pedagogimachia acci.hic ꝑ pedagoꝝ pugñ

Paradiaſtole eſt/q̄ p dilatationē fit/ut ipſe
aptiſſime exemplu docet.

Paranomaſia aut ꝓſonomatia agnomina
tio latine dr̄:uulgo Biſticius dr̄:ut ipſe cla
riſſime exemplis docet.

Phyſiognomon q excōiectatiōe oris & uul
tus cōiecturā facit hominū naturę: uide
Alber.de animalibus

Parilibus in urbis Romę natali parilia ce
lebrant̄/ꝙ.xi.kal.maias Romulus urbē
condidiſſet dicta parilia ſunt a pale pa/
ſcuoꝝ dea ut ait Varro:

Pēniculi ē qđ ponit̄ ī turri/ut īdicet flatuꝫ
uētoꝝ/uerbo Germāico Bāderola uul.dr̄

Pędotribes eſt q docet pueros.

Palinodia recantatio

Parthenius uirgineus/unde parthenice
uirginalis ideſt poema uirginale.

Pulpamentum a pulpa.

Pomęriū feſtis quaſi ꝓmuꝝ dicit.i.muro
ꝓximū & eſt ſpatiū/qđ neq̧ curari neq̧
habitari fas erat

Ploſtrū idē qđ plauſtrū/& ē curriadū ęgro
rum quale genus paupeꝝ uidemus ī urbe.

Patrimę ſūt q̄ habēt adhuc uiuentem patrē

Peculatus eſt furtum publicę pecunię

Portoriū ē exactio & naulū & uectigal qđ
ſoluit̄ ob tranſitum & lationē mercium

Poſtliminium de iure poſtlimii uiđ Ci.ad
Quītū/a Feſtū & Pau.iuriſcon.Nā qđ bel
lo amiſimus ſi rurſū recipiamus/dicimus
poſtliminio recipere

Pollubra malluuia/pollubrum eſt uas quo

manus lauāt: uul. Bacile dr̄ uid Nonium
Pararii sūt pxōtę: uide Sene. de beneficiis.
Pharmacopolę sunt q medicinas uendunt
Propolę sunt negociatores q emūt / qd minoris / ut uendant p luris
Populetū est locus / quo populus in quincuncē conseri solet.
Phalangarcha / phalanx est quadrata acies nomen est Macedonicum: inde phalāgarcha decurio phalangis.
Petauristarꝫ petauristę sunt q aut circa hastas se uoluunt / aut percirculos transeunt uulgo uolutatores uocantur
Planipedia mimos significat
Parazoniū est gladii genus quod accingit̄ ad zonam.
Prodromię ferię hic accipiuntur p feriis. S Ioānis: Nā prodromos pręcursor dr̄.
Pistrillū Pris. dicit diminutiuū eē a / pistrio
Purpurissū ē color / quo mulieřs gēas tigūt
Phthongus est sonus.
Pedū est pastoralis Baculus in curuus.
Psolētari psole latine pputiū / unđ pselentarię ferię hic sūmunt̄ p feriis circūcisiōis
Pagana fana hic accipit p ecclesiis ruralibus / quę pagatim solent statui.
Paradigma significat exemplum

Q

Quatriduanę intercalarię ferię / hic accipiūtur p quatur tēporibus mensis Februarii qbus indicit̄ Ieiunium anniuersarium.
Quatuoruiratus & quatuoruirale officium dr̄ / sicut triūuiratus & triūuirale: hic accipit̄ pro foedere quod est inter Pont. Maximil. Gallorꝫ & Hispanorꝫ Reges.
Quęstiōe adhibita / quęstio fit multas significatiōes: hic accipit̄ p tormēto ad eruendam ueritatem.
Quęstionarius pprie hic accipit̄ p Inqsitore: ut fuit. S. Petrus Martyr.
Quotenarꝫ literarꝫ. i. ad quātū numerꝫ literarꝫ prouenerunt.

R

¶ Regalia fulmīa ut ait cinna sūt / quorꝫ ul tangit̄ & comitiū & principalia urbis libere loca / quorꝫ significatio regnū ciuitati minat̄: fulmina autem sunt. xii.
Recuperatoria lege / recupero redimo / & rem amissā rursus acqro: uñ recupatorius
Rituales libri / ritus ē mos & approbata cōsuetudo / quā oēs ratā habēt: hic accipiunt̄ p libris cęrimoniarꝫ / & rituales prefecti / q nunc magistri cęrimoniarꝫ.
Reciproca pcentoria / reciprocū quod accipiunt̄ p antiphonis quę dicūt̄ in introitu Missę
Ratiōales / ratio ē qua homo distat a / beluis / ab ea ratiocinor / ratiūcula / rationarius & rationalis q dici potest calculato uulgari sermone.
Ricinium dr̄ a reiiciendo: Festus ricinium est omne uestimentum quadratum
Ramentū est particula minuta cuiuslibet rei ut ramentum auri / ramentū ferri.
Ronchus quanq̄ sit sonus stertentis / ponit̄ tamen sępe pro derisione.
Reticulū diminutiuū a / rete / hic accipitur pro illo reticulo spisso / quod ob oculos p sonati ponūt / quo uideant & nō cernant̄
Rhopalum est baculus clauus
Recuperare est rē amissam rursus aqrere: unđ recupatores uide Ci. in Orationibus
Rhombus est machinula quędā / qua uersādo foeminę lanam ad tramā nent
Repignerari est rē pigneratā psoluta mercede recipere / uulgo rescodere dicitur
Redimicula sūt ornatus capitis mulierꝫ.

S

¶ Sūmariū a / sūmo est notatio sūmatīꝫ p singulas sūmas: uiđ Sene. xxxiiii. epistola
Salsamentarium a / salio inde salitum salsamentū salsura / salarii & salsamentarii / q salsamenta condiūt: uide Ci. ad Verem.
Saginariū sagino pinguefacio / unđ sagine p pinguitudine artificiosa: Saginariū aūt locus est ubi altilia saginantur: uide Varrone in Re. Ru.

Sacerdotitiis comitiis/ſacerdotitia comi/tia hic accipiunẽ/ꝑ cõuẽtibus epalibus/q fiũt quãdo clerici ordinãẽ ad ſacerdotia.

Sextũ librũ cõpilari fecit Bonifatius .viii ãno.m.ccc.q ſequiẽ quinq; libros decretaliũ q habet titulos & capi.ſicuti Decretales

Septemdiale a/ſeptẽ ſeptemtriones/ſepti/collis/ſeptim/ſemptemdiũ & ſemtemdiale & dicit munus/qa beneficiũ redemptionis.vii.horis quodãmodo peractũ eſt

Statatia menſione a/ſto ſtabilis/ſtabulum ſtatio/ſtatiũcula/ſtationarius/ſtationalis ſtatiuus & ſtatarius

Siniſtrale ſiniſtra manus leua eſt/inde ſiniſtrale ſicut deſtrale/& accipiẽ ꝑ manipulo ſacerdotali:q in ſiniſtra ponitur

Sebaceis funalibus/ſebũ eſt pinguedo ex qua fiũt cãdelę legiẽ tñ & ſeuũ/ind ſeuo ſus/qdam etiã ſepũ a/quo ſepo/quod eſt ſepum impono

Suburbano palatino/ab urbe urbicus ſub/burbium & ſuburbanum/quod eſt prędiũ ſeu uilla ſub urbe

Salutatoris a/ſaluto ſalutaris/ſalutatio/ſalutiger/ſalutator & ſalutatoriũ: quod locus in quem ſalutantes introducuntur

Spectatorię fiſtulę/ſpecto frequentatiuum ſignat ſępe ſeu fixe intueror hinc ſpectacula & ſpectatorius.

Symmetria ẽ cõmẽſuratio/nõ habt nomẽ latinũ:ut ait Pli.hoc utiẽ ſeqnt uictruius

Strena eſt munus/quod datur diebus feſtis aut initio ãni noui/ut ſolebãt dare Card. de ſtrena uide Sue.in uita Cali.

Syllabico ſyllaba a/συλλαμβάνω/qd eſt compręhendo hinc ſyllabicus/& accipiẽ hic pro cognitore ſyllabarum.

Saccarea placenta/ſaccaꝝ eſt mel in arundinibus collectũ:uide Papi.& Sene.hic accipiẽ ꝑ edulio teſtuacio/quod ex amigdalis decoriatis & cõtuſis ex ſuccaro fit/maza panis uocatur.

Ex pilo in Aſia & cypro fiunt ueſtes ex capraꝝ pilis/quę ſymballotę dicuntur.

Succuſſario a/ſuccuſſo frequẽtatiuo/ſuccuſſor/ſuccuſſator ſuccuſſo/ſuccuſſatio ſuccuſſatorius & ſuccuſſarius inceſſus qui ſeſſorem ſuccuſſat

Sphęromachia pilę luſonię certamen.

Syderatio eſt genus morbi/quod totũ quãdoq; corpus percutit/quod ex/ſyderea q̃dã ui uenire dicaẽ:uide Pli.

Solio ſoliũ ẽ uas ĩ balneis quo lauãẽ hões

Scopon Gręci uocãt lignũ/ad quod ſagittarii ſagittã dirigunt:nũc uulgo diciẽ Berſaliũ & Broccus qa eſt in eius cẽtro ſigillum atrũ:uide Sue.& Macrob.

Synaloepham Synaloephę eſt ꝑ interemptionẽ cõcurrentium inter ſe uocaliũ lubrica quędã diciuſq; colliſio.

Schematon ſchema eſt figura & ornatus cuius ſpeties ſunt.xii.

Sratagematon ſtratagema eſt calliditas rei militaris & cõſiliũ:uide Frontinum.

Schematalexeon ſunt.xvii.magis neceſſaria:uide Grammaticos.

Symploce eſt cõplicatio cõgreſſio cõplexio

Synzeugma eſt cõiunctio.

Stercorariũ ſtercorarius a/um.quod adſtercora ꝑtinet:uide Varronem in Re Ru.

Satyris ſatyri ſunt natura ſalaces & dicũẽ a uirili membro:quod Gręci σάτηρ uocant:uide Pli.

Soliloquii ſoliloquus qui ſolus loqẽ/& ſoliloqũ quod ꝑ nos cõtẽplãdo loq ſolemus hic apte arcana ſoliloqa acci.ꝑ ſecr.ĩ Miſſa

Syrmata ẽ cauda ueſtis tragicoꝝ:uid Sen.ĩ troag.& deduciẽ a/σύρω quod eſt traho.

Sacrario ſacrariũ nõ uideẽ eſſe qd multi dicũt.i.q; ſacrariũ ſit repoſitoriũ ſacroꝝ/ſʒ eſt cęnobitũ potiũ uirginũ Deo dicataꝝ uulgo monaſteriũ monialiũ:ui.Ci.ĩ Ver.

Semiſſibus ſemis ſignat dimidiũ: Romãi diuidebãt totũ ĩ.xii.partes/quaꝝ ſingula dicebãtur uncia/& totum as:quod diuiſũ faciebat duas ſemiſſes

Statera a/ſtãdo dcã/q ſtãte lĩb.pẽſaẽ faria

Siniſtrorſũ dr/ſicut deſtrorſum.

Scalpturato a/ſcalpo ſcalpturio ſcalptura/ſcalptũ/ſcalpeleẽ & ſcalsuratũ gẽus ĩ quo albaria tretoria ſcalpro raduntẽ in ſuperficie/uulgo ſgrafiatũ uocant.

Synchronica ſyn ochronos eiuſdem ſeculi & ętatis homo:unde ſincronicus.

Secularīū ludi seculas s cētesimo quoq̄ āno fiebāt & dicebāt a seculo: hic ānus secl'is acci. ꝑ āno Iubilei, q. c. quoq̄ āno fiebat.
Sauciatiorꝝ, sauciarii dicuntur Medici uulnerarii chirugi
Stipem, stips est pecūia q̄ pauperibus dat̄ ad sustentandam uitā & habet alias significationes.
Scrobibus scrobes sunt fossiones & foueæ
Scipione scipio baculus siue uirga est
Speusticios panis speusticius dr̄ a festinatione: uid Catonē, nā speusticius ἀπὸ τοῦ ἀπεύλευ ꝗ accelerare significat.
Substillo substillū hic accipit̄ ꝑ tēpore ante pluuiam, quo Cardinales mutant togam & dr̄ substillum ꝗ iam stillet
Stationarii milites qbus causa custodię statio assignat̄, hic accipiunt̄ pro peditibus qui uulgo dicunt̄ della guardia.
Sagarꝝ saga dr̄ mulier uenefica: uid acronē q̄ carminibus mala uel auertit uel infert.
Simbella est quā bilanciolā dicimus: q̄ monetam an iusti sit ponderis examinat.
Sicli siclus apud nos quarta pars uncię
Scapi trutinarii hic accipiuntur pro lanceolis in bilance
Stipendiarii argentei nūmi hic accipiunt̄ pro solidis nummis.
Sextans sūt ūcię duę quasi sexta pars assis.
Spondylus q ponit̄ nimia parte fusi quo tornante foeminę melius nent
Schenobatū schenobates funābulus est & q ꝑ funē incedit σχοίνος funis dicitur βαίνω ascendo.
Saltuarii sūt saltuū & siluarꝝ pastoraliū custodes: uulgo uocant̄ guardie dlle bādite
Syncipita suilla apud antiquos erant ingenere edulii sapidissimi
Silicarii pfecti sūt ad silicandas & muniēdas uias: uide Frontinū de aquis hic accipiuntur pro magistris uiarꝝ
Sādalia sādaliū ē caligarꝝ seu calceorꝝ gēus nā Gręci σανδάλιον soleam uocant.
Subfibuli sufibulū est quod fibula nectit̄ hic accipit̄ pro pallio archiepāli
Strophii strophiū est fascia pectoris: hic accipit̄ pro stola sacerdotali
Sacellarii a sacello hic accipiūt̄ ꝑ cappellāīs
Supplicatorii libelli hic accipiuntur pro libris processionalibus
Scuticula est genus uerberis: quod uulgo disciplinam seu frustam uocant
Schęnismata schenismos est mēsio terrę.

T

Toreutes artifex coelandi τορεύω .n. sculpo & coelo significat: uid Ply.
Trinoctio, trinoctium a nocte sicut binoctiū & quadrinoctiū accipit̄ ꝑ illis tribus noctibus natalis Domini in quibus homines maxime consuescunt ludere
Triumuir Plūbarius, triumuir nomē magistratus, quē tres collegę administrāt, hic accipit̄ ꝑ eo magistratu, q p̄est plūbatur̄ Pontificię: uulgo magister plumbi
Tapetogogia omniū tapetorꝝ supellex. Nā tapetum & tapete est tegmen ex uillis lōgioribus factum: uulgo tapetū
Tractoria, tractoriū est in qt Victruuius, quo onera machinis ptrahuntur, aut ad altitudinē sublata collocantur.
Topiariū ē opus ex frutice factū, & dicit̄ ἀπὸ τῶν τόπων uide Pli. Cęcilium.
Tectorio, a, tego tectoriū, quod est crusta ex calce ad murꝝ tegendū & ornandum facta: uulgo tunicatum dicit̄.
Topographia, topos latine locus, & topicus localis ind topographia loci descriptio uel positio & topothesia dscri. loci ficti
Tropologicus: tropus ē figura & cōuersio hinc tropicus ꝑ figuratiuo & tropologicus figuratus sēsus, q tertius ē i sacra scritura: uid Aug. Gre. & D. Tho. i. i. par.
Theristrū ē uestis leuis: uid Hie. hic accipit̄ ꝑ ueste tēui iteriori, qua solēt uti pricipes ī ęstate, ut leuitate ponderis calor arceat̄
Tolutim quasi uolutim .i. uolubiliter: īde tolutarius equus: q uulgo portans dicitur
Tieldonibus & asturconibus uid Pli.
Theriotrophia, theriotrophion ē locus muro & maceria septus ubi feræ aluntur: uulgo Barcus dr̄ qualis est Papiensis & Vrbinatensis.

Tetanos est neruorum cõtractio/ qua nerui rigore quodã colligũtur nec possũt extẽdi
Tomẽtariarum/ tomentum est lana rasa: uulgo dicitur borra.
Tympanizet/ tympanũ ẽ istrumẽtũ mẽbrana clusũ: qd uirga pulsãt tãburum uocãt uul.
Tintinnabulũ uel tintinnale a tinnio/ qd de metallis dr cũ ex eorum pulsatiõe sonus efficit: uulgo campana uocatur
Teredinis teredo est uermis in ligno oriẽs dictus a terendo.
Talpa est animal cęcũ Virg. aut oculis capti fodere cubilia talpę:
Technam τέχνη ars apud nostros dicitur hine technites calotechnius & id genus
Tesseris/ tessera fit uarias significationes hic accipiũt p his qbus ĩ tabula lusoria ludũt & sũt quadratę & habẽt pũcta: uul. Dadi uocant τέσσαρα quatuor.
Toralibus/ toralia lecti stragula dicũt.
Teloniarii publicãi dicũt siue collectores uectigalium.
Trigeminã dicũt eẽ portã. S. Pauli.
Tribuni plebeę sodalitatis hic sũmũt p uexillariis Florentinis: q uulgo dicunt con faloneril compagnię
Triente/ triẽs ẽ quatuor uncię tertia pars.
Tibialia sunt operimẽta tibiarum
Torcular est instrumentũ uinariũ aut olearium quo oliue frangũt.
Typus forma figura imago exemplar
Togatę sũt comędię Rõanę a toga dictę.
Tiara est ornamentũ capitis quo uti solebant Reges Asię.
Threnodiis/ threnodia cantus lugubris nam threnos latine lamentũ dr/
Tribularię eccl'ię hic sũmunt p eccl'iis collegiatis/ q ĩ ciuitatibus solẽt tributi dcẽni
Transenna cõmuniter accipit p fenestra uel pro loco p quem aspectus & oculi trãsgredi possunt.
Tribadicis/ tribades dicũt mulieres ĩ luxuriam uiriles απο τοῦ τρίβειν φ est fricare & est coitus portentosus.
Tetanothrũ/ tetanothra sũt medicamenta ad erugandam & extendendũ cutem
Tutulo/ tutulus est uelũ ornamentũ capitis quo utebat flaminica/ hic accipit pro uelo monialium.
Tendicula laqueus est uel pedica
Teophania uide Alb. d quatuor coequeuis
Theoria ẽ cõsidratio speculatio & cõtẽpla.
Tetrateuchus uolumen quatuor librorum/ a tetra quatuor & theuchos uolumẽ/ quod habebat ĩ manibus ubi tractabat de Medicĩa d Legibus d Philoso. & Theo. separatĩ
Tympanites genus est hydropisis.

V

Vectigalibus uectigal tam capit ex publico q̃ ex priuato mus
Vectigalia dcumana accipiunt hoc p dci/
Valitudinariũ locus/ ĩ quo ĩfirmi curãtur uulgo Hospitale dicitur uide Sene. ad Lucil.
Viperę/ uide Ply. & Alber. d animalibus
Veredariorum/ ueredus est equus uelocissimi cursus/ unde ueredarius a/ ueredo/ sicut a caballo caballarius & hic accipitur pro caballario cursore de positis ad posita
Vertigo idem quod uertex/ dictus est morbus quia ob oculos quędã uerticosa & rotatilia circũagi uideantur Greci scomata siue scotomiã dicunt/ uide Macro. ĩ satur
Ventilabro/ uentilabrũ est instrumentũ/ quo triticum uentilatur auctor est Colu.
Vitriario/ uitriarii sunt qui flãdo cõflãt ad ignem: uide Sene. ad Lucil. & Ply. in .xxxvi. uitriarii nũ maxime excellũt Ve.
Vaticinia annua hic accipiunt p iudiciis anni Astrologorum.
Veterinarios/ ueterinarii dicuntur qui curam ueterinorum profitentur, qui & iumentarii dicuntur a/ medicina iumẽtorum
Victrici/ uictricus est matris uir
Voluptariorum/ equites uoluptarii hic accipiuntur pro fratribus gaudentibus.
Vlnam/ ulna capitur pro cubito.
Vibex est signũ residens uerberis ĩ corpore.
Vtricularior/ utricularii sunt q fistulã ex utre inflãt/ uulgo Cornamusini dicunt.
Vicana ecclesię hic sumitur pro ecclesia parrochiali/ quę in uia solet statui nam ex pluribus uicis constat urbs.

Τέλος.

235 + 6 bianche

